This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08157127 9



1. Liv
2. Rupert

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT,

EX EDITIONE G. A. RUPERTI

CUM SUPPLEMENTIS

NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

INDICE LOCUPLETISSIMO

ET

GLOSSARIO LIVIANO

ACCURATE RECENSITI.

ASTOR LIBRARY
NEW-YORK.

VOLUME QUINTUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1828.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT.

VOL. V.

NEW YORK PUBLIC LIBRARY

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER XXV.

BREVIARIUM.

Cap. 1. Hannibal in agro Tarentino æstatem consumit: et in Bruttiis Consentini ac Thurini in fidem populi Rom. redeunt; sed T. Pomponius Veientanus præfectus sociorum ab Hannone vincitur. Religio externa, novi sacrorum ritus, libriquo vaticini Romæ abolentur ab senatu. 2. Sacerdotibus aliquot mortuis alii sufficiuntur, et novi creantur magistratus; in his P. Cornelius Scipio ædilis curulis ante legitimam ætatem. Matronæ quædam accusantur probri, et ludi Romani diem unum, plebeii per biduum instaurantur. 3. Q. Fulvius Flaccus III. et Ap. Claudius Pulcher consulatum ineunt. Prætores sortiuntur provincias, summaque XXIII. legionum eo anno efficitur. Carvilii tribuni pl. M. Postumio Pyrgensi aliisque publicanis ob fraudem factam in iis, quæ portarentur ad exercitus, dicunt mulctam, et hi in concilium plebis cuneo irrumpunt. 4. Vim eam contra remp. factam decernit senatus, et Carvilii rei capitalis diem dicunt publicanis; qui vel in carcerem conjiciuntur, vel in exilium abeunt. 5. P. Licinius Crassus juvenis pontifex max. creatur: et ob inopiam juventutis militaris conscribuntur etiam minores XVII. annis et ingenui per agros conquisiti. 6. Residui Cannensis exercitus, in veterem quietamque provinciam in Sicilia relegati, ad Marcellum, in nova ibi provincia bellum gerentem, legatos mittunt petentes, ut sub eo militare liceat, et pugnando quærere libertatem. 7. A Marcello ad senatum Rom. et ab hoc ad illum rejiciuntur. Creantur V. viri muris turribusque, et III. viri templis reficiendis, aliique III. viri sacris conquirendis donisque persignandis. Tempestates fœdæ et prodigia. Obsides Tarentini Roma aufugiunt; sed comprehensi virgisque cæsi de saxo dejiciuntur. 8. Propter atrocitatem hujus pœnæ Tarenti nobiles conjurant juvenes, quorum principes Nico et Philemenus, nocte per speciem venandi urbem egressi, ejus prodendæ modum

ac tempus cum Hannibale componunt. 9. Is, opera illorum usus, concubia nocte Tarentum ingreditur. 10. Præsidium Romanum in arcem confugit, et Tarentini benigne a Pœnis tractantur. 11. Arcem, in peninsula positam, et muro fossaque ingenti divisam ab urbe, Hannibal alio ab ea muro ac vallo intersepire, at frustra oppugnare conatur. Ut tamen illa et mari et terra obsideatur, Tarentini naves suas, portu inclusas, inde per mediam urbem ad mare plaustris transvehunt.

12. Religionem novam Romanis objiciunt duo Marcii vatis carmina, quorum altero cladem Cannensem, altero finem belli Punici prædixerat, si quotannis Apollini comiter fierent ludi, et decemviri Græco ritu hostiis majoribus sacra facerent. Utrumque Patres decernunt: et hæc est origo ludorum Apollinarium, quos populus spectavit coronatus. 13. Capuam circumsidere parant consules, eodemque Hanno ex Bruttiis cum exercitu mittitur, ut frumenti prius copiam faciat Campanis. Qua de re a Beneventanis certior factus Fulvius consul Boviano proficiscitur in Campaniam, et castra Hannonis paulo ante lucem aggreditur. 14. Quæ, etsi arduo posita loco, capiuntur, et Hanno cum paucis in Bruttios redit. 15. Hannibal Campanis duo millia equitum auxilio mittit: Romani autem Tarentinam arcem frumento præsidioque, quod Metaponti fuerat, instruunt. Itaque Metapontini, metu, quo tenebantur, liberati, deficiunt ad Hannibalem, eorumque exemplum eadem ora maris et Thurini sequuntur. Consules Ti. Gracchum ex Lucanis Beneventum venire jubent, et inde in Campanum agrum legiones ducunt ad Capuam oppugnandam. 16. Gracchus, prius quam ex Lucanis movet, sacrificans tristi terretur prodigio, et mox, a Flavio hospite suo Lucano deductus in insidias, a Magone paratas, cum suis perit. 17. Mortis funerisque ejus varia est fama.

18. Consules ad Capuam pugna incaute inita fundantur, et Campanis crescit animus; sed mox minuitur singulari certamine inter Badium Campanum et T. Quintium Crispinum, perfamiliari hospitio junctos. 19. Hannibal, Capuam profectus, æquo ibi Marte cum Romanis confligit, et Appium consulem, abeuntem in Lucanos, sed alio itinere redeuntem, secutus, obviam venit M. Centenio Penulæ, stolido homini, et insigni olim inter primi pili centuriones et corporis et animi magnitudine, qui, acceptis a senatu octo hominum millibus et duplicato prope exercitu, conserit pugnam atque cum plerisque suorum cadit. 20. Capua a consulibus iterum summa vi obsidetur: in Lucanis autem volonum exercitus, mortuo Graccho, ab signis discedit; et Hannibal in Apuliam castra movet, oblata nova occasione inscii ducis exercitusque opprimendi. 21. Cn. Fulvius Flaccus prætor, stultitia et temeritate Centenio par, non animo, Pœno adventante, in aciem educit copias, cæco impetu ruentes, suoque arbitrio tum consistentes, tum deserentes locum, et, ubi confestim rem inclinatam videt, cum paucis equitibus effugit. 22. Reliquiæ duorum exercituum desertoresque de exercitu volonum conquiruntur; et Capua a consulibus ac Claudio Nerone prætore duplici fossa valloque cingitur. Hannibal arcem Tarentinam Brundisiumque frustra tentat, et, precibus legatorum Campanorum adductus, regreditur Capuam.

23. Interea Syracusarum oppugnatio ad finem venit, adjuta proditione intes-

tina et die festo Dianæ, quo oppidani vino somnoque gravantur. Nocte proxima Romani scalis evadunt in murum: 24. et Hexapylon Epipolasque capiunt. Sub lucem Marcellus omnibus cum copiis urbem ingreditur, reputansque secum, omnia mox arsura, illacrymat. 25. Achradinam murosque Epicydes et transfugæ tenent, Euryalumque arcem tuetur Philodemus Argivus: Neapolis vero et Tyche a Romanis diripiuntur. 26. Peste absumuntur multi Romani omnesque fere Pœni cum ipsis ducibus Hippocrate et Himilcone, qui repente advenerant. 27. Bomilcar cum classe Punica ingentique commeatu adventat, et Epicydes navigat ad eum, metuens, ne ob ventos adversos Africam repetat. Sed ubi tendere ad se Romanas naves vident circa Pachynum prom. ille Tarentum, hic Agrigentum petit. 28. Exercitus Siculorum præfectos Epicydis interficiunt, et multitudine ad concionem vocata exponunt, quæ pacta jam habeant cum Marcello. 29. Tum ad hunc Syracusani mittunt legatos, omnesque pleni sunt bonæ spei, præter transfugas et mercenarios, qui verentes, ne tradantur Romanis, prætores multosque cives obtruncant, et sex præfectos creant, ut terni præsint Achradinæ ac Naso. 30. Unus ex iis, Mericus Hispanus, Achradinam prodit Marcello, et agminibus armatorum eo concurrentibus ab Naso, hæc quoque urbis pars a Romanis, navibus ad eam expositis, capitur. 31. Transfugis spatium locusque fugæ datur, et Syracusani, omni tandem liberi metu, Marcello se permittunt. Inde urbs diripienda militi datur; in quo tumultu Archimedes perit. Frumentum quoque in tempore Syracusas mittit T. Otacilius, qui agros circa Uticam depopulatus erat.

32. In Hispania Scipiones bifariam ita dividunt exercitum, ut Publius duas ejus partes adversus Magonem et Hasdrubalem Gisgonis filium, Cnæus tertiam partem adjunctis XX. m. Celtiberis adversus Hasdrubalem Barcinum ducat. 33. Celtiberi, magna mercede a Pœnis solicitati, abeunt domos, et Cn. Scipio, nunc impar propinquo hosti, retro cedit. 34. Par terror, periculum majus, fratrem urget, tum a Masinissa, socio Pœnorum, qui cum equitatu Numidarum sæpius interdiu agmen et noctu castra ejus incursu turbat, tum ab Indibili, qui Pœnis adducit auxilia. Huic obviam it P. Scipio, et primum in pugna superior est; sed, advenientibus Numidis et paulo post ducibus Pœnorum, anceps fit prælium, in quo ipse cadit et Romani profligantur. 35. Tum tres Pœni duces conjungunt se adversus Cn. Scipionem, qui, quantum potest, recedit, 36. et tumulum capit. Is quia nudus nec satis arduus est, Romani clitellas sarcinasque accumulatas loco valli objiciunt hostibus: at mox pauci ab multis cum ipso duce cæduntur. 37. L. Marcius Septimi filius et T. Fonteius utriusque exercitus reliquias collegunt junguntque. Ille dux creatur et Hasdrubalem Gisgonis filium a vallo repellit. 38. Neque eo contentus milites ad castra illius ultro oppugnanda adhortatur; 39. et proxima nocte tum hæc, tum proxima Pœnorum capit castra.

40. Marcellus, captis Syracusis, ceterisque in Sicilia magna fide et integritate compositis, ornamenta urbis Romam devehit: unde primum initium mirandi Græcarum artium opera et sacra profanaque spoliandi factum est. Bellum quidem reparatur ab Epicyde, Hannone, et potissimum Mu-

tine Libyphœnice ac fortissimo Numidarum duce, qui totam Siciliam brevi tempore implet nominis sui fama. 41. Hoc tamen absente illi, gloriæ ejus obtrectantes, cum Marcello committunt pugnam, in qua Numidæ stant quieti, Pœnique ingentem accipiunt cladem. Novi consules prætoresque creantur Romæ.

1. Dum hæc in Africa atque in Hispania geruntur, Hannibal in agro Tarentino æstatem consumsit, spe per proditionem urbis Tarentinorum potiundæ. Ipsorum interim Sallentinorum[1a] ignobiles urbes ad eum defecerunt. Eodem tempore in Bruttiis ex duodecim populis, qui anno priore ad Pœnos desciverant, Consentini et Thurini[b] in fidem populi Romani redierunt. Et plures rediissent, ni T. Pomponius Veientanus præfectus socium, prosperis aliquot populationibus in agro Bruttio justi ducis speciem nactus, tumultuario exercitu coacto,[2] cum Hannone conflixisset. Magna ibi vis hominum, sed inconditæ turbæ agrestium servorumque, cæsa aut capta est: minimumque jacturæ fuit, quod præfectus inter ceteros est captus,[3] et tum temerariæ pugnæ auctor, et ante publicanus, omnibus malis artibus et rei publicæ et societatibus infidus[c] damnosusque. Sempronius consul in Lucanis multa prælia parva, haud ullum dignum memoratu, fecit;[4] et ignobilia oppida Luca-

1 Legendum monet J. F. Gronov. cum Rubenio, *ipsorum interim et Sallentinorum.*—2 'Put. Pet. *exercitu actu coacto.* Forte: *exercitu ad id coacto.*' J. F. Gronov.—3 'Videntur abundare duæ voculæ, et opportuna epexegesi scripsisse Livius, *minimumque jacturæ fuit præfectus inter ceteros captos.*' J. F.

NOTÆ

[a] *Ipsorum interim Sallentinorum*] *Ipsorum* nomine intelligi debent Tarentini, de quibus in fine prioris periodi: ideo Ruben. conjunctionem addit, *ipsorum interim et Sallentinorum.*

[b] *Thurini*] At nondum Thurini ad Pœnos desciverant, sed anno demum sequente, ut probat Sigonius ex c. 15. hujus libri: unde ratiocinatur legendum *Terinæi;* Terinam enim Bruttiorum urbem, (a qua sinus Terinæus,) in potestatem Hannibalis una cum Consentia venisse, atque ab eo deinde eversam, quod eam se tueri posse desperaret, testis est Strabo lib. VI. Hodie *Nocera*, inter Marturanum et Turrem, ad mare Tyrrhenum, in extremis Calabriæ citerioris ad meridiem finibus.

[c] *Et societatibus infidus*] Societatibus nempe publicanorum, quibus innexus fuerat, et quorum negotia non ex fide gesserat.

norum aliquot expugnavit. Quo diutius trahebatur bellum, et variabant secundæ adversæque res non fortunam magis, quam animos, hominum; tanta religio, et ea magna ex parte externa, civitatem incessit, ut aut homines, aut Dii repente alii viderentur facti. Nec jam in secreto modo atque intra parietes abolebantur[5] [d] Romani ritus; sed in publico etiam ac foro Capitolioque mulierum turba erat, nec sacrificantium, nec precantium Deos patrio more. Sacrificuli ac vates ceperant hominum mentes: quorum numerum auxit rustica plebs, ex incultis diutino bello infestisque agris egestate et metu in Urbem compulsa, et quæstus ex alieno errore facilis,[e] quem velut ex concessæ artis usu exercebant. Primo secretæ bonorum indignationes exaudiebantur, deinde ad Patres etiam et ad publicam querimoniam excessit res. Incusati graviter ab senatu ædiles triumvirique capitales, quod non prohiberent, cum emovere[6] eam multitudinem e foro, ac disjicere apparatus sacrorum conati essent, haud procul abfuit, quin violarentur. Ubi potentius jam esse id malum apparuit, quam ut minores per magistratus[f] sedaretur, M. Atilio[7] prætori Urbis negotium

Gronov.—4 Vet. lib. apud Sigon. *haud ulla digna memoria fecit.*—5 ' *Ab hostesque tenebantur* Tarvis. 1485. Venet. 1501. aliique quibus utor vett. *intra parietes ac postes contemnebantur* Frob. Francof. Grut. al. *intra parietes contemnebantur* Doujatius, qui impudenter affirmat, ita scriptos habere; dum ipse unum modo scriptum, nempe Colbertinum, commemorare potest; atque hic cum reliquis facit, ingenti consensu exhibentibus *ab hoste tenebantur*. Ceterum in Ms. Havercampiano est *ad hosce teneb.* Cantabr. *ad hos teneb.* Putean. *abotetebantur*, unde Gronovius effecit *abolebantur*, i. e. non colebantur.' *Stroth.* Vid. Not. Var.—6 Al. *emoveri.*—7 ' *M. Atilio* tum h. l. tum cap. 3. et 12. pro vulg. *M. Æmilio* legendum esse, jam recte monuit Sigon. nam ille fuit prætor urbanus, hic peregrinus, qui deinde Luceriam provinciam habuit.' *Rupert.* Idem Sigon. pro *urbis* malebat *urbano.*

NOTÆ

[d] *Intra parietes abolebantur* [*contemnebantur*] Ita scripti. Vulgo *inter parietes ac postes:* ubi *parietes* intelligere possis privatos: at *postes* videntur dici de templis. Sed cum parum sint emendatæ scripturæ veterum codicum, (in quibus Colb. habet *intra parietes ab hoste tenebantur,*) legendum Gronov. putat, *atque intra parietes abolebantur Romani ritus.*

[e] *Quæstus ex alieno errore facilis*] Gall. *La facilité que trouvoient ces étrangers à profiter de la superstition du peuple.*

[f] *Quam ut minores per magistratus*] Non tantum triumviri capitales, qui in foro de servorum aliorumque vilium hominum criminibus cognosce-

ab senatu datum est, ut his religionibus populum liberaret. Is et in concione senatus consultum recitavit et edixit, 'Ut, quicumque libros vaticinos [e] precationesve aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros omnes literasque ad se ante Kalendas Apriles deferret: neu quis, in publico sacrove loco, novo aut externo ritu sacrificaret.'

2. Et aliquot publici sacerdotes mortui eo anno sunt: L. Cornelius Lentulus pontifex maximus, et C. Papirius C. F. Maso pontifex, et P. Furius Philus augur, et C. Papirius L. F. Maso decemvir sacrorum. In Lentuli locum M. Cornelius Cethegus, in Papirii Cn. Servilius Cæpio, pontifices suffecti sunt. Augur creatus L. Quintius Flamininus, decemvir sacrorum [f] L. Cornelius Lentulus. Comitiorum consularium jam appetebat tempus; sed, quia consules a bello intentos avocare [g] non placebat, T. Sempronius consul comitiorum causa dictatorem dixit C. Claudium Centhonem. Ab eo magister equitum est dictus Q. Fulvius Flaccus. Dictator primo comitiali die creavit consules Q. Fulvium Flaccum, magistrum equitum, et Ap. Claudium Pulchrum, cui Sicilia provincia in prætura fuerat. Tum prætores creati Cn. Fulvius Flaccus, C. Claudius Nero, M. Junius Silanus, P. Cornelius Sylla. Comitiis perfectis, dictator magistratu abiit. Ædilis curulis fuit eo anno cum M. Cornelio Cethego [9] P. Cornelius Scipio, [h] cui post Africano fuit cognomen. Huic petenti ædilitatem cum ob-

[e] *Divinatorios codices.*

8 *Consules bello intentos advocare* leg. e 2. Mss. Doering.—9 Conj. Rupert.

NOTÆ

bant; sed ædiles curules, quamvis de rebus venalibus cognoscerent, minoribus magistratibus connumerabantur comparatione consulum, prætorum, &c.

[f] *Decemvir sacrorum*] Qui prius duumviri libris Sibyllinis, seu fatidicis, inspiciendis, et sacris ex eorum monitu curandis præpositi erant; postea aucto numero decemviri facti sunt an. U. C. 380. ita ut quinque ex patriciis, totidem ex plebeiis crearentur.

[h] *P. Cornelius Scipio*] Auctor est lib. x. Polyb. Pub. Scipionem cum Luc. Scipione fratre ædilem fuisse, idque observat etiam Velleius lib. II. quod omnino rarum, ut collegæ fratres essent.

sisterent tribuni plebis, negantes rationem ejus habendam esse, quod nondum ad petendum legitima ætas esset:[i] 'Si me,' inquit, 'omnes Quirites ædilem facere volunt, satis annorum habeo.' Tanto inde favore ad suffragium[10] ferendum in tribus discursum est, ut tribuni repente incepto destiterint. Ædilitia largitio[k] hæc fuit: ludi Romani pro temporis illius copiis magnifice facti, et diem unum instaurati, et congii olei in vicos singulos[11] dati. L. Villius Tappulus et M. Fundanius Fundulus, ædiles plebeii, aliquot matronas apud populum probri accusarunt; quasdam ex eis damnatas in exilium egerunt. Ludi plebeii per biduum instaurati: et Jovis epulum fuit ludorum causa.

3. Q. Fulvius Flaccus tertium, Ap. Claudius consulatum ineunt.* Et prætores provincias sortiti sunt; P. Cornelius Sylla urbanam et peregrinam, quæ duorum ante sors fuerat, Cn. Fulvius Flaccus Apuliam, C. Claudius Nero Suessulam, M. Junius Silanus Tuscos.[12] Consulibus bellum cum Hannibale et binæ legiones decretæ: alter a Q. Fabio superioris anni consule, alter a Fulvio Centumalo acciperet. Prætorum, Fulvii Flacci, quæ Luceriæ sub Æmilio prætore; Neronis Claudii, quæ in Piceno sub C. Terentio fuissent, legiones essent. Supplementum in eas quisque scriberet sibi.[13] M. Junio in Tuscos legiones urbanæ

---

cum L. Cornelio fratre germano.—10 Idem malit *in ovile* vel *septum*.—11 'Probabilis est Perizonii conjectura *in viros singulos*.' Stroth.

12 *Syllanus inter consules* Edd. ante Sigon. et plerique Mss.—13 *In eas ipsi scriberent sibi* Grev. et ita plerique Mss. nisi quod in his sit *ipse* pro *ipsi*.—

NOTÆ

[i] *Nondum ad petendum legitima ætas esset*] Ex lege annali ædilitatem petere non poterant nisi qui annos septem ac triginta nati essent, quemadmodum majoribus magistratibus, ad quos per ædilitatem aditus, anni præfiniti erant, prætoribus quadragesimus, consulibus tertius supra quadragesimum.

[k] *Ædilitia largitio*] Solebant ædiles, quo sibi ad majores dignitates viam aperirent, populum sibi demereri, editis quanta quisque poterat magnificentia, ludis, et aliqua præterea munificentia, ut hic olei.

[l] *Congii olei*] Erat congius octava pars amphoræ, ac libras Romanas decem, sive uncias centum et viginti continebat.

* A. U. C. 541.

prioris anni datæ. Ti. Sempronio Graccho et P. Sempronio Tuditano imperium provinciæque Lucani et Galliæ[14] cum suis exercitibus prorogatæ: item P. Lentulo, qua vetus provincia in Sicilia esset; M. Marcello Syracusæ, et qua Hieronis regnum fuisset: T. Otacilio classis: Græcia M. Valerio: Sardinia Q. Mucio Scævolæ: Hispaniæ P. et Cn. Corneliis. Ad veteres exercitus duæ urbanæ legiones a consulibus scriptæ, summaque trium et viginti legionum eo anno effecta est. Delectum consulum M. Postumii Pyrgensis[m] cum magno prope motu rerum factum impediit.[b] Publicanus erat Postumius, qui multis annis parem fraude avaritiaque neminem in civitate habuerat, præter T. Pomponium Veientanum, quem, populantem temere agros in Lucanis, ductu Hannonis priore anno ceperant Carthaginienses. Hi, quia publicum periculum erat a vi tempestatis in iis, quæ portarentur ad exercitus,[c] et ementiti erant falsa naufragia,[15][n] et ea ipsa, quæ vera renuntiaverant, fraude ipsorum facta erant, non casu. In veteres quassasque[16] naves paucis et parvi pretii rebus impositis, cum mersissent eas in alto, exceptis in præparatas scaphas nautis, multiplices fuisse merces ementiebantur.[17] Ea fraus indicata M. Atilio prætori priore anno fuerat, ac per eum ad senatum delata, nec tamen ullo senatus consulto notata; quia Patres ordinem publicanorum in tali tempore

[b] *Factum M. Postumii Pyrgensis impedimento fuit cum tumultu ingenti, ne consules delectum militum agerent.*

[c] *Quoniam respublica periculum in se susceperat tempestatis, quantum ad ea quæ mari vehebantur ad exercitus.*

14 'In Ms. Flor. a m. sec. *Lucaniæ*, prob. Str. Præstiterit *Lucania:* sed et populus, adversus quem bellum geritur, *provincia* sæpissime dicitur, ut supra *Tusci.* Pro *Galliæ* quædam Edd. antt. *Gallia;* rectius, puto.' *Ruperti. Gallia* dat Kreyssigius.—15 Al. *facta naufragia.*—16 *Quassasque* Edd. ante

NOTÆ

[m] *Postumii Pyrgensis*] [Sic dictus, opinor, a patria, nempe *Pyrgis*, Etruriæ oppido maritimo, quod fuit inter Castrum novum et Cæretani amnis ostium, ubi nunc *S. Severa*, in Patrimonio S. Petri.

[n] *Ementiti erant falsa naufragia*] Sic meliores codices habent, Gronov. probante, quem non offendit pleonasmus ille *ementiti falsa.* Vulgati, *facta naufragia:* id est, facta fuisse naufragia.

offensum nolebant. Populus severior vindex fraudis erat;[o] excitatique tandem duo tribuni plebis Sp. et L. Carvilii, cum rem invisam infamemque cernerent, ducentum millium æris mulctam[p] M. Postumio dixerunt. Cui certandæ[q] cum dies advenisset, conciliumque tam frequens plebis adesset, ut multitudinem area Capitolii vix caperet; perorata causa, spes una videbatur esse, si C. Servilius Casca tribunus plebis, qui propinquus cognatusque[18] Postumio erat, prius, quam ad suffragium tribus vocarentur, intercessisset. Testibus datis,[19][r] tribuni populum summoverunt; sitellaque allata est,[20][s] ut sortirentur, ubi Latini suf-

Gronov.—17 Pro *ementiebantur* conj. Rupert. *comminiscebantur*.—18 Idem conj. *cognatione*.—19 'Perperam in Mog. Frob. aliisque Edd. legitur *Testulis datis*.' Stroth.—20 *Summoverunt: super re illa, quæ lata est* Tarvis. Venet.

NOTÆ.

[o] *Populus severior vindex fraudis erat*] Supple, futurus: et *populi* nomine intelligitur plebs, nam tribuni plebis eam ad comitia tributa ea de re vocaverant.

[p] *Ducentum millium æris mulctam*] Pronuntiabant hanc mulctam tribuni, ac dicebant: quam deinde populus aut irrogabat, aut remittebat, ut ostendit Sigon. ex Cicerone III. de Legib. et Philipp. II. Ducenta autem millia æris eo tempore respondebant libris nostratibus 5833. additis 6. assibus, ac denariis 8.

Ducentum millium æris] Hoc est, monetæ Hollandicæ sex millium florenorum. *J. Clericus.*

[q] *Cui certandæ*] Vulgo *cujus certandæ*; sed parum refert: hic *certare* est disceptare de mulcta a magistratu dicta: eoque pertinet illud Cic. ante laudati. 'Cum magistratus judicassit, irrogassitve, mulctæ pœnæ certatio esto.'

[r] *Testibus datis*] Sic scripti, inquit Gronov. Moguntiacenses, et qui secuti sunt, maluerunt *testulis datis*: sed melior videtur prior lectio; nam Cic. II. de Finib. 'cum datis testibus, alii tamen citarentur.' Et Livius lib. III. 'Jamque editis testibus, cum tribus vocari, et populum inire suffragia oporteret.' Alia exempla Sigon. suggerit. Itaque tribuni plebis, post testes editos, populum summovent, ut tribus ad suffragandum vocentur.

[s] *Sitellaque allata* [*illata*] *est*] Vulgo legitur, *cistellaque allata est*; eodem sensu: Cicero quippe sitellæ nomine utitur lib. I. de Nat. Deorum: 'Tiberium Gracchum cum videor concionantem in Capitolio videre de M. Octavio deferentem sitellam.' σίφλας vocat Plut. id est, 'urnas.' Sitella tribus sortiebatur, qui legem ferebat, ut eam in suffragium mitteret cujus nomen primum exlisset: in cistas autem sive cistellas populus tabellas sui suffragii mittebat per pontes transiens. Unde apud auctorem Rhetoricor. ad Herenn. 'pontes disturbat, cistas dejicit.' Multi autem erant pontes, multæque cistæ, cum multæ essent tribus, quemadmodum Turnebus Observat. 13. Advers. XIII.

fragium ferrent.'[t] Interim publicani Cascæ instare, ut concilio diem eximeret. Populus reclamare: et forte in cornu primus sedebat Casca,[d] cui simul metus pudorque animum versabat. Cum in eo parum præsidii esset, turbandæ rei causa publicani per vacuum in summoto locum[u] cuneo irruperunt,[x] jurgantes simul cum populo tribunis-

[d] *Ut dicendo, vel alia ratione impediret ne quid eo die tributis illis comitiis conficeretur. At plebs contra nitebatur. Casca primus extremam partem sedilis, in quo tribuni erant, casu occupabat.*

1501. aliique vett. ante quos erat, *si te illaque lata est.*—1 *Ac dein suffragium ferrent* conj. J. F. Gronov. *ut sortirentur, ac sortiti s. f.* vel potius *ubi latini suffr. essent* Stroth. *ut s. qui suffr. ferrent* Doering. Vid. inf. et Not. Var.—2 [t] *Per vacuum vi summo occupato loco in eos irrup.* Edd. ante Gron. *per vacuum in summoto locum cuneo irr.* Gronovius ex Mss. vestigiis conjecit; quod esset, per viam in summoto populo, hinc illinc stante, cuneo irruperunt; scil. in concilii locum. At si per vacuum in summoto (populo) locum irrupissent, non opus fuisse videtur *cuneo*, quo in confertam turbam semper irrumpi solet, ut via demum fiat. In Mss. longe plurimis, in quibus et Florent. est, *in summoto loco in eo* (vel *eos*) *irruperunt.* in Cant. *in summoto loco meo irrup.* Harlei. *in summo loco eruperunt.* Palat. 2. *in summo loco in eos irrup.* in optimo Puteaneo *in summo tolo cuneo irrup.* unde Gronovius suum effecit. Sed indidem eodem, immo meliore, jure, effici posse puto: *in summotos cuneo irruperunt.* Mutato enim l in s solum redundabit o. Atqui ex reliquorum Mss. vesti-

NOTÆ

[t] *Ubi Latini suffragium ferrent*] Hæc non placent Gronovio, qui scribendum existimat, *ut sortirentur tribus, ac dein suffragium ferrent.* Ut sortiti intelligantur tribuni quæ esset tribus prærogativa: Latinos hic nullos admittit. Potuere tamen ex Latinis urbibus civitate donatis, multi in urbe esse, et invitantibus tribunis suffragia ferre; quod fieri non poterat nisi tribus sorte ipsis assignaretur.

Ut sortirentur, ubi Latini] Recte conjicere videtur J. F. Gronovius: *ut sortirentur tribus, ac dein suffragium ferrent.* Neque enim Latini suffragium ferebant de capite civium Romanorum. Sitella autem admovebatur, ut tribus, cujus nomen primum exisset, in suffragium mitteretur. De ratione ferendorum suffragiorum vide Nic. Gruchium de Comitiis Pop. Rom. l. 1. *J. Clericus.*

[u] *Per vacuum in summoto locum*] Editi habent, *per vacuum, vi summo occupato loco, in eos irruperunt:* quod quidem satis apertum, nec forte damnandum. Sed correctio Alb. Rubenii, a Gron. prolata, ex Put. videtur non improbabilis. Dicebantur enim magistratus Romani *summoto* agere, cum quid, summota lictorum ministerio frequentia, agebant. Hic itaque *vacuum in summoto locum*, intelligere oportet intervallum quod, plebe per viatores tribunicios discedere jussa, inter ipsam plebem et tribunos intercedebat. Quamvis enim tribuni summovendi proprie jus non haberent, tamen in comitiis suis *summoto* considebant. *Cuneo* autem irrumpere est, vi subintrare graduum ordines, sive loca in quibus vulgus stabat inter sedentium subsellia.

que. Nec procul dimicatione res erat, cum Fulvius consul tribunis, ‘ Nonne videtis,’ inquit, ‘ vos in ordinem coactos esse,[x] et rem ad seditionem spectare, ni propere dimittitis plebis concilium?’

4. Plebe dimissa, senatus vocatur, et consules referunt de concilio plebis turbato vi atque audacia publicanorum. ‘ M. Furium Camillum, cujus exilium ruina Urbis secuta fuerit, damnari se ab iratis civibus[3] passum esse. Decemviros ante eum, quorum legibus ad eam diem viverent, multos postea principes civitatis, judicium de se populi passos. Postumium Pyrgensem suffragium populo Romano extorsisse,[4] concilium plebis sustulisse, tribunos in ordinem coëgisse, contra populum Romanum aciem instruxisse,[5 y] locum occupasse, ut tribunos a plebe intercluderet, tribus in suffragium vocari prohiberet. Nihil aliud a cæde ac dimicatione continuisse homines, nisi patientiam magistratuum, quod cesserint[6] in præsentia furori atque audaciæ paucorum, vincique se ac populum Romanum passi sint: et comitia, quæ reus vi atque armis prohibiturus erat, ne causa quærentibus dimicationem daretur, voluntate ipsius[7] sustulerint.’ Hæc cum ab optimo quoque pro atroci-

---

giis patet, ex *tuscuneo* natum esse *locoineo*. Neque tamen sic locum satis restitutum puto, sed transpositis præpositionibus legendum, *in vacuum per summotos locum cuneo irruperunt:* id est, facto cuneo per turbam irruperunt, in eum locum, quem antea plebis pars occupaverat, qua summota locus ille vacuefactus erat: ut ita starent inter tribunos suffragia colligentes et plebem. Quod ex cap. seq. patet.’ *Stroth.* ‘ Non puto recte dici posse, locum vacuum fieri *per* summotos, sed potius *a* summotis. Legendum igitur fortasse, *per vacuum a summotis locum cuneo irruperunt:* intelligo autem locum, ubi tribuni, quod paulo ante dictum est, populum summoverant; ne igitur publicani quoque summoveri possent a tribunis, cuneo irruperunt; *cunei* descriptionem dedit Noster supr. Lib. XXII. 37.’ *Doering.* Vid. Not. Var.

3 *Ab ingratis civ.* Edd. ante Gronov.—4 *Populo per vim ext.* Edd. ante Drak. —5 *Aciem introduxisse* Edd. ante Crevier.—6 Conj. J. F. Gronov. *qui cesserint.*

NOTÆ

x *Vos in ordinem coactos esse*] *In ordinem coacti*, sive in ordinem redacti, dicuntur, qui, nulla eorum honoris ratione habita, contemnuntur, ut probat ex Prisciano ipsoque Livio, Sigon.

y *Aciem instruxisse* [*introduxisse*] Non male: id quippe novo more factum: sed quidam codices habent *intruxisse:* unde conjicias, *aciem instruxisse.*

tate rei acta[8] esset,[z] vimque eam contra rem publicam[a] et pernicioso[9] exemplo factam, senatus decresset; confestim Carvilii tribuni plebis, omissa multatæ certatione, rei capitalis[b] diem Postumio dixerunt; ac, ni vades daret, prehendi a viatore atque in carcerem duci jusserunt. Postumius, vadibus datis, non affuit. Tribuni plebem rogaverunt, plebesque ita scivit:[10] 'Si M. Postumius [ante Kalendas Maias non prodisset,[c] citatusque eo die non respondisset neque excusatus esset, videri eum in exilio esse, bonaque ejus venire, ipsi aqua et igni[c] placere interdici.' Singulis[11] deinde eorum, qui turbæ ac tumultus concitatores fuerant, rei capitalis diem dicere ac vades poscere cœperunt. Primo non dantes, deinde etiam eos, qui dare possent, in carcerem conjiciebant: cujus rei periculum vitantes plerique in exilium abierunt.

5. Hunc fraus publicanorum, deinde fraudem audacia protegens, exitum habuit. Comitia inde pontifici maximo creando sunt habita. Ea comitia novus pontifex[d] M. Cor-

[c] *Non adesset, neque populo judicandum sisteret.*

—7 *Ipsi* legendum conjicit Dukerus.—8 *Jacta* reposuit Gron. ex conj. Ursini, probb. Stroth. Rupert.—9 *Rempublicam pern.* sine *et* Edd. ante Gronov.—10 *Tribuni vocaverunt plebem, quæ ita scivit* Edd. ante Gronov. *Tribuni plebem vocaverunt, plebesque ita sc.* Mss. plurimi.—11 Quidam Mss. *Singulos.*

NOTÆ

[z] *Acta* [*jacta*] *essent*] Ita melius esse vidit Fulvius, censetque Gronov. cum scribatur ubique, *acta essent*. Mihi tamen arridet magis recepta lectio. *Agendi* quippe verbum, ut et *actionis* nomen, ad ea, quæ cum vehementia quadam oratoria dicuntur, pertinere nemo ignorat.

[a] *Vimque eam contra rem p. &c.*] Cum reus, qui contra legem fecerat, damnabatur, moris non erat indicari pœnam; sed id tantum pronuntiabatur, eum contra legem fecisse videri.

[b] *Rei capitalis*] Quasi reum violatæ legis de vi publica, vel potius majestatis populi Romani.

[c] *Aqua et igni*] Alibi dictum aqua et igni solitum interdici iis, qui exilio damnabantur. Cum enim usu horum elementorum, quæ maxime ad vitam necessaria sunt, prohiberentur; cogebantur solum vertere, atque extra Romanam ditionem migrare. Ei pœnæ successit postea deportatio, quæ et ipsa exilii species est, adimitque jus civitatis.

[d] *Novus pontifex*] Hic Cornelius Cethegus, in L. Lentuli pontificis

nelius Cethegus habuit. Tres ingenti certamine petierunt: Q. Fulvius Flaccus consul, qui et ante bis consul et censor fuerat; et T. Manlius Torquatus, et ipse duobus consulatibus et censura insignis; et P. Licinius Crassus, qui et ædilitatem curulem petiturus erat. Hic senes honoratosque juvenis in eo certamine vicit.[12] Ante hunc, intra centum annos et viginti, nemo præter P. Cornelium Calussam,[13] pontifex maximus creatus fuerat, qui sella curuli non sedisset. Consules cum ægre delectum conficerent, quod inopia juniorum non facile in utrumque, ut et novæ urbanæ legiones, et supplementum veteribus scriberetur, sufficiebat; senatus 'absistere eos incepto' vetuit, 'et triumviros binos creari' jussit: 'alteros, qui citra, alteros, qui ultra quinquagesimum lapidem in pagis forisque et conciliabulis[14] omnem copiam ingenuorum inspicerent, et, si qui roboris satis ad ferenda arma habere viderentur, etiamsi nondum militari ætate essent, milites facerent. Tribuni plebis, si iis videretur, ad populum ferrent, ut, qui minores septem et decem annis[15] sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si septem et decem annorum, aut majores, milites facti essent.' Ex hoc senatus consulto creati triumviri bini conquisitionem ingenuorum per agros habuerunt. Eodem tempore ex Sicilia literæ M. Marcelli de postulatis militum, qui cum P. Lentulo militabant,[e] in senatu recita-

12 *Devicit* Edd. ante Drak.—13 'Forte legendum *Cæsullam* cum Gronov. vel potius *Scapulam* cum Sigon.' *Rupert.*—14 Olim legebatur *in plateis foris*.

NOTÆ

maximi locum suffectus, in pontificis quidem dignitatem successerat, sed non in pontificatum maximum.

[d] *P. Cornelium Calussam*] Quid hoc cognominis est *Calussam*? Sigonius *Scapulam* legit, satis verisimili conjectura. Gronov. *Cæsullam* suspicatur, quasi a cæsiis oculis sic appellatum.

[e] *Forisque et conciliabulis*] Jam notavimus fori et conciliabuli nominibus loca intelligi frequentiora, in quibus jus dicebatur, et non modo in nundinas, sed in concilium quoque conveniri solebat: sed conciliabula paulo minoris fuisse dignationis.

[f] *Cum P. Lentulo militabant*] Hic Siciliam provinciam prætor aut pro prætore per triennium rexerat cum militibus qui fuga ex Cannensi pugna evaserant.

tæ sunt. Cannensis reliquiæ cladis hic exercitus[16] erat, relegatus in Siciliam, sicut ante dictum est, ne ante Punici belli finem in Italiam reportaretur.

6. Hi permissu Lentuli primores equitum centurionumque, et robora ex legionibus peditum, legatos in hyberna ad M. Marcellum miserunt, e quibus unus, potestate dicendi facta, 'Consulem,' inquit, 'te, M. Marcelle,[17] in Italiam adissemus, cum primum de nobis, etsi non iniquum, certe triste senatus consultum factum est, nisi hoc sperassemus, in provinciam nos morte regum turbatam ad grave bellum adversus Siculos simul Pœnosque mitti, et sanguine nostro vulneribusque nos senatui satis facturos[18] esse;[h] sicut patrum memoria, qui capti a Pyrrho ad Heracleam[i] erant, adversus Pyrrhum ipsum pugnantes satis fecerunt. Quanquam quod ob meritum nostrum succensuistis, Patres conscripti, nobis, aut succensetis? Ambo[19] mihi consules et universum senatum intueri videor, cum te, M. Marcelle, intueor: quem si ad Cannas consulem habuissemus, melior et rei publicæ et nostra fortuna esset. Sine, quæso, prius quam de conditione nostra queror, noxam, cujus arguimur, nos purgare. Si non Deum ira, nec fato, cujus lege immobilis rerum humanarum ordo seritur, sed

---

que et c.—15 Vet. lib. ap. Sigon. *ac si septem et decem annorum.*—16 Al. *is exercitus.*

17 Al. *Consulem te M. Marcelle.*—18 '*Vulneribusque nos* et *nostris senatui satis facturos* pauci Mss. Illud recepit Drak. hoc Crev. et Stroth. Pro *nos senatui* in plerisque Mss. et in Edd. ante Gronov. *magistratibus*, at in optimis codd. *nostratui*: unde J. F. Gronov. reposuit *nos patriæ*; et Jac. Gronov. conj. *nos reatui satis facturos*, h. e. luituros commissa, et cum maxime navata fortiter opera prius crimen et ignominiosam hanc relegationem abolituros. Sed vocis *reatus* significatio hæc recentior est. v. Duk. ad h. l. Quintil. I. O. VIII. 3. et impr. Bentl. ad Hor. Od. III. 6. 20.' *Rupert.*—19 Al. *Ambos.*—

NOTÆ

[h] *Vulneribusque nos senatui satis facturos* [*patriæ satisfacturos*] Ex suspicione Gronovii est: legitur vulgo, *et sanguine nostro vulneribusque magistratibus satisfacturos*: veteres libri, *vulneribusque nostra tuis satisfacturos*: quidni *nos patribus satisfacturos*? Pœna certe militandi in Sicilia ipsis irrogata senatusconsulto fuerat.

[i] *A Pyrrho ad Heracleam*] Prima hæc Romanorum pugna fuerat cum Pyrrho, P. Valerio Lævino consule duce, anno U. C. 473. Qua de re Flor. Plut. Oros. Eutrop. Zonar.

culpa periimus ad Cannas, cujus tandem ea culpa fuit? militum, an imperatorum? Equidem miles nihil unquam dicam de imperatore meo,[20 k] cui præsertim gratias sciam ab senatu actas, quod non desperaverit de re publica; cui post fugam ab Cannis[2 l] per omnes annos prorogatum imperium. Ceteros item ex reliquiis cladis ejus, quos tribunos militum habuimus, honores petere et gerere, et provincias obtinere audivimus. An vobis vestrisque liberis ignoscitis facile, Patres conscripti, in hæc vilia capita sævitis?[2] et consuli primoribusque aliis civitatis fugere, cum spes alia nulla esset, turpe non fuit; milites utique morituros in aciem misistis? Ad Alliam prope omnis exercitus fugit: ad Furculas Caudinas, ne expertus quidem certamen, arma tradidit hosti, ut alias pudendas clades exercituum taceam: tamen tantum abfuit ab eo, ut ulla ignominia iis exercitibus quæreretur,[3 m] ut et urbs Roma per eum exercitum, qui ab Allia Veios transfugerat, recuperaretur; et Caudinæ legiones, quæ sine armis redierant Romam, armatæ remissæ in Samnium, eundem illum hostem sub jugum miserint, qui hac sua ignominia lætatus fuerat. Cannensem vero quisquam exercitum fugæ aut paveris insimulare potest, ubi plus quinquaginta millia hominum ceciderunt? unde consul cum equitibus septuaginta fugit?[n]

20 Al. *eo*.—1 'Ita ex emend. Gron. qui etiam bene conj. *ad Cannas*. In Ms. Put. *actannis*, in aliis et Edd. ante Gron. *actam nisi* et *actam sit*.' Rupert.—2 '*Sævi* Gron. et rell. post eum, ex vestigiis optimorum codd. in quibus est *sæviret consuli*. Licet autem Livium ita nonnunquam variare sciam, tamen vulgatum, quod in omnibus ante Gron. Edd. est, h. l. melius et aptius vide-

NOTÆ

[k] *De imperatore meo*] Vulgo, *eo*. Mutavit Gron. ex optimo cod. quem tamen non nominat. Malim tamen *eo*.

[l] *Post fugam ab Cannis*] Hæc ex Gronov. conjectura, cui displicet omnino, *agere fugam*; et ex consequenti communis lectio, *cui post fugam actam*; cum Sallust. ipseque Livius dixerint, *fugam facere*.

[m] *Iis exercitibus quæreretur*] Valla, quem plerique secuti, *inureretur*. Sed *quæri*, quod est in veteribus libris, nativum est hoc sensu: et Noster lib. IV. 'nec tum agrum plebi, sed sibi invidiam quæri.'

[n] *Unde consul cum equitibus septuaginta fugit*] Verus numerus fuit *septuaginta*, quem sequuntur scripti plerique: in aliis est *quinquaginta*: et

unde nemo superest, nisi quem hostis cædendo fessus reliquit? Cum captivis redemtio negabatur, nos vulgo homines laudabant, quod rei publicæ nos reservassemus; quod ad consulem Venusiam redissemus, et speciem justi exercitus fecissemus. Nunc deteriore conditione sumus, quam apud patres nostros fuerant captivi. Quippe illis arma tantum atque ordo militandi, locusque, in quo tenderent in castris, est mutatus: quæ tamen, semel navata rei publicæ opera, et uno felici prælio, recuperarunt. Nemo eorum relegatus in exilium est: nemini spes emerendi stipendia ademta: hostis denique est datus, cum quo dimicantes, aut vitam semel, aut ignominiam finirent. Nos, quibus, nisi quod commisimus, ut quisquam ex Cannensi acie miles Romanus superesset, nihil objici potest, non solum a patria procul Italiaque, sed ab hoste etiam, relegati sumus; ubi senescamus in exilio, ne qua spes, ne qua occasio[4] abolendæ ignominiæ, ne qua placandæ civium iræ, ne qua denique bene moriendi sit. Neque ignominiæ finem, nec virtutis præmium petimus; modo experiri animum et virtutem exercere liceat. Laborem et periculum petimus, ut virorum, ut militum officio fungamur. Bellum in Sicilia jam alterum annum ingenti dimicatione geritur: urbes alias Pœnus, alias Romanus expugnat: peditum, equitum acies concurrunt; ad Syracusas terra marique res geritur: clamorem pugnantium crepitumque armorum exaudimus, resides ipsi ac segnes, tanquam nec manus, nec arma habeamus. Servorum legionibus Ti. Sempronius consul toties jam cum hoste signis collatis pugnavit. Operæ pretium habent, libertatem civitatemque. Pro servis saltem ad hoc bellum emtis vobis simus. Congredi[5] cum hoste liceat, et

tur.' *Streth.*—3 *Inureretur* conj. Valla.—4 '*Ne qua opes* Drak. operarum manifesto errore: servato tamen a Cel. Ernestio.' *Streth.*—5 *Emtis nobis simul congredi* Edd. ante Gronov.

NOTÆ

quid vetat ab eo, qui in se sibique similes ob fugam sæviri queratur, verum eorum numerum aliquatenus imminui, qui fugientem consulem secuti?

pugnando quærere libertatem. Vis tu mari, vis terra, vis acie, vis urbibus oppugnandis experiri virtutem? Asperrima quæque ad laborem periculumque deposcimus, ut, quod ad Cannas faciendum fuit, quam primum fiat; quoniam, quicquid postea viximus, id omne destinatum ignominiæ est.'

7. Sub hæc dicta ad genua Marcelli procubuerunt. Marcellus id nec juris, nec potestatis suæ esse dixit. Senatui scripturum se, omniaque de sententia Patrum facturum esse. Hæ literæ ad novos consules allatæ, ac per eos in senatu recitatæ sunt: consultusque de his literis ita decrevit senatus: 'Militibus, qui ad Cannas commilitones suos pugnantes deseruissent, senatum nihil videre, cur res publica committenda sit.[6o] Si M. Claudio proconsuli aliter videretur, faceret, quod e re publica fideque sua duceret; dum ne quis eorum munere vacaret,[f] neu dono militari virtutis ergo donaretur, neu in Italiam reportaretur, donec hostis in terra Italia[7] esset.' Comitia deinde a prætore urbano de senatus sententia plebisque scitu sunt habita: quibus creati sunt quinqueviri muris turribusque reficiendis, et triumviri bini; uni sacris conquirendis donisque persignandis;[p] alteri reficiendis ædibus Fortunæ et matris

f Modo eorum nullus vacationem onerum militarium haberet.

6 *Senatui nihil videri rempublicam committendam esse* Edd. ante Gronov.—

NOTÆ

[o] *Senatum nihil videre* [*senatui nihil videri*] *cur res publica committenda esset*] Ita malim, conjectura ducta ex Colb. cod. ubi, *Senatui nihil videretur res p. committenda esse,*' non solum, quam ut vulgo, *Senatui nihil videri rem publicam committendam esse,* sed etiam quam, ut scribit Gron. levi mutatione ex Put. et Pet. *Senatum nihil videre cur res publica committenda sit.* Etenim solennis pronuntiandi formula vocem passivam *videri* potius amat, quam activam *videre,* ut cuivis notum.

[p] *Uni sacris conquirendis donisque persignandis*] Potest intelligi conquisitio vel librorum sacrorum, vel piaculorum primis hisce triumviris mandata. Gutherius improbante Gronov. legit *coinquiendis,* quod verbum de sacris tantum lucis amputandis hic accipi posset; nam apud Festum *coinquire* est, deputare; eoque verbo usi sunt hoc sensu jurisconsulti. Alphenus l. XXIX. ff. 'locati;' et Paulus l. v. 'arborum furtim cæsarum.' *Persig-*

Matutæ intra portam Carmentalem, sed[8] et Spei extra portam, quæ priore anno incendio consumtæ fuerant. Tempestates fœdæ fuere. In Albano monte biduum continenter lapidibus pluit. Tacta de cœlo multa: duæ in Capitolio ædes: vallum in castris multis locis supra Suessulam, et duo vigiles exanimati. Murus turresque quædam Cumis non ictæ modo fulminibus, sed etiam decussæ. Reate saxum ingens visum volitare: sol rubere solito magis sanguineoque similis. Horum prodigiorum causa diem unum supplicatio fuit, et per aliquot dies consules rebus divinis operam dederunt; et per eosdem dies sacrum novemdiale fuit. Cum Tarentinorum defectio jam diu et in spe Hannibali, et in suspicione Romanis esset, causa forte extrinsecus maturandæ ejus intervenit. Phileas Tarentinus, diu jam per speciem legationis Romæ cum esset, vir inquieti animi, et minime otium, quo tum diutino[9] senescere videbatur, patientis, aditum sibi ad obsides Tarentinos invenit. Custodiebantur in atrio Libertatis[q] minore cura, quia nec ipsis, nec civitati eorum fallere Romanos expediebat. Hos, crebris colloquiis solicitatos, corruptis ædituis duobus, cum primis tenebris custodia eduxisset, ipse comes occulti itineris factus profugit. Luce prima vulgata per urbem fuga est: missique,[10] qui sequerentur, ab Tarracina comprehensos omnes retraxerunt. Deducti[r] in comitio, virgisque, approbante populo, cæsi,[11] de saxo dejiciuntur.

7 *Hostis intra Italiam* Edd. ante Gronov.—8 'Particula *sed* vix ferenda est hoc loco; fortasse latet in hac particula nomen Deæ, v. c. Fidei.' *Doering.*—9 Al. *diuturno.*—10 Al. *emissique.*—11 'Lege vel *in comitium* cum Streth. vel *reducti in comitio virgis a. p. cæsi* cum Gron.' *Rupert.*

NOTÆ

nare autem *dona* est, dona templorum recognita scriptis mandare, aut potius obsignare.

[q] *In atrio Libertatis*] In Aventino fuit templum et atrium libertatis.

[r] *Deducti*] Stare non potest *deducti, in comitio*, nec *deducti, in comitio virgisque cæsi*: melius *reducti*, quod vult Gron. Certe in sequentibus vel delenda particula conjunctiva *que*, ut sit, *reducti, in comitio virgis cæsi*, quemadmodum idem censet; vel mutandus ex sententia Tan. Fabri situs nominum, et legendum, *virgisque in comitio cæsi.*

8. Hujus atrocitas pœnæ duarum nobilissimarum in Italia Græcarum[s] civitatium animos irritavit, cum [12] publice, tum etiam singulos privatim, ut quisque tam fœde interemtos aut propinquitate, aut amicitia contingebat. Ex iis tredecim fere nobiles juvenes Tarentini conjuraverunt, quorum principes Nico et Philemenus [13] erant. Hi, prius, quam aliquid moverent, colloquendum cum Hannibale rati, nocte per speciem venandi urbem [14] egressi, ad eum proficiscuntur: et, cum haud procul castris abessent, ceteri sylva prope viam sese occuluerunt; Nico et Philemenus, progressi ad stationes comprehensique, ultro id petentes, ad Hannibalem deducti sunt. Qui cum et causas consilii sui, et quid pararent, exposuissent; collaudati oneratique promissis jubentur, ut fidem popularibus facerent, prædandi causa se urbem egressos, pecora Carthaginiensium, quæ pastum propulsa essent, ad urbem agere. Tuto ac sine certamine id facturos, promissum est. Conspecta ea præda juvenum est; minusque, iterum ac sæpius id eos audere, miraculo fuit. Congressi cum Hannibale rursus, fide sanxerunt, liberos Tarentinos leges suaque omnia habituros, neque ullum vectigal Pœno pensuros, præsidiumve invitos recepturos: prodita præsidia Carthaginiensium fore.[t] Hæc ubi convenerunt, tunc vero Philemenus consuetudinem nocte egrediundi redeundique in urbem frequentiorem facere: (et erat venandi studio insignis) canesque et alius apparatus sequebatur; captumque ferme aliquid, aut ab hoste ex præparato ablatum reportando, donabat aut præfecto, aut custodibus portarum. Nocte maxime commeare propter metum hostium, credebant. Ubi jam eo consuetu-

12 *Tum* Edd. ante Gronov.—13 Al. *Philomenus* et *Philomenes*.—14 'Ita optimi Mss. ut et mox *se urbem egressos*, quod ex Palat. 2. recepi pro vulg.

NOTÆ

[s] *Duarum nobilissimarum in Italia Græcarum*] Tarenti et Thuriorum, ex quibus pars obsidum, infra cap. 15.

[t] *Prodita præsidia Carthaginiensium fore*] Sensus hujus loci expiscandus ex Polybio, lib. VIII. ubi refert convenisse ut Carthaginiensibus liceret, urbe capta, ædes ac diversoria Romanorum qui præsidium Tarenti agitabant, diripere.

dinis adducta res est, ut, quocumque noctis tempore sibilo dedisset signum, porta aperiretur, tempus agendæ rei Hannibali visum est. Tridui viam[15] aberat: ubi, quo minus mirum esset uno eodemque loco stativa eum tamdiu habere, ægrum simulabat. Romanis quoque, qui in præsidio Tarenti erant, suspecta esse jam segnis mora ejus desierat.

9. Ceterum postquam Tarentum ire constituit, decem millibus peditum atque equitum, quos in expeditione[16] velocitate corporum ac levitate armorum aptissimos esse ratus est, electis, quarta vigilia noctis signa movit: præmissisque octoginta fere Numidis equitibus præcepit, ut discurrerent circa vias perlustrarentque omnia oculis, ne quis agrestium procul spectator agminis falleret;[s] prægressos[17] retraherent, obvios occiderent, ut prædonum magis, quam exercitus, accolis species esset. Ipse, raptim agmine acto,[18] quindecim ferme millium spatio castra ab Tarento posuit; et, ne ibi quidem nuntiato,† quo pergerent,[19] tantum convocatos milites monuit, via omnes irent, nec deverti quenquam, aut excedere ordinem agminis paterentur, et inprimis intenti ad imperia accipienda essent, neu quid nisi ducum jussu facerent: se in tempore editurum,[20] quæ vellet agi. Eadem ferme hora Tarentum fama pervenerat, Numidas equites paucos populari agros, terroremque late agrestibus injecisse. Ad quem nuntium nihil ultra motus præfectus Romanus, quam ut partem equitum postero die luce prima juberet exire ad arcendum populationibus hostem. In cetera adeo nihil ob id intenta cura est,[1] ut contra pro argumento fuerit illa procursatio Numidarum, Hanni-

[s] *Ne rusticorum quis lateret, qui prætereuntes copias e longinquo esset conspicatus.*

urbe.' Rupert.—15 *Via* Edd. ante Gronov.

16 Conj. Rupert. *in expeditionem.*—17 Al. *progressos.*—18 *Facto* Edd. ante Gronov.—19 *Quo pergeret* emend. Periz.—20 Conj. Doering. *edicturum.*—1 ' *Hostem. Interea adeo nihil obedienter curatum est* Edd. ante Gronov. qui id, quod nunc est, partim ex Mstorum vestigiis, partim ex Lipsii conjectura

NOTÆ

† *Nuntiato*] Aut legendum *pronuntiato*, aut idem est simplex *nuntiato*. Polybius lib. VIII. c. 20. utitur verbo διέσφερε. *J. Clericus.*

balem exercitumque castris non movisse. Hannibal concubia nocte movit.[u] Dux Philemenus erat, cum solito captæ venationis onere. Ceteri proditores ea, quæ composita erant, expectabant. Convenerat autem, ut Philemenus, portula assueta venationem inferens, armatos induceret: parte alia portam Temenida[x] adiret Hannibal. Ea mediterranea regione orientem spectabat. Aliquantum intra mœnia includuntur.[2 y] Cum portæ appropinquaret,[3] editus ex composito ignis ab Hannibale est refulsitque. Idem redditum ab Nicone signum: extinctæ deinde utrimque flammæ sunt. Hannibal silentio ducebat ad portam. Nico ex improviso adortus sopitos[4 z] vigiles in cubilibus suis

dedit.' *Stroth.*—2 '*Includitur* in Edd. ante Gronov. sed *includuntur* in omnibus Mss. et *regio est orientem spectabest* in optimis. *orientem spectat ad monumenta, quæ intra mœnia includuntur* conj. J. Fr. Gron. *orientem spectat ad busta, quæ Tarenti intra m. i.* Sigon. prob. Stroth. sed refrag. J. F. Gron. qui hæc interposita satis ex seqq. intelligi monet. Forte leg. *parte alia portam T. adiret Hannibal: (ea m. r. o. spectat) essentque alii,* (Nico et Tragiscus cum sociis) *qua* (parte) *tumuli intra mœnia includerentur.* Cf. Polyb. qui etiam docet, cur Tarenti contra morem Græcorum sepulcra fuerint intra mœnia.' *Rupert.* Vid. Not. Var.—3 '*Cum portæ appropinquaret* sc. Hannibal: quod mallem adjecisset Livius, et deinde *ab eo* pro *ab Hannibale* scripsisset. Forte leg. *appropinquaretur.*' Rupert.—4 *Ex improviso ad portas sopitos* Edd. ante

NOTÆ

[u] *Concubia nocte movit*] A loco ubi cœnaverant ad præruptam fluvii ripam, profectos primis se intendentibus tenebris Pœnos, ut ad muros circa noctis dimidium pervenirent, refert Polybius, qui rem totam accuratius longe describit.

[x] *Portam Temenida*] Hujus portæ nomen a Temeno deductum verisimile est, quem constat Herculis abnepotem, cum Cresphonte et Aristodemo fratribus natu minoribus, Peloponnesum, pulsis Pelopidis, occupasse, primumque ex Heraclidarum gente Argivorum regnum tenuisse. Ab Aristodemo ejus fratre orti Lacedæmoniorum reges: Tarentum autem colonia fuit Lacedæmoniorum: sic etiam et Syracusis (quæ urbs ab Archia, Heraclida et ipso condita) fuit Apollo Temenites Ciceroni laudatus, a cujus templo Neapolin Syracusarum partem Thucydides *Temenitem* appellat.

[y] *Aliquantum intra mœnia includuntur* [*includitur*] Laborant hic merito interpretes; et quia nihil ejusmodi de porta est apud Polybium, qui sepulcra quædam ad quæ Nico et socii ejus venerunt, et unde ignem excitarunt, intra mœnia fuisse scribit, et in veteribus libris legitur, *includuntur*, vel *includunt*; idcirco addito supplemento Sigon. legit, (*ea mediterranea regione orientem spectabat*) *Nico, cum sociis ad monumenta esset, ea aliquantum intra mœnia includuntur.*

Aliquantum] Recte J. F. Gronovius: *ad monumenta, quæ intra, &c.* Vide Polybium in hac historia lib.

obtruncat, portamque aperit. Hannibal cum peditum agmine ingreditur, equites subsistere jubet; ut, quo res postulet, occurrere libero campo possent. Et Philemenus portulæ parte alia,[a] qua commeare assuerat, appropinquabat. Nota vox ejus et familiare jam signum cum excitasset vigilem, dicenti,[5] vix sustinere grandis bestiæ onus, portula aperitur. Inferentes aprum duos juvenes secutus ipse cum expedito venatore, vigilem, incautius miraculo magnitudinis in eos, qui ferebant, versum, venabulo trajicit. Ingressi deinde triginta fere armati ceteros vigiles obtruncant, refringuntque portam proximam:[6] et agmen sub signis confestim irrupit. Inde cum silentio in forum ducti, Hannibali sese conjunxerunt. Cum duobus millibus Gallorum Pœnus, in tres divisis partes, per urbem dimittit Tarentinos, et itinera quam maxime frequentia[7] occupare jubet;[b] tumultu orto, Romanos passim cædi, oppidanis parci. Sed, ut fieri id posset, præcipit juvenibus Tarentinis, ut, ubi quem suorum procul vidissent, quiescere et silere, ac bono animo esse juberent.

10. Jam tumultus erat clamorque, qualis esse in capta urbe solet: sed, quid rei esset, nemo satis pro certo scire. Tarentini Romanos ad diripiendam urbem credere coortos:

Gronov.—5 '*Dicenti* e 2. Mss. recepi cum Stroth. In aliis est *dicente*, et in reliquis Edd. *dicentis*.' Rupert.—6 *Portam maximam* Edd. ante Gronov.—7 *Tum duo millia Gallorum Pœnus in tres divisa partes, per urbem dimittit. Tarentinos et Afros quam maxima frequentia* Edd. ante Gronov.

NOTÆ

VIII. cap. 23. *J. Clericus.*

[a] *Adortus* [*ad portas*] *sopitos*] Non video quæ hic novandi causa Gronovio. Quid enim habet corrigendum, quod dicitur Nico, vigiles, sopitos ad portas, ex improviso obtruncasse? An melius se res habebit, si legeris *adortus sopitos vigiles*? immo redundabit participium *adortus* in eo qui obtruncasse narratur.

[a] *Portulæ parte alia*] Rhinopylam Polyb. vocat hanc alteram portam, qua egredi et regredi solitus Philemenus, *Portula*. Gall. *le guichet*.

[b] *Dimittit Tarentinos, et itinera quam maxime frequentia occupare jubet*] Sic emendavit Gronov. ex Polybio, qui vicos, qui ad forum ferrent, expressit; quod per itinera maxime frequentia reddere satis habuit Livius. Quæ hic Sigonius aliique augurantur referre supervacuum ducimus.

Romanis seditio aliqua cum fraude videri ab oppidanis mota. Præfectus primo excitatus tumultu,[c] in portum effugit: inde, acceptus scapha, in arcem circumvehitur. Terrorem [8] et tuba audita ex theatro faciebat. Nam et Romana erat, a proditoribus ad hoc ipsum præparata; et inscienter a Græco inflata,[9] quis, aut quibus signum daret, incertum efficiebat. Ubi illuxit, et Romanis Punica et Gallica arma cognita, tum dubitationem exemerunt; et Græci, Romanos passim cæde stratos cernentes, ab Hannibale captam urbem senserunt. Postquam lux certior erat, et Romani, qui cædibus superfuerant, in arcem confugerant, conticescebatque paulatim tumultus; tum Hannibal Tarentinos sine armis convocare [10] jubet. Convenere omnes, præterquam qui, cedentes in arcem, Romanos ad omnem adeundam simul fortunam prosecuti fuerant. Ibi Hannibal, benigne allocutus Tarentinos, testatusque, quæ præstitisset civibus eorum, quos ad Trasimenum aut ad Cannas cepisset, simul in dominationem superbam Romanorum invectus, recipere se in domos suas quemque jussit, et foribus nomen suum inscribere: se domos eas, quæ inscriptæ non essent, signo extemplo dato, diripi jussurum. Si quis in hospitio civis Romani (vacuas autem tenebant [11] do-

8 'Forte *Errorem*, quod jam monuere Lips. et Duk.' *Rupert.* *Errorem* in textum suum recepit Kreyssigius.—9 '*Scienter a Græco inflata* in vet. libro recte legi putabat Sigon. improb. Duk. qui monet, si *scienter* inflata fuisset tuba, eam non potuisse 'incertum efficere, quis aut quibus signum daret;' Livii vero narrationem hic aliquantum abire a Polybiana. Στάντες περὶ τὸ θέατρον, ἐσήμαινον Polyb. qui etiam docet, Romanos, signo hoc audito, per plateas passim advenientes, in Pœnos Gallosque incidisse et ab his esse trucidatos. Mox legendum puto: *et Romanis Punica et Gallica arma cognita eam dubitationem exemerunt.* Τὸ *tum* hic delendum videri, saltem frigere aut vacare, jam alii monuere, et Duk. conj. *omnem.*' Rupert.—10 Muretus e vet. lib. leg. *convocari.*—11 Al. *cernebat.*

NOTÆ

[c] *Præfectus primo excitatus tumultu*] Polybius scribit C. Livium præfectum Romanum, producto ad multam noctem convivio, temulentum per Rhinopylam ad portum, indeque ad arcem cum suis delatum. Sigon. præfecti nomen a Nostro data opera prætermissum esse vult, ne familiæ suæ nomini notam inureret, fatendo C. Livii præfecti culpa Tarentum amissum; quasi ex eadem familia Livius Patavinus tempore Augusti, cum hoc C. Livio Romano esset: quod mihi valde dubium.

mos)[d] nomen inscripsisset, eum se pro hoste habiturum. Concione dimissa, cum titulis notatæ fores discrimen pacatæ ab hostili domo fecissent, signo dato, ad diripienda hospitia Romana passim discursum est: et fuit prædæ aliquantum.

11. Postero die ad oppugnandam arcem ducit. Quam cum et mari,[12] quo in peninsulæ modum pars major circumluitur, prærupta rupibus, et ab ipsa urbe[13] muro et fossa ingenti septam videret, eoque nec vi, nec operibus expugnabilem esse; ne aut se ipsum cura tuendi Tarentinos a majoribus rebus moraretur, aut in relictos sine valido præsidio Tarentinos impetum ex arce, cum vellent, Romani facerent, vallo urbem ab arce intersepire statuit: non sine illa[14] etiam spe, cum prohibentibus opus Romanis manum posse conseri, et, si ferocius procucurrissent,[15] magna cæde ita attenuari præsidii vires, ut facile per se ipsi Tarentini urbem ab iis tueri possent. Ubi cœptum opus est, patefacta repente porta, in munientes impetum fecerunt Romani: pellique se statio passa est, quæ pro opere erat,[h] ut successu cresceret audacia, pluresque[f] et longius pulsos persequerentur.[16] Tum signo dato coorti undique Pœni sunt, quos instructos ad hoc Hannibal tenuerat; nec sustinere impetum Romani, sed ab effusa fuga loci angustiæ eos, impeditaque[17] alia[g] opere jam cœpto, alia apparatu operis, morabantur. Plurimi in fossam præcipitavere,[18] occisique sunt plures in fuga, quam in pugna. Inde et opus nullo prohibente fieri cœptum. Fossa ingens ducta,

[h] *Quæ excubabat ad opera.*

12 Legendum monet J. F. Gronov. *et a mari.*—13 Al. *circumluitur, et præaltis r. et ab i. u.*—14 *Ulla* Edd. ante Gronov.—15 Al. *procurrissent.*—16 *Prosequerentur* Grut. Gronov. Doujat. Crevier.—17 *Impedimentaque* Edd. pleri-

NOTÆ

[d] *Vacuas autem tenebant domos*] Vulgo *cernebat*; sed omnis lectio vetus, *tenebat*. Scribendum *tenebant*: Romani scilicet. Non enim permixtim cum civibus diversabantur: unde facile milites Romani a civibus distingui poterant ex scuto inscriptione, ut Lipsius notat.

[f] *Pluresque*] Scilicet Romanos.

[g] *Impeditaque alia*] Loca.

et vallum intra eam erigitur: modicoque post intervallo murum etiam eadem regione addere parat,[h] ut vel sine præsidio tueri se adversus Romanos possent.[i] Reliquit tamen modicum præsidium, ut simul in faciendo [19] muro adjuvaret. Ipse, profectus cum ceteris copiis, ad Galæsum flumen[k] (quinque millia ab urbe abest) posuit castra. Ex iis stativis regressus ad inspiciendum opus (quod aliquantum opinione ejus celerius creverat) spem cepit, etiam arcem expugnari posse. Et est non altitudine, ut cetera, tuta, sed loco plano posita, et ab urbe muro tantum ac fossa divisa. Cum jam machinationum omni genere et operibus oppugnaretur, missum a Metaponto præsidium Romanis fecit animum, ut nocte ex improviso opera hostium invaderent. Alia disjecerunt, alia igni corruperunt. Isque finis Hannibali fuit ea parte arcem oppugnandi. Reliqua erat in obsidione spes, nec ea satis efficax, quia arcem tenentes, quæ in peninsula posita imminet faucibus portus, mare liberum habebant; urbs contra exclusa maritimis commeatibus, propiusque inopiam erant obsidentes, quam obsessi. Hannibal, convocatis principibus Tarentinorum,[20] omnes præsentes difficultates exposuit: 'neque arcis tam munitæ expugnandæ viam cernere, neque in obsidione quicquam habere spei, donec mari potiantur hostes. Quod si naves sint,[1] quibus commeatus invehi prohibeant, extemplo aut abscessuros,[2] aut dedituros se hostes.' Assentiebantur Tarentini; ceterum ei, qui consilium afferret, opem quoque in eam rem afferendam esse, censebant. 'Punicas enim naves ex Sicilia accitas id posse facere: suas, quæ

que ante Gronov.—18 *Præcipitati* Edd. ante Gronov.—19 Optimi libri *simul interfaciendo;* unde Periz. conj. *simul ut in perficiendo,* et J. F. Gronov. *simul in perficiendo* vel *simul ut in faciendo.*—20 *Tarentinis* Edd. ante Gronov.—1 Al. *Quo si naves sint.*—2 'Put. Pet. Voss. *arcessuros.* Men. *accersuros.* An

NOTÆ

[h] *Addere parat*] Hannibal.

[i] *Tueri se adversus Romanos possent*] Tarentini.

[k] *Ad Galæsum flumen*] Qua regione sit hoc flumen satis hic indicat Livius: hodie *Tara* vocari volunt. De hoc Virgilius: 'et pinguia culta Galæsi.'

sinu exiguo intus inclusæ essent,[3] cum claustra portus hostis haberet, ecquem ad modum[4] inde in apertum mare evasuras?' 'Evadent,' inquit Hannibal. 'Multa, quæ impedita natura sunt, consilio expediuntur. Urbem in[5] campo sitam habetis. Planæ et satis latæ viæ patent in omnes partes. Via, quæ in portum per mediam urbem ad mare transmissa est,[6] plaustris transveham naves haud magna mole. Et mare nostrum erit, quo nunc hostes potiuntur; et illinc mari, hinc terra circumsidebimus arcem. Immo brevi aut relictam ab hostibus, aut cum ipsis[7] hostibus capiemus.' Hæc oratio non spem modo effectus, sed ingentem etiam ducis admirationem fecit. Contracta extemplo undique plaustra junctaque inter se; et machinæ ad subducendas naves admotæ, munitumque iter, quo faciliora plaustra minorque moles in transitu esset.[i] Jumenta inde et homines contracti, et opus impigre cœptum: paucosque post dies classis instructa ac parata circumvehitur arcem, et ante os ipsum portus[8] ancoras jacit. Hunc statum rerum Hannibal Tarenti reliquit, regressus ipse in hyberna. Ceterum defectio Tarentinorum utrum priore anno, an hoc, facta sit, in diversum auctores trahunt. Plures propioresque ætate memoriæ rerum[k] hoc anno tradunt factam.[9]

12. Romæ consules prætoresque usque ante diem quintum Kalendas Maias Latinæ[10] tenuerunt.[l] Eo die per-

[i] *Ut currus essent expeditiores, et difficultas minor esset ad trajiciendum.*

[k] *Et qui ætate propius accedunt ad tempora, quibus homines meminisse poterant rerum gestarum.*

[l] *Feriæ Latinæ retinuerunt Romæ tum consules, tum prætores usque ad 27. Aprilis.*

---

arce cessuros?' J. F. Gronov.—3 Al. *interclusæ essent.* Vid. Not. Var.—4 *Quemadmodum* sine *ec* Edd. ante Gronov.—5 *Urbem enim* in lidem.—6 '*Via, quæ in portum per mediam urbem ad mare transmissa est;* at Polyb. dicit *τὴν πλατείαν, τὴν ὑπάρχουσαν μὲν ἐντὸς τοῦ διατειχίσματος, φέρουσαν δὲ παρὰ τὸ διατείχισμα ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὴν ἔξω θάλατταν.* Hinc *ex portu* conj. Sigon. et *quæ in portu* (sc. incipiens) *præter mœnia urbana ad mare t. est* Jac. Gron. *portu* legitur h. l. in optimis Mss. et *præter mœnia* sic VII. 8. XXXVIII. 3. Sed *per mediam urbem* etiam Appian. expressit: *λεωφόρον ὁδὸν, ἣ διὰ μέσης τῆς πόλεως ἔφερεν ἀπὸ τῶν λιμένων ἐπὶ τὴν νότιον θάλασσαν.*' *Rupert.* Vid. Not. Var.—7 *Ipsis* abest a Grut. Gronov. Doujat.—8 *Et ante ipsum portum* Edd. ante Gronov. '*Anaoras* scripsi pro *anchoras*, ut semper, quia est Gr. *ἄγκυρα.*' *Rupert.*—9 Vulg. *factum.*

petrato sacro in monte,† [1] in suas quisque provincias proficiscuntur. Religio deinde nova objecta est ex carminibus Marcianis. Vates hic Marcius illustris fuerat, et, cum conquisitio [11] priore anno ex senatus consulto talium librorum fieret, in M. Atilii [12] prætoris urbani,[m] qui eam rem agebat, manus venerant. Is protenus novo prætori Syllæ tradiderat. Ex hujus Marcii duobus carminibus, alterius post rem actam editi cum rato auctoritas [13] eventu,[n] alteri quoque, cujus nondum tempus venerat, afferebat fidem. Priore carmine Cannensis prædicta clades in hæc ferme verba erat: 'Amnem Trojugena Cannam Romane fuge: ne te alienigenæ cogant in campo Diomedis conserere manus. Sed neque credes tu mihi, donec compleris sanguine campum; multaque millia occisa tua deferat [14] amnis in pontum magnum ex terra frugifera; piscibus atque avibus ferisque, quæ incolunt terras, iis fuat [15] esca caro tua. Nam mihi ita Jupiter fatus est.' Et Diomedis Argivi campos [o] et Cannam flumen,[p] qui militaverant in iis locis, juxta atque

10 *Feriæ* addunt Mss. nonnulli.—† 'Scil. Albano, quod diserte addit Ms. unus.' *Stroth.*—11 *Inquisitio* Edd. ante Gronov.—12 *Æmilii* Edd. vett. mox *urbis* omnes Edd. ante Gronov. præter Put. et Pet. qui *urbem* habent.—13 '*Alterius postea est acta dediti curato auctoritas* Edd. princip. *alterius postea est aucta dedit curato auctoritas* Tarvis. et al. hujus ætatis. *alterius postea est aucta declarato auctoritas* Venet. 1501. al. vett. *alterius postea aucta declarato auctoritas* Frob. *alt. postea aucta declarato auct.* Francof. Grut. et all. ante Gron. Nostrum Gronovius ex conjectura Vallæ ab optimis Mss. prope comprobata recepit. Præferunt enim hi: *postrameacta dediti cum rato auct.*' Stroth.—14 *Deferet* Francof. Grut. Gronov. Doujat. Crevier. al.—15 *Fiat*

NOTÆ

[1] *In monte*] Albano.

[m] *In M. Atilii prætoris urbani*] Sic, etiam nolentibus Mss. legendum, non ut vulgo *M. Æmilii*, probatur ex lib. XXIV. cap. 44. et hujus lib. cap. 1. idque recte annotarunt Sigon. et Gronov.

[n] *Alterius post rem actam editi cum rato auctoritas eventu*] Restitutus ex Vallæ conjectura locus, quam merito probat Gronov. adductis etiam auctoritatibus. Sensus est, cum duo essent illius Marcii carmina, seu vaticinia ejus libris comprehensa; auctoritas alterius carminis, quod post rem peractam editum fuerat eventu jam certo, fidem afferebat alteri de re quam prædicebat, et quæ nondum advenerat. Vulgo legebatur, *postea aucta est declarato auctoritas eventu.*

[o] *Et Diomedis Argivi campos*] Diomedes Argis post excidium Trojanum profugus, Arpos in Apulia condiderat, in qua Canusæ.

[p] *Et Cannam flumen*] Quod vicum Cannas alluebat.

ipsam cladem agnoscebant. Tum alterum carmen recitatum, non eo tantum obscurius, quia incertiora futura præteritis sunt, sed perplexius etiam scripturæ genere. 'Hostem, Romani,[q] si expellere vultis, vomicamque, quæ gentium venit longe, Apollini vovendos censeo ludos, qui quotannis comiter[16] Apollini fiant: cum populus dederit ex publico partem, privati uti conferant pro se suisque.[17] Iis ludis faciendis præerit prætor is,[18] qui jus populo plebeique dabit summum. Decemviri Græco ritu hostiis sacra faciant. Hæc si recte faxitis,[19] gaudebitis semper, fietque res vestra melior. Nam is Divus extinguet perduelles vestros, qui vestros campos pascunt[20] placide.' Ad id carmen explanandum[1] diem unum sumserunt. Postero die senatus consultum factum est, ut decemviri libros,[s] de ludis Apollini reque divina faciunda, inspicerent. Ea cum inspecta relataque[r] ad senatum essent, censuerunt Patres: 'Apollini ludos vovendos faciundosque; et, quando ludi facti essent, duodecim millia æris[s] prætori ad rem divinam, et duas hostias majores dandas.'[t] Alterum senatus consultum factum est, 'Ut decemviri sacra Græco ritu facerent, iisque hostiis:[3] Apollini bove aurato[u] et capris duabus albis auratis, Latonæ bove[4] fœmina aurata.' Lu-

Edd. post principp. usque ad Gronov.—16 *Communiter* Edd. principp. et Macrobius.—17 Malit Sigon. *pro se quisque.*—18 *His l. f. præsit is prætor* Macrob.—19 *Hoc si recte facietis* Mss. haud pauci et Macrob.—20 Al. *pascit.*—1 Conj. Sigon. *expiandum.* Vid. Not. Var.—2 'Vox *libros* abest ab omnibus fere Mss. prob. Jac. Gron. qui monet, decemviros jussos esse, ipso carmine explorato, de religione, quæ in eo aperiretur, et de ludis decernere, idque innui verbis seqq. *ea cum inspecta relataque essent*, sc. carmina, non libri. Sed vulgatam lect. firmat Macrob. Sat. I. 17. unde etiam probabile fit, Livium scripsisse: *Ea* vel *Eadem cum reperta* vel *inventa relataque* cet.' *Rupert.*—3 Legendum monet Sigon. ex Macrob. *hisce hostiis.*—4 Vid. Not. Var.—

NOTÆ

[q] *Hostem, Romani*] Hoc Marcii vaticinium refert Macrob. I. Saturnal. cap. 17.

[r] *Ea cum inspecta relataque*] Mirum, quod narrat loco ante laudato Macrobius, in libris Sibyllinis eadem reperta nuntiatum Senatui esse.

[s] *Duodecim millia æris*] Assium, quæ hisce temporibus in usu, millia duodecim, libras nostrates $50. haud excesserint.

[t] *Dandas*] Num potius *danda?* millia nempe æris duodecim ad eas res

[u] *Bove aurato*] Auratis nempe cornibus.

dos prætor in circo maximo cum facturus esset, edixit, ut populus per eos ludos stipem Apollini, quantam commodum esset, conferret. Hæc est origo ludorum Apollinarium, victoriæ, non valetudinis, ergo, ut plerique rentur, votorum[5] factorumque. Populus coronatus spectavit: matronæ supplicavere: vulgo apertis januis in propatulis[6] epulati sunt, celeberque dies omni cærimoniarum genere fuit.

13. Cum Hannibal circa Tarentum, consules ambo in Samnio essent, sed circumsessuri Capuam viderentur; quod malum diuturnæ obsidionis esse solet, jam famem Campani sentiebant, quia sementem facere prohibuerant eos Romani exercitus. Itaque legatos ad Hannibalem miserunt, orantes, ut prius, quam consules in agros suos educerent legiones, viæque omnes hostium præsidiis insiderentur, frumentum ex propinquis locis convehi juberet Capuam. Hannibal, Hannonem ex Bruttiis cum exercitu in Campaniam transire, et dare operam, ut frumenti copia fieret Campanis, jussit. Hanno, ex Bruttiis profectus cum exercitu, vitabundus castra hostium consulesque, qui in Samnio erant,[x] cum Benevento jam appropinquaret, tria passuum millia ab ipsa urbe loco edito castra posuit. Inde ex sociis circa populis, quo æstate comportatum erat, devehi frumentum in castra jussit; præsidiis datis, quæ commeatus eos prosequerentur. Capuam inde nuntium misit, qua die in castris[7] ad accipiendum frumentum præsto essent, omni undique genere vehiculorum jumentorumque ex agris contracto. Id pro cetera socordia negligentiaque a Campanis actum.[m] Paulo plus quadringenta[8][y] vehicula

[m] *Eadem incuria, seu juxta negligentiam, qua in reliquis rebus uti Campani soliti.*

5 Post *votorum* interpunctio major, sequentisque periodi initium hoc: *Factosque populus, &c.* Edd. ante Crevier.—6 *In propatulo* Edd. ante Gronov. quod et dat Stroth.

7 Voces *in castris* absunt ab Edd. ante Gronov.—8 *Quadraginta* e vet. lib.

NOTÆ

[x] *Consulesque, qui in Samnio erant*] Refert ad *vitabundus*, id est, cum vitaret Hanno consules.

[y] *Paulo plus quadringenta*] Cave,

missa, et pauca præterea jumenta. Ob id castigatis ab Hannone, quod ne fames quidem, quæ mutas accenderet bestias, curam eorum stimulare posset, alia prodicta dies[9] ad frumentum majore apparatu petendum. Ea omnia, sicut acta erant, cum enuntiata Beneventanis essent, legatos decem extemplo ad consules (circa Bovianum castra Romanorum erant) miserunt. Qui cum, auditis, quæ ad Capuam agerentur, inter se comparassent, ut alter in Campaniam exercitum duceret; Fulvius, cui ea provincia obvenerat,[10] profectus, nocte Beneventi[11] mœnia est ingressus. Ex propinquo cognoscit, Hannonem cum exercitus parte profectum frumentatum: per quæstorem Campanis datum frumentum:[12] duo millia[a] plaustrorum, inconditam inermemque aliam turbam, advenisse: per tumultum ac trepidationem omnia agi, castrorumque formam et militarem ordinem, immixtis agrestibus iis[13] ex terris, sublatum. His satis compertis, consul militibus edicit, signa tantum armaque in proximam noctem expedirent: castra Punica oppugnanda[14] esse. Quarta vigilia profecti, sarcinis omnibus impedimentisque Beneventi relictis, paulo ante lucem cum ad castra pervenissent, tantum pavoris injecerunt, ut, si in plano castra posita essent, haud dubie primo impetu capi potuerint. Altitudo loci et munimenta defenderunt, quæ

Sigon. Vid. inf. et Not. Var.—9 '*Alia prodicta dies* e Mss. Flor. Voss. et Crevier. recepi cum Stroth. quia hoc est proprium in hac re verbum, et reliquæ lectiones ex hac ortæ, *prodita*, (quod a Drak. editum et firmatum est exemplo Terent. Andr. II. 1. 13.) *producta*, et *prædicta*.' Rupert.—10 *Evenerat* Edd. ante Gronov.—11 *Beneventum* Edd. ante Gronov.—12 Verba, *per quæstorem Campanis datum frumentum* desunt in Edd. ante Gronov. et multis Mss.—13 'Pronomen jungendum sequenti substantivo *terris*, non superiori *agrestibus*. Sed nescio an lateat aliquod ulcus.' *Stroth.* 'An in *iis* latet forte *sociis*? paulo ante enim dicebatur: 'Inde ex sociis circa populis ... devehi frumentum in castra jussit.'' *Doering.*—14 *Expugnanda* Edd. ante Aldum et Mss.

NOTÆ

quadraginta legas cum Sigonio, contra veterum fidem. Esset enim ridiculus hic numerus adeo exiguus, ad convehendam annonam pro necessitate urbis, quæ magnitudine ac frequentia cum ipsa Roma certabat.

[a] *Profectum frumentatum .... duo millia*] Vulgo ita scriptum erat, sed ex pluribus manuscriptis interjecit apposite Gronov. *per quæstorem Campanis datum frumentum.*

nulla ex parte adiri, nisi arduo ac difficili ascensu,[15] poterant. Luce prima prælium ingens accensum est: nec vallum modo tutantur Pœni, sed, ut quibus locus æquior esset, deturbant nitentes per ardua hostes.

14. Vicit tamen omnia pertinax virtus, et aliquot simul partibus[a] ad vallum ac fossas perventum est; sed cum multis vulneribus ac militum pernicie. Itaque convocatis tribunis militum consul, 'absistendum temerario incepto,' ait: 'tutius sibi videri, reduci eo die exercitum Beneventum: dein postero castris se hostium jungi, ne exire inde Campani, neve Hanno regredi posset. Id quo facilius obtineatur, collegam quoque et exercitum ejus se acciturum, totumque eo versuros[16] bellum.'[b] Hæc consilia ducis, cum jam receptui caneret, clamor militum aspernantium tam segne imperium disjecit. Proxima portæ[17] hostium erat cohors Peligna; cujus præfectus Vibius Accuæus[18] arreptum vexillum[c] trans vallum hostium trajecit. Execratus inde seque et cohortem, si ejus vexilli hostes potiti essent, princeps ipse per fossam vallumque in castra irrumpit. Jamque intra vallum Peligni pugnabant, cum altera parte, Valerio Flacco tribuno militum tertiæ legionis exprobrante Romanis ignaviam, qui sociis captorum castrorum concederent decus, T. Pedanius, princeps primus

plurimi.—15 'Gud. Voss. Mureti, *aditu* pro *ascensu*. An fuit, *quæ nulla ex parte, nisi arduo ac difficili, adiri poterat?*' J. F. Gronov.

16 Al. *versurum*.—17 'Put. *proxime portas*. Ita scribe: vel *portam*.' J. F. Gronov.—18 Cognomen abest ab Edd. ante Gronov. qui addendum hoc et ita scribendum monuit. *aceus* optimi Mss. at cap. extr. *Accæus*; alii *Acceus* et

NOTÆ

[a] *Aliquot simul partibus*] Gall. *Par divers endroits; de plusieurs côtés.*

[b] *Eo versuros bellum*] Nempe se et collegam. Sigon. *versurum*.

[c] *Cujus præfectus Vibius Accuæus arreptum* [*Vibius ereptum*] *vexillum*] Ita vulgata editio, et Colb. quæ nullam exigere mutationem videtur. Cæterum *Vibium* hunc *Accæum* cognominant; et plures hic Livii codices, et Valerius lib. III. cap. 2. num. 20. quod corrigit Gron. legitque *Accuæus*, quasi ab *Accua* oppido, cujus mentio lib. XXIV. cap. 20. Sed ibidem *Æcurum* Noster meminit, unde *Æcanus*, quod minus ab *Accæo* distaret. At horum oppidorum neutrum in Peignis: unde et cognomen Vibio aliunde esse potuit. Et in quibusdam Livii libris *Acceius*.

centurio,[19]† cum signifero signum ademisset, 'Jam hoc signum et hic centurio,' inquit, 'intra vallum hostium erit. Sequantur, qui capi signum ab hoste prohibituri sunt.' Manipulares sui primum transcendentem fossam,[20] dein legio tota secuta est. Jam et consul, ad conspectum transgredientium vallum mutato consilio, ab revocando[1][d] ad incitandos hortandosque versus milites, ostendere, in quanto discrimine ac periculo fortissima cohors sociorum et civium legio esset. Itaque pro se quisque omnes per æqua atque iniqua loca, cum undique tela conjicerentur, armaque et corpora hostes objicerent, pervadunt irrumpuntque. Multi vulnerati, etiam quos vires sanguisque desereret, ut intra vallum hostium caderent, nitebantur. Capta itaque momento temporis, velut in plano sita nec permunita castra. Cædes inde, non jam pugna erat, omnibus intra vallum permixtis. Supra sex millia hostium occisa, supra septem millia capitum,[2]* cum frumentatoribus Campanis omnique plaustrorum et jumentorum apparatu, capta: et alia ingens præda fuit, quam Hanno, populabundus passim cum isset, ex sociorum populi Romani agris traxerat. Inde, dejectis[3] hostium castris, Beneventum reditum est, prædamque ibi ambo consules (nam et Ap. Claudius eo post paucos dies venit) vendiderunt diviseruntque. Et donati, quorum opera castra hostium capta erant: ante alios Accuæus Pelignus,

Acceius. Vid. Not. Var.—19 Lips. Mil. Rom. II. 8. et Duk. conj. *princeps primæ* aut *prioris centuriæ*. 'Viris doctis suspectum fuit vocabulum *primus*, mihi potius *centurio* glossa τοῦ *primus* videretur.' *Stroth.*—20 Vet. lib. ap. Sigon. *primum transcenderunt fossam.*—1 *Revocandis* Edd. ante Gronov.—2 *Cæsa, supra VII. millia capiuntur* Edd. ante Gronov.—3 Conj. Rupert. *direptis.*

NOTÆ

† *Princeps primus centurio*] Hoc est, primus centurio legionis III. omnium princeps, aut ante alios (vide infra) arrepto signo castra Punica ingressus est. De primo centurione vide J. Lipsium de milit. Rom. c. 2. Dial. 8. *J. Clericus.*

[d] *Ab revocando* [*revocandis*] Veteres quidam habent *ab revocando* non magno discrimine, sive sententiam, sive constructionem spectes.

* *Supra septem millia capitum*] Ita melius meo judicio, quam ut vulgo, *septem millia capiuntur*: cum in fine periodi *capta* dicantur: quæ repetitio parum Livio digna.

et T. Pedanius princeps tertiæ legionis.† Hanno ab Cominio Cerito,ᶠ quo nuntiata castrorum clades est, cum paucis frumentatoribus, quos forte secum habuerat, fugæ magis, quam itineris, modo in Bruttios rediit.

15. Et Campani, audita sua pariter sociorumque clade, legatos ad Hannibalem miserunt, qui nuntiarent, 'duos consules ad Beneventum esse, diei iter a Capua; tantum non ad portas et muros bellum esse. Ni propere subveniat, celerius Capuam, quam Arpos, in potestatem hostium venturam. Ne Tarentum quidem, non modoᵗ arcem,ᵍ tanti debere esse, ut Capuam, quam Carthagini æquare sit solitus, desertam indefensamque populo Romano tradat.' Hannibal, curæ sibi fore rem Campanam pollicitus, in præsentia duo millia equitum cum legatis mittit, quo præsidio agros populationibus possent prohibere. Romanis interim, sicut aliarum rerum, arcis Tarentinæ præsidiique, quod ibi obsideretur, cura esse. C. Servilius legatus, ex auctoritate Patrum a P. Cornelio prætore in Etruriam ad frumentum coëmendum missus, cum aliquot navibus onustis in portum Tarentinum inter hostium custodias pervenit. Cujus adventu, qui ante, in exigua spe, vocati sæpe ad transitionem ab hostibus per colloquia erant, ultro ad transeundum hostes vocabant solicitabantque. Et erat satis validum præsidium, traductis ad arcem Tarenti tuendam, qui Metaponti erant, militibus. Itaque Metapontini extemplo,

NOTÆ

† *Princeps tertiæ legionis*] Primus omnium ex tertia legione donatus est. *J. Clericus.*

ᶠ *Ab Cominio Cerito*] *Cominium* hoc fuisse in Samnitum et Hirpinorum limitibus dixi lib. x. cap. 39. Et sane in extremis Hirpinorum finibus circa Taurasinos campos fuisse suadet viginti millium spatium inter Aquiloniam et Cominium, a Livio notatum, et fuga hostium versus Bovianum. *Ceriti* vero cognomen ad discrimen alterius Cominii quod in Samnitum, Volscorum, et Marsorum collimitio, adhuc *Comino* dicitur; vel *Cominorum*, quos in Æquicolis interiisse testatur Plin. lib. III. cap. 12. Additum forte fuit a Cerito Samnitum oppido, inde non admodum dissito, cujus nominis vestigia supersunt in eo loco quem vocant *Cerito*, in confinio Terræ Laboris ac Principatus Ulterioris et Comitatus Molisii, ad dextram Tamari, inter Telesiam, Sæpinum, et Beneventum.

ᵍ *Non modo arcem*] Tarentinam, quæ ab Hannibale obsidebatur, urbe potito.

metu, quo tenebantur, liberati, ad Hannibalem defecere. Hoc idem eadem ora maris et Thurini[h] fecerunt. Movit eos non Tarentinorum magis defectio Metapontinorumque, quibus, indidem ex Achaia oriundi,[5][i] etiam cognatione juncti erant, quam ira in Romanos propter obsides nuper interfectos.[k] Eorum amici cognatique literas ac nuntios ad Hannonem Magonemque, qui in propinquo in Bruttiis erant, miserunt, 'si exercitum ad mœnia admovissent, se in potestatem eorum urbem tradituros esse.' M. Atinius Thuriis cum modico præsidio præerat. Quem facile elici ad certamen temere ineundum rebantur posse; non militum,[6] quos perpaucos habebat, fiducia, quam juventutis Thurinæ. Eam ex industria centuriaverat armaveratque ad tales casus. Divisis copiis inter se, duces Pœni cum agrum Thurinum ingressi essent, Hanno cum peditum agmine infestis signis ire ad urbem pergit. Mago cum equitatu, tectus collibus, ad tegendas[7] insidias oppositis,[l] subsistit. Atinius, peditum tantum agmine per exploratores com-

4 'Mss. explicandi studio pro *non modo* dederunt *nedum*.' Stroth.—5 *Quibus itidem ex Achaia oriundis* conj. J. F. Gronov.—6 *Non tam militum* Edd. ante Gronov.—7 'Non placet illud *tectus ad tegendas*. Sic tamen omnes libri. Forte *celandas*.' J. F. Gronov. 'Propius crediderim: *septus collibus ad tegendas insidias oppositis*.' XXV. 25. 'Castraque tectis parietum pro muro septa.'

NOTÆ

[h] *Thurini*] *Thurium*, vel *Thuriæ*; *Sybaris*, *Copiæ*, ejusdem urbis diversa fuere nomina. Ea olim opibus omnique deliciarum genere affluens, ad Sybaris et Crathidis amnium in sinum Tarentinum sese exonerantium ostia, in Magna Græcia, Lucanorumque et Bruttiorum confinio fuit. Nunc in Calabria inferiori nomen servant ruinæ; vulgo, *Sibari rovinata*, haud procul turri *Brodogneto*.

[i] *Ex Achaia oriundi*] Tarentum Lacedæmoniorum, Metapontus Pyliorum ex Elide, Sybaris Achæorum opus, cujus a Crotoniatis eversæ loco Athenienses Thurium condidere, ut ex Strabone, Dionys. et aliis constat. Fuere hi omnes Græci, non tamen ex Achaia, nisi late sumto Achaiæ nomine.

[k] *Propter obsides nuper interfectos*] Vide cap. 7. et 8.

[l] *Ad tegendas insidias oppositis*] Τὸ *tegendas* nemo non videt supervacaneum esse: nolim tamen vocem *oppositis* mutare in *appositis*, cum Fabro; id est, ut inquit, idoneis: tum quod nullum profert codicem, in quo ita scriptum sit: tum quod optime dicuntur colles *oppositi* tegere insidias, ut qui hostium conspectui opponantur.

perto, in aciem copias educit, et fraudis intestinæ,[n] et hostium[8] insidiarum ignarus. Pedestre prælium fuit persegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis; Thurinis expectantibus magis, quam adjuvantibus, eventum: et Carthaginiensium acies de industria pedem referebat, ut ad terga collis ab equite suo insessi hostem incautum pertraheret. Quo ubi ventum est, coorti cum clamore equites prope inconditam Thurinorum turbam,[9] nec satis fido animo, unde pugnabat, stantem,[o] extemplo in fugam averterunt. Romani, quanquam circumventos hinc pedes, hinc eques urgebat, tamen aliquamdiu pugnam traxere. Postremo et ipsi terga vertunt, atque ad urbem fugiunt. Ibi proditores conglobati, cum popularium agmen patentibus portis accepissent, ubi Romanos fusos ad urbem ferri viderunt, conclamant, 'instare Pœnum, permixtosque et[10] hostes urbem invasuros, ni propere portas claudant.' Ita exclusos Romanos præbuere hosti ad cædem. Atinius tamen cum paucis receptus.[11] Seditio inde paulisper tenuit; cum alii urbem tuendam,[12] inde alii cedendum fortunæ,[m] et tradendam urbem victoribus censerent. Ceterum, ut plerumque, fortuna et consilia mala vicerunt: Atinio cum suis ad mare ac naves deducto, magis quia ipsi, ob imperium in se mite ac justum, consultum volebant, quam respectu Romanorum, Carthaginienses in urbem accipiunt. Con-

[n] *Et proditionis Thurinorum.*

[o] *Et quæ parum fidis animis a partibus Romanorum stabat, quas tueri dimicando simulabat.*

Jac. Gronov. Pro *oppositis* conj. Tan. Faber *appositis*.—8 Conj. J. F. Gronov. *hostilium*.—9 '*Coorti cum clamore equites prope inconditam Thurinorum turbam* e quibusdam Mss. recepi cum Stroth. pro vulg. *propere*, quod male cum *extemplo* jungitur; et quo servato saltem post *propere*, non post *equites*, quod vulgo factum, suadente Jac. Gron. distinguendum.' *Rupert.*—10 *Et* deest in Edd. ante Gronov.—11 Vet. lib. ap. Sigon. *cum paucis se recepit*.—12 'Verba *alii urbem tuendam* desunt fere in omnibus Mss. extant tamen in Edd. omnibus.

NOTÆ

[m] *Alii cedendum fortunæ*] Desunt hæc in Mss. et suppleri potest sensus ex eo quod dicitur 'aliquamdiu seditio tenuisse,' inter diversa nempe volentes: *inde*, id est, nunc tandem; post ejusmodi scilicet casum, alios censuisse fortunæ cedendum.

sules a Beneventō in Campanum agrum legiones ducunt, non ad frumenta modo, quæ jam in hybernis [13] erant, corrumpenda, sed ad Capuam oppugnandam; nobilem se consulatum tam opulentæ urbis excidio rati facturos, simul et ingens flagitium imperio demturos, quod urbi tam propinquæ tertium annum [n] impunita defectio esset. Ceterum, ne Beneventum sine præsidio esset, et ut ad subita belli, si Hannibal (quod facturum haud dubitabant) ad opem ferendam sociis Capuam venisset, equites vim sustinere possent, Ti. Gracchum ex Lucanis cum equitatu ac levi armatura Beneventum venire jubent: legionibus stativisque ad obtinendas res in Lucanis aliquem præficeret.[14]

16. Graccho, prius quam ex Lucanis moveret, sacrificanti triste prodigium factum est. Ad exta, sacrificio perpetrato, angues duo ex occulto allapsi, edere [15] jecur,[o] conspectique repente ex oculis abierunt. Id cum haruspicum monitu sacrificium instauraretur, atque intentius exta reserata servarentur; [16,p] iterum ac tertium venisse [17] tradunt,

---

Ob geminum *alii* excidisse videri possunt.' *Stroth.* Vid. Not. Var.—13 '*In herbis* conj. Jac. Gronov. certe *hybernis* vix locum habere poterit.' *Stroth.* *In herbis* dat Kreyssigius.—14 'Conjiciebam *præficere*, ut suspensa esset oratio ab τῷ *jubent*. Video nunc id e lib. vet. notasse Muretum.' *J. F. Gronov.*

15 Conj. J. F. Gronov. *adedere* vel *ambedere*. Vid. Not. Var.—16 'Ita Edd. ante Gronov. et plurimi Mss. *exta reservata s.* quidam Mss. *exta resereservarentur* cod. Put. *exta reservarentur* Flor. Cant. et Crev. quod recepit Stroth. [et Kreyssig.] qui inde reliquas lectiones ortas monet. Sed τὸ *intentius* postulare videtur *servare* vel *observare*, non *reservare*; Doer. 'diligentiusque asservatis extis' dixit Valer. Max. 1. 6. 8. *extares ollæ servarentur* Gron. Crev. et al. ex emend. Salmas. *extar servaretur* conj. Ruben. ('*Extar olla*, ubi exta coquebantur.' Glossar. Cf. ad Intpp. Plaut. Rud. 1. 2. 47.) *exta prosecta servarentur* malebat Drak. ut v. 21.' *Ruperti.* Conjecturam Drakenborchii probat Doering.—17 Gallici omnes et Voss. spernunt τὸ *venisse*, dein ha-

NOTÆ

[n] *Tertium annum*] Cum defecisset Capua anno 536. et nunc annus ageretur 541. jam quintus a defectione Capuæ numerandus videbatur. Verum extremi duo non computantur ab Auctore.

[o] *Edere jecur*] Variant lectiones, et scribendum videtur, cum Valerio Maximo lib. 1. c. 6. *adedere*, vel *ambedere*.

[p] *Exta reserata* [*extares ollæ*] *servarentur*] Conjectura est Salmasii, quod exta in sacrificiis, non in vera coquerentur, sed in olla, ex Varrone; quæ *olla*, sive *aula*, inde *extaris*, ex Plauto. Vulgo *exta reserata servarentur*.

libatoque jecinore intactos angues abiisse. Cum haruspices, ad imperatorem id pertinere prodigium, præmonuissent, et ab occultis cavendum hominibus consultisque;[18] nulla tamen providentia fatum imminens moveri potuit. Flavius[19] Lucanus fuit, caput partis ejus Lucanorum, cum pars ad Hannibalem defecisset, quæ cum Romanis stabat: et jam anno[20] in magistratu erat; ab eisdem illis creatus prætor. Is, mutata repente voluntate, locum gratiæ apud Pœnum quærens, neque transire ipse, neque trahere ad defectionem Lucanos satis habuit, nisi imperatoris et ejusdem hospitis proditi capite ac sanguine fœdus cum hostibus sanxisset. Ad Magonem, qui in Bruttiis præerat, clam in colloquium venit, fideque ab eo accepta, si Romanum iis imperatorem tradidisset,[1] liberos cum suis legibus venturos in amicitiam Lucanos; deducit Pœnum in locum, quo erat cum paucis Gracchum adducturus.[2 q] Magonem ibi

---

bent *jecinore*.—18 Al. *consiliisque*.—19 'In Ms. Put. *Flavos* et deinde *Flavus*: mox verba *cum pars ad Hannibalem defecisset* forte a glossatore profecta.' *Rupert*.—20 *Annuo* Gronov. Doujat.—1 *Si Romanorum imperatorem sibi tradidisset* Grut. Gronov. al. *si Rom. is imp. trad.* Mog. Frob. all.—2 '*In locum, quo erat cum paucis Gracchum a.* ex uno Ms. Pal. recepi cum Str. pro vulg. *in locum pacis G. a.* quod ineptum est: *pacis* etiam extat in Ms. Put. et iteratio *voũ cum* effecit, ut verba *quo erat cum* post *locum* exciderent; Str. *deducit Pœnum, quo cum paucis Gracchum ait ducturum: Mago ubi pedites e. armasset, caperet eas latebras, ubi i. n. occuleret* conj. Gron. et sic fere Ms. Put. *deducit P. in locum paucis G. adducturum mago ibi p. e. armareset capere eas* cet. Verbum *jubet* a plerisque Mss. abest, et, si retinendum, pro *ibi* potius substi-

NOTÆ

q *Deducit Pœnum in locum, quo erat cum paucis* [*in locum pacis*] *Gracchum adducturus*] Locus difficilis, cui nec satis lucis ex Mss. Regius major, et Colbertinus sic habent: *Fideque ab eo accepta, si Romanum is imperatorem tradidisset, liberos cum suis legibus venturos in amicitiam Lucanos, dedit Pœnus in locum pacis Gracchum adducturus.* Et hæc sic accipi possent, ut Pœnus Mago, accepta fide a Flavio, ut is Romanum imperatorem traderet; dederit ipse quoque (fidem) fore ut, si id fieret a Flavio, Lucani liberi ac salvis legibus suis reciperentur in amicitiam Carthaginiensium: atque in id Pœnus fidem dederit, quo in insidias Gracchum adduceret. Sed quid est *in locum pacis*? Cogitabam num scribendum esset *in locum necis*. Qua ratione tolerabilis fieret sententia. Verum margini Colbertini libri pro *dedit Pœnus*, ascriptum legitur, 'alias, *deducit Pœnum*.' Ex qua lectione sequentia scite Gronov. conjicit, *quo cum paucis Gracchum ait ducturum*: Flavius nempe Magonem deducit in locum, ad quem dixit fore

pedites equitesque armare, et capere eas latebras, ubi ingentem numerum occuleret, jubet. Loco satis inspecto atque undique explorato, dies composita gerendæ rei est. Flavius ad Romanum imperatorem venit: 'Rem se,' ait, 'magnam inchoasse, ad quam perficiendam ipsius Gracchi opera opus esse.[3] Omnium populorum[4] prætoribus, qui ad Pœnum in illo communi Italiæ motu descissent, persuasisse, ut redirent in amicitiam Romanorum; quando res quoque Romana, quæ prope exitium clade Cannensi venisset, in dies melior atque auctior fieret; Hannibalis vis senesceret, ac prope ad nihilum venisset. Veteri delicto haud implacabiles fore Romanos: nullam unquam gentem magis exorabilem, promtioremque veniæ dandæ fuisse. Quoties rebellioni etiam majorum suorum ignotum? Hæc ab se,' ait, 'dicta:[p 5] ceterum ab ipso Graccho eadem hæc audire malle eos, præsentisque contingere dextram: id pignus fidei secum ferre. Locum se consiliis[6] dixisse[r] a conspectu amotum, haud procul a castris Romanis. Ibi paucis verbis transigi rem posse, ut omne nomen Lucanum in fide ac societate Romana sit.' Gracchus, fraudem et sermoni et rei abesse ratus, ac similitudine veri captus, cum

[p] *Flavius Graccho dixit, se hujusmodi sermones habuisse apud præfectos Lucanorum.*

---

tuendum videtur.' *Rupert.*—3 Al. *opus esset.*—4 'Perperam Lipsius emendare volebat *popularium*, cui assentiebatur Modius, vanus homo.' *Stroth.*—5 In Mss. *sint* pro *ait*. Conj. J. F. Gronov. *sane dicta.*—6 'Scil. super hac re agendis: *consciis* Gron. Crev. Drak. et rell. post Gron. ex hujus conjectura. Nos probam superiorum Edd. lectionem reduximus, cum in Mss. omnibus vel *consiliis* vel *conciliis*, solenni permutatione, reperiatur: mox *edixisse*

NOTÆ

ut ipse Gracchum adduceret.

In locum pacis Gracchum, &c.] Legit J. F. Gronovius, *quo cum paucis Gracchum ait ducturum*. Cum minori mutatione legere possis: *in locum, cum paucis Gracchum adducturus, &c.* vel, *in locum, quo cum paucis Gracchum erat adducturus*. J. Clericus.

[r] *Locum se consiliis dixisse* [*conciliis edixisse*] Scribit Gronov. *consciis;* sed stare fortassis potest, quod habent plerique scripti, *locum se conciliis edixisse;* id est, variorum Lucaniæ populorum cœtibus locum indicasse ad colloquendum: vel, ut quidam editi, *consiliis*, hoc est, ad perficienda consilia.

lictoribus ac turma equitum e castris profectus, duce hospite in insidias præcipitatur.[7] Hostes subito exorti; et, ne dubia proditio esset, Flavius his se adjungit. Tela undique in Gracchum atque equites conjiciuntur. Gracchus ex equo desilit.[8] Idem ceteros facere jubet, hortaturque, 'Ut, quod unum reliquum fortuna fecerit, id cohonestent virtute.[9] Reliquum autem quid esse paucis, a multitudine in valle, sylva ac montibus septa, circumventis, præter mortem? Id referre, utrum præbentes corpora pecorum[10] modo inulti trucidentur,[s] an, toto animo[11][t] a patiendo expectandoque eventu in impetum atque iram verso, agentes audentesque, perfusi hostium cruore, inter expirantium inimicorum cumulata armaque et corpora cadant. Lucanum proditorem ac transfugam omnes peterent. Qui eam victimam præ se ad Inferos misisset, eum decus eximium egregiumque solatium suæ morti inventurum.' Inter hæc dicta, paludamento circum lævum brachium intorto, (nam ne scuta quidem secum extulerant,) in hostes impetum fecit. Major, quam pro numero hominum, editur pugna. Jaculis maxime aperta corpora Romanorum, et, cum undique ex altioribus locis in cavam vallem conjectus esset,[r] transfiguntur. Gracchum, jam nudatum præsidio, vivum capere Pœni nituntur. Ceterum ille, conspicatus Lucanum hospitem inter hostes, adeo infestus confertos invasit, ut parci

[7] *Et cum facilis undique esset e locis editioribus in vallem depressam jactus telorum.*

Edd. ante Gronov.' *Stroth.*—7 *Præcipitatus* Edd. ante Gronov.—8 Al. *desiluit.*—9 '*Id honestent virtute.* Men. *id obtent.* Voss. *id eo obtent.* Pet. melior *ideo honestent.* Put. denique *id cohonestent virtute.*' J. F. Gronov.—10 '*Utrum præsenti torpore* male Edd. ante Gronov.' *Rupert.*—11 'Vox *animo* non conspicitur in Put. Pet. Men. Voss. Scribe: *an toti a patiendo expectandoque eventu in impetum atque iram versi, agentes.* Horatius, 'totus in illis.' Noster: 'plebs novarum rerum atque Hannibalis tota esse.'' *J. F. Gronov.*

NOTÆ

[s] *Utrum præbentes corpora pecorum modo inulti trucidentur*] Ita in uno Pal. apud Gron. melius quam ut vulgo *utrum præsenti torpore*: aut, ut in Reg. Colb. aliisque, *præsentes corpora, &c.*

[t] *An toto animo*] Alias, *toti, a patiendo expectandoque eventu in impetum atque iram versi.*

ei sine multorum pernicie non posset. Exanimem eum Mago extemplo ad Hannibalem misit, ponique cum captis simul fascibus ante tribunal imperatoris jussit. Hæc vera fama est. Gracchus in Lucanis ad campos, qui Veteres vocantur, periit.

17. Sunt, qui in agro Beneventano, prope Calorem fluvium,[u] ostendant,[12 x] a castris cum lictoribus ac tribus servis lavandi causa progressum, cum forte inter salicta innata ripis laterent hostes, nudum atque inermem, saxisque, quæ volvit amnis, propugnantem, interfectum. Sunt, qui haruspicum monitu quingentos passus a castris progressum, uti loco[13] puro[y] ea, quæ ante dicta prodigia sunt, procuraret, ab insidentibus forte locum duabus turmis Numidarum circumventum scribant. Adeo nec locus, nec ratio mortis, in viro tam claro et insigni constat. Funeris quoque Gracchi varia est[14] fama. Alii in castris Romanis sepultum ab suis, alii ab Hannibale (et ea vulgatior fama est) tradunt in vestibulo Punicorum castrorum rogum exstructum esse: armatum exercitum decucurrisse[15] cum tripudiis Hispanorum, motibusque armorum et corporum, suæ cuique genti assuetis,[16] ipso Hannibale omni rerum verborumque honore exequias celebrante. Hæc tradunt, qui in Lucanis rei gestæ auctores sunt. Si illis, qui ad Calorem fluvium in-

12 Conj. Ruben. *contendant.*—13 *Loco* abest a Ms. Cantabr. prob. Jac. Gron. ut intell. *flumine.* Forte leg. *pure.*—14 Quidam codd. omittunt τὸ *est.*—15 *Decurrisse* Edd. ante Drak. et plurimi Mss.—16 Voss. *suæ quisque genti assuetis.*

NOTÆ

[u] *Prope Calorem fl.*] Hic amnis, eodem adhuc nomine dictus, in Sabatum influit, qui labitur in Volturnum.

[x] *Ostendant*] Ruben. suspicatur ab Auctore fuisse scriptum *contendant.* Sed neque his magna *contendendi* materia. Et *ostendere* aliquando sumitur pro declarare, et narrando significare, ut apud Plaut. in Asin. 'Tua oratione animum ostendisti tuum.'

[y] *Loco puro*] Hic *purum locum* suspicari quis posset de eo dici, qui opponitur religioso, in quem cadavera illata sunt, (sine quibus vix castra fuerint;) vel alias, sanguine polluto: sed verior significatio est, ut purus dicatur locus, in quo nihil obstat, et qui nulla re occupatur, quæ visum impediat, ut apud Horat. 'verum Puræ sunt plateæ, nihil ut meditantibus obsit.'

terfectum memorant, credere velis, capitis tantum Gracchi hostes potiti sunt. Eo delato ad Hannibalem, missus ab eo confestim Carthalo, qui in castra Romana ad Cn. Cornelium quæstorem [z] deferret. Is funus imperatoris in castris, celebrantibus cum exercitu Beneventanis, fecit.

18. Consules, agrum Campanum ingressi, cum passim popularentur, eruptione oppidanorum et Magonis [17] cum equitatu territi et trepidi, ad signa milites palatos passim revocarunt; et, vixdum instructa acie fusi, supra mille et quingentos milites amiserunt. Inde ingens ferocia superbæ suopte ingenio genti crevit, multisque [18] prœliis [a] lacessebant Romanos. Sed intentiores ad cavendum consules una pugna fecerat, incaute atque inconsulte inita. Restituit tamen his animos et illis minuit audaciam parva una res. Sed in bello nihil tam leve est, quod non magnæ interdum rei momentum faciat. T. Quintio Crispino Badius Campanus hospes erat, perfamiliari hospitio junctus. Creverat consuetudo, quod æger Romæ apud Crispinum Badius ante defectionem Campanam liberaliter comiterque curatus fuerat. Tum Badius, progressus ante stationes, quæ pro porta stabant, vocari [19] Crispinum jussit. Quod ubi est Crispino nuntiatum, ratus colloquium amicum ac familiare quæri, manente memoria, etiam in discidio [20] publicorum fœderum, [b] privati juris, [r] paulum a ceteris processit. Post-

[r] *Quasi rupto fœdere publico, superesset tamen aliquis sensus amicitiæ et hospitalitatis.*

17 Conj. Duk. *Hannonis* vel *Bostaris*.—18 *Minutisque* malebat Ruben. et *multique* J. F. Gronov.—19 Al. *evocari*.—20 *Dissidio* Edd. ante Gronov.—

NOTÆ

[z] *Ad .... quæstorem*] Ejus scilicet exercitus, cui Gracchus imperabat.

[a] *Multisque prœliis*] Quia dici videntur non posse *prœliis lacessi*, qui prœliari recusant; corrigit Gronov. *multique prœliis lacessebant*, id est, sæpe, identidem lacessebant, *multi erant in lacessendis prœlio Romanis*. Verum idem superest absurdum: inutiliter quippe lacessantur prœliis, qui refugiunt, prœliumque nullum committunt; nisi velis *prœliis* interpretari, ad prœlia. Facilius Rubenii correctionem admiserim, *minutisque prœliis lacessebant*: nam ab velitationibus abstineri vix potest inter vicinos exercitus.

[b] *In discidio publicorum fœderum*]

quam in conspectum venere, 'Provoco te,' inquit, 'ad pugnam, Crispine,' Badius: 'conscendamus equos, summotisque aliis, uter bello melior sit, decernamus.' Ad ea Crispinus, 'nec sibi, nec illi,' ait, 'hostes deesse, in quibus virtutem ostendant: se, etiamsi[1] in acie occurrat, declinaturum, ne hospitali cæde dextram violet,' conversusque abibat. Enimvero ferocius tum Campanus increpare mollitiem ignaviamque, et se digna probra in insontem jacere,[a] 'hospitalem hostem' appellans, 'simulantemque parcere, cui sciat parem se non esse. Si parum publicis fœderibus ruptis diremta simul et privata jura esse putet, Badium Campanum T. Quintio Crispino Romano palam, duobus exercitibus audientibus,[2 b c] renuntiare hospitium.[d] Nihil sibi cum eo consociatum, nihil fœderatum hosti[3] cum hoste,[e] cujus patriam ac penates publicos privatosque oppugnatum venisset. Si vir esset, congrederetur.' Diu

[a] *Convitia in Badium ipsum magis convenientia; (utpote vere ignavum;) vel digna homine humanitatis experte qualis ipse Badius.*

1 *Se ab eo etiamsi* Edd. ante Drak. contra plerosque et optimos Mss.— 2 '*Palam, duobus exercitibus audientibus, renuntiare hospitium*, cf. XXXVI. 3. XXXVIII. 31. XLII. 25. et ad Tac. Ann. II. 70. 3. *palam* abundat, ut ap. Cic. Verr. V. 26. *ducibus* pro *duobus* conj. Jac. Gron. quia Claudiani, Fulviani, Campani ac Punici exercitus affuerint. Forte pro *duobus* leg. *omnibus*, quod post *palam* adjiciunt Edd. ante Drak. Sed duos Romanos exercitus ab una parte pro uno, et Campanum immixtis Pœnis ab altera itidem pro uno exercitu haberi posse, bene monet Duk.' *Rupert.*—3 *Hospiti* Edd. ante

NOTÆ

Multis hic probat Gronov. *discidium* pro distractione corporis, aut quasi corporis dici. *Dissidium* autem pro animorum dissensione, contentione, rixa.

[c] *Palam [omnibus,] duobus exercitibus audientibus*] Veretur Gronov. ne ab auctore scriptum fuerit *palam duobus exercitibus*, expunctis reliquis, quæ sane redundant. Et certe Livius idem lib. VI. 'Creditori rem palam populo solvi contendit.' Potest tamen pleonasmus ille ferri in Badio, vano homine, ac se ultra modum jactante.

[d] *Renuntiare hospitium*] Hic mos fuit, quemadmodum inter amicos, ita et inter hospites, ut interveniente dissidio, alter alteri amicitiam aut hospitium renuntiaret: neque antea censebantur honeste inimicitias exercere hospites aut amici.

[e] *Nihil fœderatum hosti cum hoste*] Vulgo *hospiti cum hoste*, quasi velit Badius bello aboleri et tolli privatas amicitias.

cunctantem Crispinum perpulere turmales,[e] ne impune insultare Campanum pateretur. Itaque tantum moratus, dum imperatores consuleret, permitterentne sibi extra ordinem in provocantem hostem pugnare, permissu eorum arma cepit equumque conscendit, et Badium, nomine compellans, ad pugnam evocavit. Nulla mora a Campano facta est. Infestis equis concurrerunt.[4] Crispinus supra scutum sinistrum humerum Badio hasta transfixit, superque delapsum cum vulnere ex equo desiluit, ut pedes jacentem conficeret. Badius, prius quam opprimeretur, parma atque equo relicto, ad suos aufugit.[f] Crispinus, equum armaque capta et cruentam[5] cuspidem insignis spoliis ostentans, cum magna laude et gratulatione militum, ad consules est deductus, laudatusque ibi magnifice et donis donatus.

19. Hannibal ex agro Beneventano castra ad Capuam cum movisset, tertio post die, quam venit, copias in aciem eduxit; haudquaquam dubius, quod Campanis, absente se, paucos ante dies secunda fuisset pugna, quin multo minus se suumque toties victorem exercitum sustinere Romani possent. Ceterum, postquam pugnari cœptum est, equitum maxime incursu, cum jaculis obrueretur, laborabat Romana acies; donec signum equitibus datum est, ut in hostem admitterent equos. Ita[6] equestre prælium erat, cum procul visus Sempronianus exercitus, cui Cn. Cornelius quæstor præerat, utrique parti parem metum præbuit, ne hostes novi adventarent. Velut ex composito utrimque signum receptui datum; reductique in castra prope æquo Marte discesserunt. Plures tamen ab Romanis primo incursu equitum ceciderunt. Inde consules, ut averterent Capua Hannibalem, nocte, quæ secuta est, diversi, Fulvius in

[e] *Qui in eadem equitum turma militabant.*

Gronov.—4 Al. *concurrere.*—5 Al. *armaque capta cruentam.*

NOTÆ

[f] *Aufugit*] Cæsum scribit Val. Max. IV. 1.

agrum Cumanum, Claudius in Lucanos abiit.[7] Postero die, cum vacua castra esse Romanorum[8] nuntiatum Hannibali esset, et duobus agminibus diversos abiisse; incertus primo, utrum sequeretur, Appium instituit sequi. Ille, circumducto hoste, qua voluit, alio itinere ad Capuam rediit. Hannibali alia in his locis bene gerendæ rei fortuna oblata est. M. Centenius fuit cognomine Penula, insignis inter primipili centuriones et magnitudine corporis et animo.[9] Is, perfunctus militia, per P. Cornelium Syllam prætorem in senatum introductus, petit a Patribus, uti sibi quinque millia militum darentur. 'Se, peritum et hostis et regionum, brevi operæ pretium facturum; et, quibus artibus ad id locorum nostri et duces et exercitus capti forent, iis adversus inventorem usurum.' Id non promissum magis stolide, quam stolide[10] creditum: tanquam eædem militares et imperatoriæ artes essent. Data, pro quinque, octo millia militum; pars dimidia cives, pars socii: et ipse aliquantum voluntariorum itinere in agris concivit, ac, prope duplicato exercitu, in Lucanos pervenit; ubi Hannibal, nequicquam secutus Claudium, substiterat. Haud dubia res est,[s] quippe inter Hannibalem ducem et centurionem, exercitusque, alterum vincendo veteranum, alterum novum totum, magna ex parte[11] etiam tumultuarium ac semiermem. Ut conspecta inter se agmina sunt, et neutra pars detrectavit pugnam, extemplo instructæ acies. Pugnatum tamen, ut in nulla pari re, duas amplius horas, concitata et, donec dux stetisset, Romana acie.[*12] Postquam is, non pro vetere fama solum, sed etiam metu futuri dedecoris, si sua

[*] *Quamvis nulla in re pares essent Romani, nihilominus ultra duas horas pugnatum est, ardore pugnæ incitatis illorum copiis quamdiu dux superstes fuit.*

6 Al. *Itaque.*—7 '*Abierunt* Edd. a Froben. ad Drak. rectius, opinor.' *Rupert.*—8 Olim *vacua castra Romanorum.*—9 Al. *corporis et animi.*—10 Alterum *stolide* vacare putat J. F. Gronov.—11 *Et magna ex p.* Edd. ante Drak.

NOTÆ

s *Haud dubia res est*] Certa erat hinc Hannibalis victoria, hinc Romanorum strages: Gallice, *la chose étoit sans difficulté.*

temeritate contractæ cladi superesset, objectans se hostium telis, cecidit; fusa extemplo est Romana acies. Sed adeo ne fugæ quidem iter patuit, omnibus viis ab equite insessis, ut ex tanta multitudine vix mille evaserint; ceteri passim, alii alia peste, absumti sint.[x 13]

20. Capua a consulibus iterum[14] summa vi obsideri cœpta est, quæque in eam rem opus erant, comportabantur parabanturque. Casilinum frumentum convectum: ad Vulturni ostium, ubi nunc urbs est,[h] castellum communitum:[15] (ante Fabius Maximus[1] munierat:) præsidium impositum, ut[16] mare proximum et flumen in potestate essent. In ea dua maritima castella frumentum, quod ex Sardinia nuper missum erat, quodque M. Junius[17] prætor ex Etruria coëmerat, ab Ostia convectum[18] est, ut[19] exercitui per hyemem copia esset. Ceterum super eam cladem, quæ in Lucanis accepta erat,[y] volonum quoque exercitus, qui, vivo Graccho, summa fide stipendia fecerat, velut exauctoratus morte ducis, ab signis discessit.[20] Hannibal non

[x] *Diversis exitii generibus.*
[y] *Præter stragem Centenii in Lucania editam ab Hannibale.*

—12 Vid. Not. Var.—13 Al. *sunt.*
14 *Interim* Frob. Francof. Grut. all.—15 '*Puteolis* post *communitum* inserit Cluver. Ital. Ant. I. 2. et *alteri* Stroth. *alterum Fabius* cet. vel *castello communito, quodque Fabius* cet. conj. Gron. Forte leg. *castellum communitum, utque Puteolis, (Maximus munierat) præsidium impositum:* nam Puteolis, a Fabio munitis, præsidium simul ab eo jam impositum erat, et Fabius passim simpl. *Maximus* dicitur, v. c. XXIV. 12. med. Hinc facile ex *Puteolis* fieri potuit *Fabius*, vel per socordiam librariorum, vel ex glossa, quæ deinde in contextum recepta, extrusa voce *Puteolis.*' Rupert. Vid. Not. Var.—16 *Ut et* Edd. ante Drak.—17 *Munitius* Edd. princip. *Minutius* Tarvis. Venett. all. *Mutius* Frob. Grut. all.—18 'Forte *congestum*, ne idem repetatur verbum.' *Rupert.*—19 Al.

NOTÆ

[h] *Ubi nunc urbs est*] Tunc castellum, postea oppidum fuit *Vulturni* appellatione, ad fluvii cognominis ostium: hodie *Castello di Volturno.*

[1] *Ante Fabius Maximus*] Non ægre in Gronovii sententiam ierim, qui addendam censet vocem, *alterum*, ut legatur, *alterum ante Maximus.* Et intelligatur de Puteolis, quos communitos esse a Fabio jam scripserat lib. XXIV. unde factum ut tria fuerint per hoc bellum munita hoc tractu a Romanis castella: Casilinum in mediterraneis, paulo supra Capuam: Vulturnum in ore fluminis, a quo nomen traxit: et Puteoli: quorum trium mentio infra c. 22.

Capuam neglectam, neque, ut tanto discrimine,[1] desertos volebat socios; sed, prospero ex temeritate unius Romani ducis successu, in alterius ducis exercitusque opprimendi occasionem imminebat. Cn. Fulvium prætorem Apuli legati nuntiabant, primo, dum urbes quasdam Apulorum, quæ ad Hannibalem descivissent, oppugnaret, intentius rem egisse; postea nimio successu et ipsum et milites, præda impletos, in tantam licentiam socordiamque effusos, ut nulla disciplina militiæ esset. Cum sæpe[2] alias, tum paucis diebus ante expertus, qualis sub inscio duce exercitus esset, in Apuliam castra movit.

21. Circa Herdoniam Romanæ legiones et prætor Fulvius erant. Quo ubi allatum est, hostes adventare, prope est factum, ut injussu prætoris signis convulsis in aciem exirent. Nec res ulla magis tenuit, quam spes haud dubia, suo id[3] arbitrio, ubi vellent, acturos. Nocte insequenti Hannibal, cum tumultuatum in castris et plerosque ferociter, signum ut daret, institisse duci ad arma vocantes sciret, haud dubius prosperæ pugnæ occasionem dari, tria millia expeditorum militum in villis circa vepribusque et sylvis disponit, qui, signo dato, simul omnes e latebris existerent;[4 k] et Magonem ac duo ferme millia equitum, qua fugam inclinaturam credebat, omnia[5] itinera insidere jubet. His nocte præparatis, prima luce in aciem copias educit. Nec Fulvius est cunctatus, non tam sua ulla spe, quam militum impetu fortuito tractus. Itaque eadem temeritate, qua processum in aciem est, instruitur ipsa acies ad libidinem militum forte procurrentium consistentiumque, quo

---

ubi.—20 Al. *decessit.*—1 *In tanto discrimine* Edd. ante Drak. *ut in tanto d.* Ms. Hav. prob. Doering. ut sensus sit: quippe vel præcipue in tanto d.—2 *Hannibal cum sæpe* Edd. ab Ascens. ad Gronov.

3 *Id* del. Edd. a Francof. ad Drak.—4 *Exilirent* Edd. ante Gronov.—5 'Non facile dixerim τὸ *omnia* ab Livio prodiisse. Certe in Cantabr. libro

NOTÆ

[k] *E latebris existerent*] Vulgo, *e latebris exilirent.* Sed *existere* pro erumpere, exire, Ciceroni aliisque usurpatum, atque ab ipso Livio lib. XXXIX. 'Si existat hodie ab Inferis Lycurgus.'

loco ipsorum tulisset animus, deinde per libidinem aut metum deserentium locum. Prima legio et sinistra ala in primo[6] instructæ,[1] et in longitudinem porrecta acies. Clamantibus tribunis, 'nihil introrsus roboris ac virium esse, et, quacumque impetum fecisset hostis,[7] perrupturos;' nihil, quod salutare esset, non modo ad animum, sed ne ad aures quidem admittebant. Et Hannibal, haudquaquam similis dux,[m] neque simili exercitu,[8] neque ita instructo aderat. Ergo ne clamorem quidem atque impetum primum eorum Romani sustinuere. Dux, stultitia et temeritate Centenio par, animo nequaquam comparandus, ubi rem inclinatam ac trepidantes suos vidit, equo arrepto cum ducentis ferme equitibus effugit: cetera a fronte pulsa, a tergo atque alis[9] circumventa, acies eo usque est cæsa, ut ex duodeviginti millibus hominum duo millia haud amplius evaserint. Castris hostes potiti sunt.

22. Hæ clades, super aliam alia, Romam cum essent nuntiatæ, ingens quidem et luctus et pavor civitatem cepit. Sed tamen, quia consules, ubi summa rerum esset, ad id locorum[s] prospere rem gererent,[10 n] minus his cladibus commovebantur. Legatos ad consules mittunt C. Lætorium,[11] M. Metilium, qui nuntiarent,[12] ut reliquias duorum exercituum cum cura collegerent, darentque operam, ne per

[s] *Ad illud usque tempus.*

lectum mihi non est.' *J. F. Gronov.*—6 *Ala primo* Edd. ante Gronov.—7 *Fecissent hostes* Edd. ante Drak.—8 *Et Hannibal quidem haudquaquam simili exercitu*, omissis intermediis, Edd. ante Gronov. in vett. præterea est *exstructo* pro *instructo*.—9 Put. Pet. Men. *a fronte pulsa, in tergo atque alis.*

10 *Prospere gererent* Edd. ante Gronov.—11 *Lectorium* Edd. vett.—12 'Suspecta mihi τὰ *qui nuntiarent*, propter ea quæ notavi ad lib. VIII. 22.' *J. F.*

NOTÆ

[1] *In primo instructæ*] Vulgo, *primo instructæ*. Illud ex optimis libris, et melius: est enim *in primo* idem ac primo loco, in fronte, uti antea est observatum.

[m] *Haudquaquam similis dux*] Variantibus libris, Gronov. ex Put. (ubi erat, *haudquaquam similis dua*) feliciter eruit *similis dux*. Et *haudquaquam similis* significat hoc loco, non inferiorem, ut plerumque; sed superiorem longe ac meliorem.

[n] *P. rem g.* [*prospere gererent*] Gronov. suspicatur scribendum, *prospere rem gererent*, quod Petavianus corrupte habeat *prosperem gererent*.

metum [13] ac desperationem hosti se dederent, (id quod post Cannensem accidisset cladem,) et ut desertores de exercitu volonum conquirerent. Idem negotii P. Cornelio datum, cui et delectus mandatus erat: isque per fora conciliabulaque edixit, ut conquisitio volonum fieret, iique ad signa reducerentur. Hæc omnia intentissima cura acta. Ap. Claudius consul, D. Junio ad ostium Vulturni, M. Aurelio Cotta Puteolis præposito, qui, ut quæque naves ex Etruria ac Sardinia accessissent, extemplo in castra mitterent frumentum, ipse ad Capuam regressus, Q. Fulvium collegam invenit Casilini, omnia inde portantem [14] molientemque ad oppugnandam Capuam. Tum ambo [15] circumsederunt urbem, et Claudium Neronem prætorem ab Suessula ex Claudianis castris° exciverunt. Is quoque, modico ibi præsidio ad tenendum [16] locum relicto, ceteris omnibus [17] copiis ad Capuam descendit. Ita tria prætoria circa Capuam erecta, tres et exercitus,[18] diversis partibus opus aggressi, fossa valloque circumdare urbem parant, et castella excitant modicis intervallis;[p] multisque simul locis cum prohibentibus opera Campanis eo eventu pugnant, ut postremo portis muroque se contineret Campanus. Prius tamen, quam hæc continuarentur opera, legati ad Hannibalem missi, qui quererentur, desertam ab eo Capuam, ac prope redditam Romanis; obtestarenturque, ut tunc saltem [19] opem non circumsessis modo, sed etiam circumvallatis, ferret. Consulibus literæ† a P. Cornelio prætore

Gronov.—13 Vet. lib. apud Sigon. *ne qui per metum.*—14 *Casilino omnia importantem* Edd. ante Drak.—15 *Ambo consules* Edd. ante Crevier.—16 Olim *præsidio ad tuendum.*—17 *Cum ceteris omnibus* Edd. ante Gronov.—18 Al. *tres exercitus.*—19 Conj. Rupert. *ut nunc s.*

NOTÆ

° *Ex Claudianis castris*] Quæ scilicet ante aliquot annos munita fuerant a M. Claudio Marcello; nomenque adhuc retinebant, prætore Claudio Nerone.

[p] *Et castella excitant modicis intervallis*] Munimenta hæc in minorum castellorum formam nostris dicuntur, *des Forts;* et si angustiora sint, *des Redoutes;* inter hæc continuato vallo perficitur circumvallatio.

† *Consulibus literæ, &c.*] Senatus,

missæ, 'Ut, prius quam clauderent Capuam operibus, potestatem Campanis facerent, ut, qui eorum vellent, exirent ab Capua, suasque res secum auferrent. Liberos fore suaque omnia habituros, qui ante Idus Martias exissent. Post eam diem, quique exissent, quique ibi mansissent, hostium futuros numero.' Ea pronuntiata Campanis, atque ita spreta, ut ultro dicerent contumelias minarenturque. Hannibal ab Herdonea Tarentum duxerat legiones; spe, aut vi, aut dolo, arcis Tarentinæ potiundæ. Quod ubi parum processit, ad Brundisium flexit iter, prodi id oppidum ratus.[o] Ibi quoque cum frustra tereret tempus, legati Campani ad eum venerunt, querentes simul orantesque. Quibus Hannibal magnifice respondit, et antea solvisse obsidionem, et nunc adventum suum consules non laturos. Cum hac spe dimissi legati vix regredi Capuam, jam duplici fossa valloque cinctam, potuerunt.

23. Cum maxime Capua circumvallaretur, Syracusarum[20] oppugnatio ad finem venit, præterquam vi ac virtute ducis exercitusque, intestina etiam proditione adjuta. Namque Marcellus initio veris incertus, utrum Agrigentum ad Himilconem et Hippocraten verteret bellum, an obsidione Syracusas premeret, quanquam nec vi capi videbat posse inexpugnabilem terrestri ac maritimo situ urbem, nec fame, quam prope[1] liberi[q] ab Carthagine commeatus alerent, tamen, ne quid inexpertum relinqueret, transfugas Syracusanos (erant autem apud Romanos aliqui

[o] *Sperans fore ut ea urbs sibi traderetur.*

---

20 *Quoque* addunt Edd. ante Gronov.—1 'Duo optimi, *nec fame unquam prope.* Scribe, *nec fame, ut quam prope.* Valet utpote.' *J. F. Gronov.*—

NOTÆ

nimirum, neque enim prætor quicquam imperare majori potestati poterat. Suspicarer legendum, *literæ a P. C. a P. Cornelio, &c.* et literas *a P. C.* propter repetitionem omissas. Alii judicent. *J. Clericus.*

[q] *Quam prope liberi*] *Quam*, nempe urbem. Ex duobus manuscriptis, in quibus est, *nec fame unquam prope, &c.* scribendum censet Gronov. *nec fame, ut quam prope liberi, &c.* Ubi *ut* valet utpote.

nobilissimi viri, inter defectionem ab Romanis,[b] quia ab novis consiliis abhorrebant, pulsi) colloquiis suæ partis tentare hominum animos jussit, et fidem dare, si traditæ forent Syracusæ, liberos eos ac suis legibus victuros esse. Non erat colloquii copia, quia multorum animi suspecti omnium curam oculosque converterant, ne quid falleret tale admissum.[c] Servus unus exulum, pro transfuga intromissus in urbem, conventis paucis, initium colloquendi de tali re fecit. Deinde in piscatoria[2] quidam navi, retibus operti, circumvectique ita ad castra Romana, collocutique cum transfugis: et idem sæpius eodem modo alii atque alii. Postremo ad octoginta facti. Et, cum jam composita omnia ad proditionem essent, indicio delato ad Epicyden per Attalum quendam, indignantem sibi rem creditam non esse, necati omnes cum cruciatu sunt.[3] Alia subinde spes, postquam hæc vana evaserat, excepit. Damippus[4 r] quidam Lacedæmonius, missus ab Syracusis ad Philippum regem, captus ab Romanis navibus erat. Hujus utique redimendi et Epicydæ cura erat ingens; nec abnuit Marcellus, jam tum Ætolorum, cujus gentis socii[5] Lacedæmonii erant, amicitiam affectantibus Romanis. Ad colloquium de redemtione ejus missis, medius maxime atque utrisque opportunus locus,[6] ad portum Trogiliorum,[7 s] propter turrim, quam vocant Galeagram,[t] est visus. Quo cum sæpius

[b] *Per tempus quo a Romanis desciverant Syracusani.*
[c] *Ita ut, si quid simile committeretur, latere vix posset.*

2 'Sigonius notat in suis non apparere τὸ in. Nostri etiam, *dein piscatoria.* Forte: *dein piscatoria quidam navi, retibus operti, circumvecti usque ad castra Romana.*' J. F. Gronov. Malit Rupert. *circumvecti* vel *circumvecti sunt ita*, et deinde: *At* vel *Sed, cum jam composita.*—3 *Necati omnes et cruciati sunt* Edd. plerique ante Gronov.—4 *Damasippus* Edd. ante Gron.—5 'Probissimi carent τῷ *gentis.* An, *quibus socii*, vel *queis socii?*' J. F. Gronov.—6 'Malim, *medius maxime utrisque opportunus locus visus.* Vacat enim vox *atque.*'

NOTÆ

r *Damippus*] Ita Plutarchus appellat, frustraque est Sigon. qui *Damasippum* nominandum conjicit.

s *Ad portum Trogiliorum*] *Trogilus portus* Acradinæ proximus et Tychæ, a quo incolæ Trogilii: unde navium statio quæ eo loco, portus Trogiliorum dicitur.

t *Turrim, quam vocant Galeagram*] Erat hæc turris ad extremam par-

commearent, unus ex Romanis, ex propinquo murum contemplatus, numerando lapides æstimandoque ipse secum, quid in fronte paterent[x] singuli, altitudinem[8] muri, quantum proxime conjectura poterat, permensus, humiliorem-que aliquanto pristina opinione sua et ceterorum omnium ratus esse et vel mediocribus scalis superabilem, ad Marcellum rem defert.[9] Haud supernenda visa. Sed, cum adiri locus, qui ob id ipsum intentius custodiebatur, non posset, occasio quærebatur: quam obtulit transfuga, nuntians, diem[10] festum Dianæ per triduum[y] agi, et, quia alia in obsidione desint, vino largius epulas celebrari, et ab Epicyde præbito universæ plebei, et per tribus a principibus diviso. Id ubi accepit Marcellus, cum paucis tribunorum militum collocutus, electisque per eos ad rem tantam agendam audendamque idoneis centurionibus militibusque, et scalis in occulto comparatis, ceteris signum dari jubet,† ut mature corpora curarent quietique darent: nocte in expeditionem eundum esse. Inde ubi id temporis vi-

Sigon.—7 Edd. ante Gron. *Trogilorum.*—8 *Secum, qui in fronte paterent: simul alt.* Edd. ante Gron.—9 *Refert* Edd. nonnulli: mox *Haud spernenda res visa* Edd. ante Gronov.—10 ' Vox *diem* delenda videbatur Crev. et Jac. Gronov. Sed Latini fortassis etiam plurium dierum solennia *diem festum* dicunt, ut unius diei plur. num. *dies festos*, nec locus Front. III. 3. 2. juvat

NOTÆ

tem Tychæ, qua hæc cum Acradina versus littus conjungebatur: ut ex sequentib. probat Cluver. et ex Plut. qui per *Galeagram* turrim conscendisse Romanos scribit. Ea nunc *Scala Græca.*

x *Numerando lapides æstimandoque ipse secum, quid* [*qui*] *in fronte paterent*] Conjicit Gronov. *quid in fronte paterent*, idque in addendis confirmat ex codicibus Puteani duobus, Petavii, Menardi, Vossii, Gudii, Mureti, qui pro *simul* habent *singuli*: quibus et Regius unus congruit, et Colb. sed in his legitur *qui*, non *quid*. Est enim *qui in fronte paterent singuli.* Quod non magis mihi arridet quam communis lectio, quæ aliam quidem, sed idoneam habet sententiam, ut Romanus ille, muri Syracusani lapides numerando, eorumque mensuram æstimando, quatenus oculis patebant, et perspici poterant, conjecerit humiliorem esse murum, quam creditum fuerat.

y *Festum Dianæ per triduum*] Celebrabant Dianæ festum Artemisia, ut alii populi, sic et Syracusani, vino multo et lusu, Plutarcho teste in Marcello, ex quo Meursius Græc. Feriat. lib. I.

† *Signum dari jubet*] Vocale nem-

sum, quo de die epulatis[8] jam vini satias[11] principiumque somni esset, signi unius milites ferre scalas jussit; et ad mille fere armati tenui agmine per silentium eo deducti.[d] Ubi sine strepitu ac tumultu primi evaserunt in murum, secuti ordine alii; cum priorum audacia dubiis etiam animum faceret.

24. Jam mille armatorum ceperant partem,[a] cum ceteræ admotæ,[12] [b] pluribusque scalis in murum evadebant, signo ab Hexapylo dato; quo per ingentem solitudinem erat perventum, quia magna pars, in turribus epulati, aut sopiti vino erant, aut semigraves potabant. Paucos tamen eorum oppressos in[13] cubilibus[c] interfecerunt. Prope Hexapylon est portula magna vi refringi cœpta; et e muro ex composito tuba datum signum erat. Et jam undique, non furtim,

[d] *Milites unius manipuli, (duas continentis centurias, sive ordines, id est, milites centum viginti,) et armati milites usque ad mille, aut circiter, tacite ad locum eundem ducti sunt.*

conjecturam.' *Duker.*—11 *Quo die epulatis jam vinoque satiatis* Edd. vett. *quo de die eo jam vini* Grut.

12 'Cum Gron. leg. *ceteri admoti*, vel cum Mureto *ceteri admotis pluribus scalis*.' Rupert. Mureti emendationem probat etiam Stroth.—13 *Eorum*

NOTÆ

pe, ut lib. v. c. 36. Vide Just. Lipsium de Milit. Rom. l. v. dial. 9. et 10. *J. Clericus.*

[8] *Quo de die epulatis*] Vulgo *quo, die epulatis jam, vinoque satiatis principium somni esset.* In Colb. *Quo, die epulatis, jam vino satiatis, &c.* Lips. non improbabili conjectura legit, *de die epulatis;* id est, cum adhuc dies esset: quod etiam sine præpositione intelligi posset. Apud veteres certe Romanos hora cœnæ viris frugi vix ante noctem: sed de die epulabantur, qui genio indulgebant, ut nunc per diem festum Syracusani. Eo pertinet illud Satyrici, 'Exul ab octava Marius bibit et fruitur Dis Iratis.' ab octava, id est, nostro more, ab hora ferme secunda post meridiem. Hora nona tempus erat, non cœnæ communis, sed convivii: eoque spectat Martial. 'Imperat exstructos frangere Nona toros.' Aliam Lips. haud necessariam correctionem addit, *vino sauciatis*, pro *satiatis:* nec magis necessaria Gronovii mutatio, aut Salmasii, scribentium, *jam vini satias principiumque somni erat.*

[a] *Ceperant partem*] Muri.

[b] *Cum ceteræ admotæ*] Vel supplendum copiæ, aut scalæ, vel quid simile: vel cum Gronovio legendum, *cum ceteri admoti.*

[c] *Paucos tamen eorum oppressos [comprehensos] in cubilibus*] Ferri potest hæc vulgaris lectio: melius tamen *oppressos*, quod Gronov. subjicit ex suspicione magis, quam ex Mss.

sed vi aperta, gerebatur res. Quippe ad Epipolas,[d] frequentem custodiis locum, perventum erat, terrendique magis hostes erant, quam fallendi; sicut territi sunt. Nam simul ac tubarum est auditus cantus, clamorque tenentium muros partemque urbis; omnia teneri custodes rati, alii per murum fugere, alii salire de muro præcipitarique turba paventium. Magna pars tamen ignara tanti mali erat, et gravatis omnibus vino somnoque, et, in vastæ magnitudinis urbe, partium sensu non satis pertinente[14] in omnia.[e] Sub luce, Hexapylo effracto,[f] Marcellus, omnibus copiis urbem ingressus, excitavit convertitque omnes ad arma capienda, opemque, si quam possent, jam captæ prope urbi ferendam. Epicydes, ab Insula, quam ipsi Nason vocant,[g] citato profectus agmine, haud dubius, quin paucos, per negligentiam custodum transgressos murum, expulsurus foret, occurrentibus pavidis, tumultum augere eos, dictitans, et majora ac terribiliora vero afferre, postquam conspexit omnia circa Epipolas armis completa, lacessito tantum hoste paucis missilibus, retro in Achradinam agmen convertit, non tam vim multitudinemque hostium metuens, quam ne qua intestina fraus per occasionem oriretur, clausasque inter tumultum Achradinæ atque In-

comprehensos in Edd. plurimi.—14 Valla mavult *pertingente*, Glareanus *per-*

NOTÆ

[d] *Quippe ad Epipolas*] *Epipolæ* nomen est loci, qui a mari, et corpore, ut ita dicam, urbis Syracusanæ remotior, et ceteris partibus infrequentior, supra Tycham et Neapolim. Nam auctore Thucyd. lib. VI. locus ille præruptus urbi imminebat, non ejus proprie pars erat. Si *Epipolæ* inter urbis partes numerentur, (nam et hæc muro cincta a Dionysio,) jam quintuplices erunt Syracusæ. Eaque de causa Strabo quinque urbibus constitisse olim eam urbem scribit, 180. stadiorum muro cinctam: hoc est, plus quam 22. milliarium.

[e] *Partium sensu non satis pertinente in omnia*] Cum enim plures essent urbis partes, muris inter se disjunctæ, non facile omnia quæ extrema aliqua parte fiebant, ab reliquis partibus sensu percipi poterant, atque ad longinqua pervenire.

[f] *Hexapylo effracto*] Porta, qua in Tycham ingressus patebat.

[g] *Quam ipsi Nason vocant*] Communi dialecto insula Græce νῆσος, Dorica vero (qua Siculi utebantur) νᾶσος appellatur.

sulæ inveniret portas. Marcellus, ut, mœnia ingressus, ex superioribus locis urbem, omnium ferme illa tempestate pulcherrimam, subjectam oculis vidit, illacrymasse dicitur, partim gaudio tantæ perpetratæ rei, partim vetusta gloria urbis. Atheniensium classes demersæ,[h] et duo ingentes exercitus cum duobus clarissimis ducibus deleti, occurrebant, et tot bella cum Carthaginiensibus[i] tanto cum discrimine gesta; tot tam opulenti tyranni regesque;[15] præter ceteros Hiero, cum recentissimæ memoriæ rex, tum ante omnia, quæ virtus ei fortunaque sua dederat, beneficiis in populum Romanum insignis. Ea cum universa occurrerent animo, subiretque cogitatio, jam illa momento horæ arsura omnia et ad cineres reditura; prius quam signa Achradinam[16] admoveret, præmittit Syracusanos, qui intra[17] præsidia Romana, ut ante dictum est, fuerant, ut alloquio leni pellicerent hostes ad dedendam urbem.

25. Tenebant Achradinæ portas murosque maxime transfugæ, quibus nulla erat per conditiones veniæ spes.[e] Ii nec adire muros, nec alloqui quenquam passi. Itaque Marcellus, postquam id inceptum irritum fuit, ad Euryalum[k] signa referri jussit. Tumulus est in extrema parte urbis,

[e] *Qui sperare nullatenus poterant fore ut veniam per pacta et conditiones pacis obtinerent.*

tendente.—15 ' *Tot ac tam opulenti tyranni regesque* (Hiero, Gelo, Dionysii, et alii) Edd. ante Gron. forte rectius; vel *et* pro *ac.*' Rupert.—16 *Achradinæ* Edd. ante Crevier.—17 Al. *inter.*

NOTÆ

[h] *Atheniensium classes demersæ*] Belli Peloponnesiaci anno 19. missæ in Syracusanes classes ab Atheniensibus, post longam obsidionem, mersæ fuerant, ducesque illorum Nicias et Demosthenes cæsi a Gylippo Lacedæmonio duce, Olymp. 91. urbis Romæ anno ferme 339.

[i] *Cum Carthaginiensibus*] A Gelone inprimis Syracusanorum rege victi nobili prælio ad Himeram Carthaginienses Olympiade 74. sub annum Urbis 274. Iidem ab obsidione Syracusarum repulsi a Dionysio tyranno, Olympiadis 96. anno 1. post Romam conditam 359. ac deinde Olymp. 109. a Timoleonte Corinthio Syracusanorum duce. Denique ab Agathocle sub 118. Olympiadem, a Syracusis ad ipsam Carthaginem translata obsidio.

[k] *Ad Euryalum*] Tumulus erat, sive collis, per quem ascendebatur ad Epipolas, quarum ea arx: alias *Euryelus*; hodie *Belvedere.*

versus a mari[f] viæque imminens ferenti in agros mediterraneaque insulæ, percommode situs ad commeatus excipiendos.[18] Præerat huic arci Philodemus Argivus, ab Epicyde impositus, ad quem missus a Marcello Sosis, unus ex interfectoribus tyranni, cum, longo sermone habito, dilatus per frustrationem esset, retulit Marcello, tempus eum ad deliberandum sumsisse. Cum is diem de die differret, dum Hippocrates atque Himilco admoverent castra legionesque, haud dubius, si in arcem accepisset eos, deleri Romanum exercitum inclusum muris posse; Marcellus, ut Euryalum neque tradi, neque capi vidit posse, inter Neapolim et Tycham (nomina partium[19] urbis et instar urbium sunt) posuit castra, timens, ne, si frequentia intrasset loca, contineri ab discursu miles avidus prædæ non posset. Legati eo ab Tycha et Neapoli cum infulis et velamentis[1] venerunt, precantes, ut a cædibus et ab incendiis parceretur.[m] De quorum precibus, quam postulatis, magis consilio habito, Marcellus ex omnium sententia edixit militibus, 'ne quis liberum corpus violaret. Cetera prædæ futura.' Castraque tectis parietum pro muro septa.[20] Portis regione platearum patentibus stationes

f Procul a mari positus.

18 '*Percommodus ad commeatus excipiendos.* Put. Pet. Men. Voss. *percommodestus ad.* Significant, quod clare unus e Pal. *percommode situs.*' J. F. Gronov.—19 'Put. *nomine a partium.* Pet. *nomine apertium.* Scribe, *nomina ea partium.*' Idem.—20 '*Castraque tectis parietum pro muro septa*, castra

NOTÆ

[1] *Cum infulis et velamentis*] Tradit Varro infulas esse velamenta ex lana: Festus, filamenta lanea quibus sacerdotes, et hostiæ, templaque velabantur: Isidoro infula proprie dicitur esse fasciola sacerdotalis capitis alba in modum diadematis, a qua vittæ ab utraque parte dependent, quæ infulam vinciunt: ea plerumque lata erat, plerumque tortilis de alba et cocco. Et *velamenta*, etsi pro quovis genere operimentorum sumantur, hic stricte pro iis accipiuntur quæ a supplicibus veniæ impetrandæ causa præferri solebant, cujusmodi rami olearum vittis obvoluti, ipsæque vittæ, utpote quibus uterentur Diis supplicantes. Hinc Ovid. in Metam. 'Velamenta manu prætendens supplice.'

[m] *Parceretur*] Pro, abstineretur a cædibus, incendiis.

præsidiaque disposuit, ne quis in discursu militum impetus in castra fieri posset.[s] Inde, signo dato, milites discurrerunt: refractisque foribus, cum omnia terrore ac tumultu streperent, a cædibus tamen temperatum est. Rapinis nullus ante modus fuit, quam omnia diuturna felicitate cumulata bona egessere. Inter hæc et Philodemus, cum spes auxilii nulla esset, fide accepta, ut inviolatus ad Epicyden rediret, deducto[1] præsidio, tradidit tumulum[n] Romanis. Aversis omnibus ad tumultum[2] ex parte captæ urbis, Bomilcar, noctem eam nactus, qua propter vim tempestatis stare ad ancoram in salo Romana classis non posset, cum triginta quinque navibus ex portu Syracusano profectus, libero mari vela in altum dedit, quinque et quinquaginta navibus Epicydæ et Syracusanis relictis; edoctisque Carthaginiensibus, in quanto res Syracusana discrimine esset, cum centum navibus post paucos dies redit, multis (ut fama est) donis ex Hieronis gaza ab Epicyde donatus.

26. Marcellus, Euryalo recepto præsidioque addito, una cura erat liber, ne qua ab tergo vis hostium in arcem accepta inclusos impeditosque mœnibus suos turbaret. Achra-

[s] *Castra hæc Marcelli (inter Neapolin et Tychen posita) parietes ædium ad eas tegendas structos loco muri, sive pro vallo habebant: castrorum eorundem portis quæ apertæ erant ea parte quæ in latiores urbis vias ducebat, Marcellus globos militum apposuit; ne invadi possent castra, cum milites ad diripiendum discurrerent.*

Marcelli, inter Neapolin ac Tychen posita, ædificiorum parietes pro muro aut vallo habuere: nisi *tecta parietum* sunt parietes ipsi ad tegendas ædes structi, seu potius leg. *tectorum parietibus;* Gron. Omnino ita potius dicendum erat; et incommoda etiam est copula *que:* quare lego: *Castra objectu parietum* vel *objectis parietibus* (ut IV. 9. XXXI. 39. XXXVIII. 7. XLII. 63. et quater inf. cap. 36.) *pro muro septa;* Str. At sic vox *tectorum* vel *domorum* desideratur; et malim delere τὸ *parietum*, ac reponere, *castra undique tectis pro muro* (muro quasi, muri loco) *septa;* Doer. *Castra pro tectis parietum muro septa* conj. Cluver. Forte leg. *Castra pæne tectis parietumque muro septa;* h. e. longe maxima earum pars, præter *portas, regione platearum patentes*, in eas spectantes et apertas: unde ad portas *stationes disposuit* militum. *Portis r. p. patentibus,* (ablat. conseq.) *stationes p. disposuit* sc. ad eas, aut *portis* dictum pro *ad portas.*' Rupert.—1 *Reducto* Edd. ante Gronov.—2 *Tumulum* Edd. multi ante Gronov.

NOTÆ

[n] *Tradidit tumulum*] Euryalum.

dinam inde, trinis[3] castris per idonea dispositis loca, spe ad inopiam omnium rerum inclusos redacturum,[4] circumsedit. Cum per aliquot dies quietæ stationes utrimque fuissent, repente adventus Hippocratis et Himilconis, ut ultro undique oppugnarentur Romani, fecit. Nam et Hippocrates, castris ad magnum portum communitis, signoque iis dato, qui Achradinam tenebant, castra vetera Romanorum adortus est, quibus Crispinus præerat; et Epicydes eruptionem in stationes Marcelli fecit; et classis Punica littori, quod inter urbem et castra Romana erat, appulsa est, ne quid præsidii Crispino summitti a Marcello posset. Tumultum tamen majorem hostes præbuerunt, quam certamen. Nam et Crispinus Hippocraten non repulit tantum munimentis,[5] sed insecutus etiam est trepide fugientem, et Epicyden Marcellus in urbem compulit: satisque jam etiam in posterum videbatur provisum, ne quid ab repentinis eorum excursionibus periculi foret. Accessit et pestilentia,[6] commune malum, quod facile utrorumque animos averteret a belli consiliis. Nam tempore autumni, et locis natura gravibus,[A] multo tamen magis extra urbem, quam in urbe, intoleranda vis æstus per utraque castra omnium ferme corpora movit. Et primo temporis ac loci vitio et ægri erant, et moriebantur:[o] postea curatio ipsa et contactus ægrorum vulgabat morbos; ut aut neglecti desertique, qui incidissent, morerentur, aut assidentes curantesque eadem vi morbi repletos secum traherent; quotidianaque funera et mors ob oculos[7] esset, et undique dies noctesque ploratus audirentur. Postremo ita assuetudine mali efferaverant animos, ut non modo[8] lacrymis[p] justoque comploratu prosequeren-

[A] *Et in locis qui naturali gravitate aëris laborabant.*

3 Al. *ternis.*—4 Al. *redacturum se.*—5 *A munimentis* Edd. ante Gronov.—6 'Put. Pet. Voss. *Accessit et ad pestilentia.* Repone, *Accesserat et pestilentia.*' J. F. Gronov.—7 *Ob omnium oculos* Edd. ante Gronov.—8 *Non modo non*

NOTÆ

[o] *Et moriebantur*] Morbo contracto ex aëris vitio, sine alieno contactu; quo accedente crescebat malum.

[p] *Non modo* [*non*] *lacrymis*] Poste-

tur mortuos, sed ne efferrent quidem, aut sepelirent, jacerentque strata exanima corpora in conspectu similem [9] mortem expectantium; mortuique ægros, ægri validos, cum metu, tum tabe ac pestifero odore corporum, conficerent. Et, ut ferro potius morerentur, quidam [10] invadebant soli hostium stationes. Multo tamen vis major pestis Pœnorum castra, quam Romana, (diu circumsedendo Syracusas, cœlo aquisque assuerant magis [q]) affecerat. Ex hostium [11] exercitu Siculi, ut primum videre ex gravitate loci vulgari morbos, in suas quisque propinquas urbes dilapsi sunt. At Carthaginienses, quibus nusquam receptus erat, cum ipsis ducibus Hippocrate atque Himilcone, ad internecionem omnes perierunt. Marcellus, ut tanta vis ingruebat mali, traduxerat [12] in urbem suos; infirmaque corpora tecta et umbræ recreaverant. Multi tamen ex Romano exercitu eadem peste absumti sunt.

27. Deleto terrestri Punico exercitu, Siculi, qui Hippocratis milites fuerant, in haud magna oppida, ceterum et situ et munimentis tuta, (tria millia alterum ab Syracusis, alterum quindecim abest,[r]) eo et commeatus [13 s] e civitati-

Edd. ante Gron.—9 *Quoque* addunt Edd. ante Gron.—10 *Ferro quidam*, iterato nomine *ferro*, Grut. all.—11 *Syracusas, cæde aquisque affecerat magis. Ex host.* Edd. ante Gronov.—12 Al. *adduxerat.*

13 ' *Quindecim ab Ostio et comm.* Edd. ante Gronov. Adverbium redundans *eo*, cum jam affuisset *in oppida*, post parenthesin interpositam, perspicuitatis

NOTÆ

riorem negationem tollunt veteres codices et prisca editio, integro tamen sensu, ut Gronov. contendit, adducto loco Livii, lib. VI. ' Ut non modo ad tribunatum militum inter patricios petendum, sed ne ad plebeios quidem magistratus capessendos ulli animus esset.'

[q] *Cælo aquisque assuerant magis*] Vulgo, *cæde aquisque affecerat magis.* Correxit Gronov. IV. Observat. 8. Indicat enim Auctor idcirco minorem fuisse Romanorum cladem, quam Pœnorum, quod illi jam aëri Syracusano, utcumque corrupto, magis essent assuefacti diuturna mora.

[r] *Alterum quindecim abest*] Vulgo legitur, *alterum quindecim ab ostio*, cum non appareat quod illud sit ostium. Posset quidem intelligi ostium Anapi fluminis, vel *ostium magni portus:* cujus postea meminit, cap. 30. Sed illud juxta Syracusas, hoc ad ipsa mœnia. In Colbertino scriptum est, *ab hoste;* sed a secunda manu cum antea esset *ab ostio;* et hostis horum

bus suis comportabant, et auxilia arcessebant. Interea Bomilcar, iterum cum classe profectus Carthaginem, ita exposita fortuna sociorum, ut spem faceret, non ipsis modo salutarem opem ferri posse, sed Romanos quoque in capta quodammodo urbe capi, perpulit, ut onerarias naves quam plurimas omni copia rerum onustas secum mitterent, classemque suam augerent. Igitur, centum triginta navibus longis et septingentis[14] onerariis[t] profectus a Carthagine, satis prosperos ventos ad trajiciendum in Siciliam habuit. Sed iidem venti superare eum Pachynum prohibebant. Bomilcaris adventus, fama primo, dein præter spem mora, cum gaudium et metum invicem Romanis Syracusanisque præbuisset; Epicydes metuens, ne, si pergerent iidem, qui tum tenebant,[t] ab ortu solis flare per dies plures venti, classis Punica Africam repeteret, tradita Achradina mercenariorum militum ducibus, ad Bomilcarem navigat. Classem in statione versa in Africam habentem, atque timentem navale prælium, non tam quod impar viribus aut numero navium esset, (quippe etiam plures habebat,) quam quod venti aptiores Romanæ, quam suæ, classi flarent, perpulit tandem, ut fortunam navalis certaminis experiri vellet. Et Marcellus, cum et Siculum exercitum ex tota[15] insula conciri vi-

[t] *Qui eo tempore retinebant classem, vel qui mare obtinebant.*

causa additum.' *Stroth.*—14 *Septuaginta* Edd. ab Asceus. ad Gronov.—15 Al.

NOTÆ

Siculorum non alius videtur quam Romanus, cujus exercitus et ipse Syracusis: unde commodius fuisset scribi tantum, *alterum quindecim abest*: nisi quis velit *hostis* nomine Bomilcarem intelligi Romanorum hostem, Punicæ classis prætorem, cujus statio ad Pachynum.

[s] *Eo et commeatus*] Ita Gronov. ex Put. ostenditque illud *eo* superfluum non esse, præsertim propter interjectam parenthesim, quæ sententiam suspendit: exempla congerit tum aliunde, tum ex Nostro, præsertim l. XXVI. [t] Lævinus Zacynthum (parva insula est propinqua Ætoliæ: urbem unam eodem quo ipsa est nomine habet) eam, præter arcem, vi cepit.'

[t] *Et septingentis onerariis*] Vulgo *septuaginta*. Emendavit Gronov. ex multis codicibus, quibuscum conveniunt duo Colbertini, *centum triginta navibus longis, septingentis onerariis*. Et vero major fere esse solet in hujusmodi classibus numerus onerariarum navium, quibus commeatus vehuntur, quam longarum, quæ ad belli usum comparatæ armatos ferunt.

deret, et cum ingenti commeatu classem Punicam adventare, ne simul terra marique inclusus urbe hostium urgeretur, quanquam impar numero navium erat, prohibere aditu Syracusarum Bomilcarem constituit. Duæ classes infestæ circa promontorium Pachynum stabant, ubi prima [16] tranquillitas maris in altum evexisset, concursuræ. Itaque, cadente jam Euro,[a] qui per dies aliquot sævierat, prior Bomilcar movit: cujus prima [17] classis [x] petere altum visa est, quo facilius superaret promontorium. Ceterum, postquam tendere ad se Romanas naves vidit, incertum qua subita territus re, Bomilcar vela in altum dedit, missisque nuntiis Heracleam,[y] qui onerarias [18] retro in Africam repetere juberent, ipse, Siciliam prætervectus, Tarentum petit. Epicydes, a tanta repente destitutus spe, ne in obsidionem magna ex parte captæ urbis rediret, Agrigentum navigat, expectaturus magis eventum, quam inde quicquam moturus.

28. Quæ ubi in castra Siculorum [z] sunt nuntiata, Epicyden Syracusis excessisse, a Carthaginiensibus relictam insulam, et prope iterum Romanis traditam; legatos de conditionibus dedendæ urbis, explorata prius per colloquia voluntate eorum, qui obsidebantur, ad Marcellum mittunt. Cum haud ferme discreparet, quin, quæ ubique regum fuissent,[a] Romanorum essent, Siculis cetera cum

ab tota.—16 *Primum* Edd. ante Jac. Gronov.—17 Malebat Duker. *primo.*—18 *Naves* addunt Edd. ante Gronov.

NOTÆ

[a] *Cadente jam Euro*] Ubi desiit ventus ille, qui jamdiu ab Oriente vehementer flaverat.

[x] *Cujus prima classis*] Prinsquam Romana moveret.

[y] *Heracleam*] Apparet hanc Heracleam urbem Siciliæ fuisse, et stationem in littore Meridionali. De hac Heraclea Minoa, inter Agrigentum et Selinuntem sita, jam diximus.

[z] *In castra Siculorum*] Eorum scilicet, qui Hippocratis milites fuerant.

[a] *Ubique regum fuissent*] Atqui antea dividebatur Sicilia a Romanis in provinciam propriam, qua scilicet pulsi fuerant ab ipsis Carthaginienses, et in ditionem Hieronis regumque: nunc videntur contra, ea quæ ditionis regiæ fuerant, atque adeo Syracusas, quibus libertatem ostentaverant, sibi vindicare velle; ea vero quæ prius ipsi possederant, libertati et legibus suis relinquere. Verum eo tendebant, ni fallor, hæc pacta, ut quæ propria regum, id est, in eorum patrimonio

libertate ac legibus suis servarentur; evocatis ad colloquium his, quibus ab Epicyde creditæ res erant,[19] 'missos se simul ad Marcellum,[b] simul ad eos ab exercitu[20] Siculorum,' aiunt, 'ut una omnium, qui obsiderentur quique extra obsidionem essent, fortuna esset; neve alteri proprie sibi paciscerentur quicquam.' Recepti deinde ab iis, ut necessarios hospitesque alloquerentur, expositis, quæ pacta jam cum Marcello haberent, oblata spe salutis perpulere eos, ut secum præfectos Epicydis, Polyclitum et Philistionem et Epicyden, cui Sindon[1] cognomen erat, aggrederentur. Interfectis iis, et multitudine ad concionem vocata,[2] et inopiam, qua ipsi inter se fremere occulte soliti erant,[3] conquesti, 'quanquam tot mala urgerent,' negarunt, 'fortunam accusandam esse, quod in ipsorum esset potestate, quamdiu ea paterentur. Romanis causam oppugnandi Syracusas fuisse caritatem Syracusanorum, non odium: nam, ut occupatas res ab satellitibus Hannibalis, deinde Hieronymi, Hippocrate atque Epicyde audierint, tum bellum movisse, et obsidere urbem cœpisse, ut crudeles tyrannos ejus, non ut ipsam urbem, expugnarent. Hippocrate vero interemto, Epicyde intercluso ab Syracusis, et præfectis ejus occisis, Carthaginiensibus omni possessione Siciliæ terra marique pulsis, quam superesse causam Romanis, cur non, perinde ac si Hiero ipse viveret, unicus

19 Al. *credita res erat.*—20 *Simul ab eo ad exercitum* Edd. ante Crevier.—1 *Sidon* Edd. ante Drak.—2 Al. *convocata.*—3 'In cod. Put. *quæ ipsi*, et in quibusdam Mss. *quam ipsi*, quod loco III. 38. 9. non satis firmatur: *qua et ipsi* conj. Crev. et *de qua et ipsi* Doering. Ego potius crediderim, verba *et inopiam* parum apta h. l. esse, et vel ea delenda, vel legendum, *ob inopiam quæ ipsi inter se fremere* cet. ut 'fremere aliquid' III. 38. 9. et passim, pro, cum

NOTÆ

fuerant, Romanis relinquerentur: populo suarum legum usus servaretur.

[b] *Missos se simul ad Marcellum*] A quo missos? Ab Epicyde opinor. In altero ex Colb. libris desunt illa, *simul ad Marcellum*, ut appareat ab Epicyde, cujus in proximo facta mentio fuerat, *missos* ad exercitum Siculorum: quod sane aptius ad persuadendum iis, quibus creditæ res ab eodem Epicyde fuerant, quam si dicant missos a Marcello hoste. Et forte *ab eo* est ab Epicyde.

Romanæ amicitiæ cultor, incolumes Syracusas esse velint? Itaque nec urbi nec hominibus aliud periculum,[4] quam ab semet ipsis, esse, si occasionem reconciliandi se Romanis[5] prætermisissent, (eam autem, qualis illo momento horæ sit, nullam deinde fore) simul libertas[c] ab impotentibus tyrannis apparuisset.'[6]

29. Omnium ingenti assensu audita ea oratio est. Prætores tamen prius creari, quam legatos nominari, placuit. Ex ipsorum deinde prætorum numero missi oratores ad Marcellum. Quorum princeps, 'Neque primo,' inquit, 'Syracusani a vobis defecimus, sed Hieronymus, nequaquam tam in vos impius, quam in nos: nec postea pacem, tyranni cæde compositam, Syracusanus quisquam, sed satellites regii Hippocrates atque Epicydes, oppressis nobis hinc metu, hinc fraude, turbaverunt. Nec quisquam dicere potest, aliquando nobis libertatis tempus fuisse, quod pacis vobiscum non fuerit. Nunc certe cæde eorum, qui oppressas tenebant Syracusas, cum primum nostri arbitrii esse cœpimus, extemplo venimus ad tradenda arma; dedendos nos, urbem, mœnia; nullam recusandam fortunam, quæ imposita a vobis fuerit. Gloriam captæ nobilissimæ pulcherrimæque urbis Græcarum Dei tibi dederunt, Marcelle. Quicquid unquam terra marique memorandum gessimus, id tui triumphi titulo accedit. Famæ

fremitu et murmure dicere ac queri.' *Rupert.*—4 *Periculi* Froben. Grut. Gronov. Doujat.—5 *Romano* Grut. Gronov. Doujat.—6 'Parenthesin induximus cum Str. et tum post *prætermisissent* comma pro puncto posuimus, tum delevimus τὸ *si* ante *simul*, quod omnes fere Mss. respuunt. Idem jam expunxerat Gron. cujus tamen emendationibus, *deinde fore, simul liberatos ab i. t. a.* et *quam libertas ab i. t. aperuisset*, vix ulla, nedum aptior, continetur sententia: *liberatas* legitur in optimis Mss. et *aperuisset* in uno Palat.' *Rupert.*

NOTÆ

[c] *Simul libertas* [*liberatos*] Id est, si cum jam liberi essent Syracusani, pacem cum Romanis non fecissent; nam *simul apparuisset* idem est ac, statim atque apparuisset. Hæc Gronovii lectio maxime probabilis videtur. Vulgares editiones, *si simul libertas ab impotentibus tyrannis apparuisset*; quorum eadem est sententia, modo particulam *si* deleas. Plures codices habent *liberatas*, quod ad Syracusas referri posset.

ne credi velis,[7] [d] quanta urbs a te capta sit, quam posteris† quoque eam spectaculo esse, (quo quisque terra, quisque[8] mari venerit, nunc nostra de Atheniensibus Carthaginiensibusque tropæa, nunc tua de nobis ostendat) incolumesque Syracusas familiæ vestræ[9] sub clientela nominis Marcellorum tutelaque habendas tradas.[10] Ne plus apud vos Hieronymi, quam Hieronis, memoria momenti faciat. Diutius ille multo amicus fuit, quam hic hostis: et illius etiam benefacta persensistis; hujus amentia ad perniciem tantum ipsius valuit.' Omnia et impetrabilia et tuta erant apud Romanos. Inter ipsos* plus belli ac periculi erat. Namque transfugæ, tradi se Romanis rati, mercenariorum quoque militum auxilia in eundem compulere metum; arreptisque armis prætores primum obtruncant, inde ad cædem Syracusanorum discurrunt, quosque fors obtulit, irati interfecere,[11] atque omnia, quæ in promtu erant, diripuerunt.[12] Tum, ne sine ducibus essent, sex præfectos creavere, ut terni Achradinæ ac Naso præessent. Sedato tandem tumultu, exequentibus sciscitando mercenariis,[13] quæ acta cum Romanis essent,[a] dilucere, id quod erat, cœpit; aliam suam ac perfugarum[14] causam esse.

[a] *Ubi mercenarii milites percunctando sunt assecuti quæ cum Romanis tractata fuerant.*

7 *Famæne credi malis* Fdd. ab Ascens. ad Gronov. *Famæne* quoque Kreyssig.—8 *Quisquis terra quisquis* Edd. ab Ald. ad Drak. Vocabulo *esse* notam interrogationis subjicit Kreyssigius et parenthesin tollit, semicolon post *ostendat* interponens.—9 Conj. Rupert. *tuæ*.—10 Post *tradas* interrogationis notam ponit Drak.—11 *Interfecerunt* Gronov. Doujat. Crevier.—12 *Diripuere* cæd.—13 '*Exequentibus sciscitando mercenariis*. Vox ultima in Putean. Pet. utroque, Men. Voss. non reperitur, et commode intelligitur ex præcedentibus.' *J. F. Gronov.*—14 Al. *transfugarum*.

NOTÆ

[d] *Famæ ne credi velis*] Vulgo quidem *ne credi malis*; sed scripti omnes habent *credi velis*; igitur illud *quam*, quod sequitur, positum pro magis quam, id est, noli id velle, ut potius fama olim credatur quanta fuerit urbs Syracusana a te capta, quam eandem superesse a posteris spectandam: id est, noli delere Syracusas, sed eas serva.

† *Quam* [*an*] *posteris*] Sic J. F. Gronovius, recte, pro *quam*. Parenthesin etiam ex ejus sententia collocavimus. Aliud nihil mutavimus. *J. Clericus.*

* *Inter ipsos*] Obsessos.

30. In tempore legati a Marcello redierunt, falsa eos suspicione incitatos memorantes, nec causam expetendæ pœnæ eorum ullam Romanis esse. Erat ex tribus Achradinæ præfectis Hispanus, Mericus nomine. Ad eum inter comites legatorum de industria unus ex Hispanorum auxiliaribus est missus; qui, sine arbitris Mericum nanctus, primum, quo in statu reliquisset Hispaniam, (et nuper inde venerat,) exponit. 'Omnia Romanis ibi obtineri armis. Posse eum, si operæ pretium faciat, principem populariorum esse; seu militare cum Romanis, seu in patriam reverti libeat. Contra, si malle obsideri pergat, quam spem [15] esse terra marique clauso?' Motus his Mericus, cum legatos ad Marcellum mitti placuisset, fratrem inter eos mittit; qui, per eundem illum Hispanum secretus [16] ab aliis [f] ad Marcellum deductus, cum fidem accepisset, composuissetque agendæ rei ordinem, Achradinam redit. Tum Mericus, ut ab suspicione proditionis averteret omnium animos, negat [g] sibi placere, legatos commeare ultro citroque, neque recipiendum quenquam, neque mittendum; et, quo intentius custodiæ serventur, opportuna [17] [g] dividenda præfectis esse, ut suæ quisque partis tutandæ reus sit.' [h] Omnes assensi sunt partibus dividundis: ipsi regio evenit ab Arethusa fonte usque ad ostium magni portus. [i]

15 *Sedem* Edd. a Sigon. ad Gronov.—16 Mss. pæne omnes *secretum*: unde Gronovius legendum putabat, *in secretum*, probante Crev. et Drak. [g] Gronovii conjecturæ, *in secretum*, repugnant adjectæ voculæ, *ab aliis*.' Doering.—17 [g] Vocem *loca*, quam Edd. addunt, delevi, quia abest a Mss.'

NOTÆ

[f] *Secretus ab aliis*] Scripti, *qui per eundem illum Hispanum secretum ab aliis ad Marcellum deductus*. Utrum malis parum interest, sive seorsim ab aliis, et secretus Merici frater ad Marcellum deductus sit ab Hispano illo mediatore; sive hic ipse mediator, cum in comitatu legatorum esset, sese ab aliis secreverit, præmonitoque Marcello, Merici fratrem ad eum deduxerit: unde nihil apparet cur mutandum quicquam videatur.

[g] *Opportuna* [*loca*] In manuscriptis desideratur τὸ *loca*; subaudiri tamen debet, ut cum dicimus, plana urbis; *opportuna* autem dici videntur respectu hostium, quæ ipsorum conatibus magis exposita.

[h] *Ut suæ quisque partis tutandæ reus sit*] *Reus* dicit pro eo qui teneatur locum sibi creditum tueri. Gall. *afin que chacun réponde de l'endroit qu'on lui aura donné en garde.*

[i] *Ad ostium magni portus*] Inter

Id ut scirent Romani, fecit. Itaque Marcellus nocte navem onerariam cum armatis remulco quadriremis[k] trahi ad Achradinam jussit, exponitque[18] milites regione portæ, quæ prope fontem Arethusam est. Hoc cum quarta vigilia factum esset, expositosque milites porta, ut convenerat, recepisset Mericus; luce prima Marcellus omnibus copiis mœnia Achradinæ aggreditur, ita ut non eos solum, qui Achradinam tenebant, in se converteret, sed ab Naso etiam agmina armatorum concurrerent, relictis stationibus suis, ad vim et impetum Romanorum arcendum. In hoc tumultu actuariæ naves,[l] instructæ jam ante circumvectæque, ad Nasum armatos exponunt, qui improviso adorti semiplenas stationes et adapertas fores portæ, qua paulo ante excurrerant armati, haud magno certamine Nasum cepere, desertam trepidatione et fuga custodum: neque ullis minus præsidii aut pertinaciæ ad manendum, quam transfugis, fuit, quia,[19] ne suis quidem satis credentes se, medio certamine effugerunt. Marcellus ut captam esse Nasum didicit, et Achradinæ regionem unam teneri,[m] Mericumque cum præsidio suis adjunctum, receptui cecinit; ne regiæ opes, quarum fama major, quam res, erat, diriperentur.

31. Suppresso impetu militum, et iis, qui in Achradina erant, transfugis spatium locusque fugæ datus est; et Syracusani, tandem liberi metu, portis Achradinæ aper-

Rupert.—18 Ita Edd. ab Froben. ad Jac. Gronov. *Exponique* Drak. Stroth. et Kreyssig.—19 Conj. Rupert. *qui.*

NOTÆ

duos portus posita fuit ea pars Syracusarum quam Insulam vocabant: Magnus portus a Naso ad Plemmyrium promontorium ac vicum protendebatur: minor inter Nason et Achradinam interjacebat.

[k] *Remulco quadriremis*] Onerariæ naves minus remis quam vento aguntur: unde hanc onerariam opus fuit remulco trahi, id est, remigio triremis, cui ea alligata: Gallice dicimus, *remorquer.*

[l] *Actuariæ naves*] Dicuntur *actuariæ naves*, quia leviores atque agiliores facile circumaguntur.

[m] *Teneri*] Adhuc retineri a Syracusanis.

tis, oratores ad Marcellum mittunt, nihil petentes aliud, quam incolumitatem sibi liberisque suis. Marcellus, consilio advocato, et adhibitis etiam Syracusanis, qui per seditiones pulsi ab domo intra præsidia Romana erant, respondit: 'non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis, quam paucis his annis maleficia eorum, qui Syracusas tenuerint, erga populum Romanum esse. Sed pleraque eorum, quo [20] debuerint, recidisse;[1] fœderumque ruptorum ipsos ab se graviores multo, quam populus Romanus voluerit, pœnas exegisse. Se quidem tertium annum circumsedere Syracusas: non ut populus Romanus servam civitatem [1] haberet, sed ne transfugarum duces captam et oppressam tenerent. Quid potuerint Syracusani facere, exemplo vel eos Syracusanorum esse, qui intra [2] præsidia Romana fuerint, vel Hispanum ducem Mericum, qui præsidium tradiderit, vel ipsorum Syracusanorum postremo, serum quidem, sed forte consilium. Omnium sibi laborum periculorumque, circa mœnia Syracusana terra marique tam diu exhaustorum, nequaquam tantum fructum esse,[3] [n] quam capere Syracusas potuisse.'

[1] *Sed maleficia illa magna ex parte redundasse ac recidisse in quos æquum erat, id est, in capita auctorum.*

20 Conj. Rupert. *in quos.*—1 *Nonne populus Romanus reservatam civ.* Edd. ante Sigon.—2 Al. *inter.*—3 '*Omnium sibi laborum periculorumque... nequaquam tantum fructum esse*, ex iis sibi aut ad se redire, *quam* quantum *capere Syracusas*, Syracusanos ipsos, *potuisse*, si scil. in tempore sibi consuluissent feciseentque, *quod potuissent facere*; cf. verba præc. Eodem sensu verba hæc cepêre Ruben. Gron. Drak. Doer. qui tamen ita *fructum sese* (sc. *capere* aut *capere potuisse*) pro *fructum esse* legendum putarunt; quod necesse non est, *tuoniam* jungenda sunt *sibi fructum esse.* Malim: *quam capere Syracusæ potuissent*, quod lectione optimorum Mss. *potuisset* firmatur: *quam si parcere*

NOTÆ

[n] *Nequaquam tantum fructum esse*] Subjicit codex Colbert. *quod capere Syracusas potuisset.* Manuscripti alii habent, *quam capere Syracusas potuisset*, cum vulgo legatur, *quam capere Syracusas potuisse.* Hoc postremum sic accipit Ruben. ut Marcellus profiteatur nequaquam ex omnibus laboribus et periculis sibi tantum fructum contingere, quantum fructum Syracusæ ipsæ, aut Syracusani capere potuissent; siquidem in tempore sibi ipsi consuluissent. Quid si conjunctis particulis *quam* et *quod*, quas scripti separatim habent, legamus, *quam quod Syracusas capere potuisset?* ut ostendat Marcellus utilitatem et opes, quas post tot labores ex Syracusarum di-

Inde quæstor cum præsidio ad Nasum ad accipiendam pecuniam regiam custodiendamque missus. Urbs diripienda militi data est, custodibus divisis per domos eorum, qui intra præsidia Romana fuerant. Cum multa iræ, multa avaritiæ,[4] fœda exempla ederentur, Archimeden, memoriæ proditum est, in tanto tumultu, quantum capta urbs in discursu diripientium militum ciere poterat,[5] intentum formis,[o] quas in pulvere descripserat, ab ignaro milite, quis esset, interfectum: ægre id Marcellum tulisse, sepulturæque curam habitam; et propinquis etiam[p] inquisitis honori præsidioque nomen ac memoriam ejus fuisse. Hoc maxime modo Syracusæ captæ: in quibus prædæ tantum fuit, quantum vix capta Carthagine tum fuisset, cum qua viribus æquis certabatur. Paucis ante diebus, quam Syracusæ caperentur, T. Otacilius cum quinqueremibus octoginta Uticam ab Lilybæo transmisit, et, cum ante lucem portum intrasset, onerarias frumento onustas cepit; egressusque in terram, depopulatus est aliquantum agri circa Uticam, prædamque omnis generis retro ad naves egit. Lilybæum tertio die, quam inde profectus erat, cum centum triginta onerariis navibus frumento prædaque onustis rediit; idque frumentum extemplo Syracusas misit. Quod ni tam in tempore subvenisset, victoribus victisque pariter perniciosa fames instabat.

32. Eadem æstate in Hispania, cum biennio ferme nihil admodum memorabile factum esset, consiliisque ma-

---

Syracusis potuisset conj. Gron.' *Rupert.* Vid. Not. Var.—4 Olim legebatur, *Cum multæ iræ, multa invidiæ avaritiæque.*—5 Wakef. ad Lucret. II. 642. emend. *quantus captæ urbis . . . ciери poterat*, quia in pluribus Mss. legitur *captæ urbis.*

NOTÆ

reptione sperare posset, sibi aut reipublicæ Romanæ non perinde cordi esse, ac gloriam quam consecutus sit, quod potuerit tantam urbem capere.

o *Intentum formis*] Schemata, et figuras mathematicas formarum nomine intellige.

p *Et propinquis etiam*] Notat Grut. sacras et quasi inviolabiles esse inter bella literas et literarum amantes. Facit exemplum Alexandri, Pindari domo et propinquis in Thebarum direptione servatis.

gis, quam armis, bellum gereretur, Romani imperatores egressi hybernis copias conjunxerunt. Ibi consilium advocatum, omniumque in unum congruerunt sententiæ: quando ad id locorum id modo actum esset, ut Hasdrubalem tendentem in Italiam retinerent, tempus esse id jam agi, ut bellum in Hispania finiretur: et satis ad id virium credebant accessisse, viginti[6] millia Celtiberorum[q] ea hyeme ad arma excitata. Tres exercitus erant.[r] Hasdrubal Gisgonis filius, et Mago, conjunctis castris, quinque ferme dierum iter ab Romanis aberant. Propior erat Hamilcaris filius Hasdrubal, vetus in Hispania imperator. Ad urbem nomine Anitorgin[7][s] exercitum habebat. Eum volebant prius opprimi duces Romani: et spes erat satis superque ad id virium esse. Illa restabat cura, ne, fuso eo perculsi, alter Hasdrubal et Mago, in avios saltus montesque recipientes sese, bellum extraherent. Optimum igitur rati, divisis bifariam copiis, totius simul Hispaniæ amplecti bellum, ita inter se diviserunt,[8] ut P. Cornelius duas partes exercitus Romanorum sociorumque adversus Magonem duceret atque Hasdrubalem; Cn. Cornelius cum tertia parte veteris exercitus, Celtiberis adjunctis, cum Hasdrubale Barcino bellum gereret. Una profecti ambo duces exercitusque, Celtiberis

6 *Triginta* Edd. ante Drak.—7 Conj. Rupert. *Conistorgin.*—8 'An et hic legendum: *ita inter se jusserunt, Fabio exercitum tradi, &c.*' J. F. Gronov. 'Agnoscis hanc notam hiare et defectam esse: ascripsitque pater: 'Aliqua sunt omissa.' Nos verba ejus præstare rediviva non possumus. Locus, ubi Fabii mentio fit, est ex lib. XXIII. 32. quem ascripsit margini exemplaris, quo ut plurimum utebatur, præmisso 'an *jusserunt?*' Inde mens ejus facile penetrari potest.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[q] *Viginti* [*triginta*] *millia Celtiberorum*] Plures habent *viginti millia*... et *excitati*. Quidam etiam *excitatum*: unde putat Gronovius scribendum esse *excitorum*.

[r] *Tres exercitus erant*] Pœnorum nimirum, quemadmodum tres duces, Hasdrubal, Mago, Hamilcar, quorum trina castra distinguuntur, lib. XXIII. extremo.

[s] *Urbem nomine Anitorgin*] Hoc nomine oppidum Hispaniæ nullum occurrit apud Geographos. Suspicor oppidum fuisse ad Anam fluvium, et ab eo situ sic dictum. Certe amnem exercitus dirimentem memorat statim Livius. Fuit forte *Villa harta*, vel supra Consaburum, ubi nunc *Villa Roblido*, aut non procul.

prægredientibus, ad urbem Anitorgin in conspectu hostium, dirimente amni, ponunt castra. Ibi Cn. Scipio, cum quibus ante dictum est copiis, substitit, et P. Scipio profectus ad destinatam belli partem.

33. Hasdrubal postquam animadvertit, exiguum Romanum exercitum in castris, et spem omnem in Celtiberorum auxiliis esse; peritus omnis barbaricæ et præcipue omnium[9] earum gentium, in quibus per tot annos militabat, perfidiæ, facili linguæ commercio,[10] cum utraque castra plena Hispanorum essent, per occulta colloquia paciscitur magna mercede cum Celtiberorum principibus, ut copias inde abducant. Nec atrox visum facinus. Non enim, ut in Romanos verterent arma, agebatur; et merces, quanta vel pro bello satis esset, dabatur, ne bellum gererent; et cum quies ipsa, tum reditus domum fructusque videndi suos suaque, grata vulgo erant. Itaque non ducibus facilius, quam multitudini, persuasum est: simul ne metus quidem ab Romanis erat, quippe tam paucis, si vi retinerent.[11] [t] Id quidem cavendum semper Romanis ducibus erit, exemplaque hæc vere pro documentis habenda, ne ita externis credant auxiliis, ut non plus sui roboris suarumque proprie virium in castris habeant. Signis repente sublatis, Celtiberi abeunt, nihil aliud quærentibus causam, obtestantibusque ut manerent, Romanis respondentes, quam domestico se avocari bello. Scipio, postquam socii nec precibus, nec vi retineri poterant, nec se aut parem sine illis hosti esse, aut fratri rursus conjungi vidit posse, nec ullum aliud salutare consilium in promtu esse, retro, quantum posset, cedere statuit; in id omni cura

9 ' Non est Livii *τὸ omnium*.' J. F. Gronov.—10 ' Nec in Put. nec in ullo antiquiorum paulo codicum inveni *commercio*. Cogitandum.' *J. F. Gronov.*— 11 In Mss. *sibi retinerent*: in Edd. ante Gronov. *sibi ne timerent* et *se ne retinerent*.

NOTÆ

[t] *Si vi retinerent*] A Gronovio est conjectura ex Mss. ubi, *sibi retinerent*. Sensus est, si conarentur Romani eos per vim in castris suis retinere. Vulgo *se ne retinerent*, id est, non metnebant Celtiberi, ne Romani, qui tam pauci erant, eos retinerent: quod non omnino spernendum.

intentus, necubi hosti æquo se committeret loco; qui, transgressus flumen, prope vestigiis abeuntium insistebat.

34. Per eosdem dies P. Scipionem par terror, periculum majus ab novo hoste, urgebat. Masinissa erat juvenis, eo tempore socius [12] Carthaginiensium, quem deinde clarum potentemque Romana fecit amicitia. Is tum cum equitatu Numidarum et advenienti P. Scipioni occurrit, et deinde assidue dies noctesque infestus aderat, ut non vagos tantum, procul a castris lignatum pabulatumque progressos, exciperet, sed ipsis obequitaret castris, invectusque in medias sæpe stationes omnia ingenti tumultu turbaret. Noctibus quoque sæpe incursu repentino in portis valloque trepidatum est; nec aut locus, aut tempus ullum vacuum a metu ac solicitudine erat Romanis: compulsisque intra vallum, ademto rerum omnium usu, cum prope justa obsidio esset, futuramque arctiorem eam appareret, si se Indibilis, quem cum septem millibus et quingentis Suessetanorum [a] adventare fama erat, Pœnis conjunxisset; dux cautus et providens [13] Scipio, victus necessitatibus, temerarium capit consilium, ut nocte Indibili obviam iret, et, quocum-

12 *Juvenis, qui eo tempore erat socius* Edd. ante Gronov.—13 Al. *prudens.*

NOTÆ

[a] *Cum septem millibus et quingentis Suessetanorum*] Nulli quod sciam in Hispania *Suessetani*. Nec Floriano aut Marianæ assentior, ex *Suestasio*, Caristorum apud Ptolemæum oppido, Suessetanos vel Suessitanos derivantibus. Nam ex *Suestasio*, Suestasienses aut Suestasitani dicendi essent. Nec plures populi in exigua Caristorum gente ponendi: et hic tractus longius a belli sede versus Aquilonem. *Sedetanos* hic pro *Suessetanis* legerem, quod Indibilis Lacetanorum rex, qui intercurrente ferme Ibero Sedetanis proximi, ut hi Celtiberis, quorum hic mentio. Verum lib. XXVIII. cap. 24. Suessitanorum et Sedetanorum, tanquam diversorum populorum, agri memorantur. Esset forte qui ibi non *agrum Suessitanum Sedetanumque*, sed *Sedetanum Edetanumque* scribi debere, non absurde conjiceret. Nam et *Sexi* et *Hexi* ejusdem Hispanici oppidi nomina sunt, a quo Exitani. Facilius tamen hoc loco res conciliabitur, si pro *Suessetanorum*, legamus *Vescitanorum*, id est, Oscensium. Osca enim Ilergetum, (quæ ingens natio,) caput Vescitaniæ Plinio est, triplo fere propior Lacetanorum finibus, quam *Suestasium:* quod in Alabansi Cantabrorum seu Basculorum tractu, circa vicum *la Venta Cibay*.

que occurrisset [14] loco, prælium consereret. Relicto igitur modico præsidio in castris, præpositoque T. Fonteio legato, media nocte profectus, cum obviis hostibus [x] manus [15] conseruit. Agmina magis, quam acies, pugnabant: [m] superior tamen, ut in tumultuaria pugna, Romanus erat. Ceterum et equites Numidæ repente, quos fefellisse se dux ratus erat, ab lateribus circumfusi, magnum terrorem intulere. Contracto adversus Numidas certamine novo, tertius insuper advenit hostis, duces Pœni, assecuti ab tergo jam pugnantes; ancepsque prælium Romanos circumsteterat, incertos in quem potissimum hostem, quamve in partem conferti eruptionem facerent. Pugnanti hortantique imperatori, et offerenti se, ubi plurimus labor erat, latus dextrum lancea trajicitur: cuneusque is hostium, qui in confertos circa ducem impetum fecerat, ut exanimem labentem [16] ex equo Scipionem vidit, alacres gaudio cum clamore per totam aciem nuntiantes discurrunt, imperatorem Romanum cecidisse. Hæc pervagata passim vox, ut et hostes haud dubie pro victoribus, et Romani pro victis essent, fecit. Fuga confestim ex acie, duce amisso, fieri cœpta est. Ceterum ut ad erumpendum inter Numidas leviumque armorum alia auxilia [17] [y] haud difficilis erat; [z] ita effugere tantum equitum,

[m] *Pugnabatur non instructa acie, sed quasi velitationibus sparsim ac manipulatim initis.*

—14 Al. *occurrissent.*—15 Vet. lib. ap. Sigon. *manum.*—16 Al. *labentemque.*—17 ' *Numidas aliaque levium armatorum aux.* Edd. ante Gronov. *Numidas leviumque armorum auxilia* Gronov. mox vocabulum *res*, quod in nonnullis ex optimis Mss. desideratur, delevit Crevier.' *Stroth.*

NOTÆ

[x] *Cum obviis hostibus*] Cum copiis ab Indibili adductis in auxilium Pœnorum.

[y] *Leviumque armorum alia auxilia* [*aliaque levium armatorum auxilia*] Vulgo ita legitur, nec deest auctoritas calamo exaratorum. Dicuntur quidem plerumque aut *leviter armati*, aut *leves*, pro velitibus: sed quidni et *leves armati*, ut ostendatur hos velites armis ultra morem instructos fuisse? Colb. unus habet *inter Numidas, leviumque armorum alia auxilia.*

[z] *Haud difficilis* [*res*] *erat*] Sed nomen *res* in Mss. nullibi extat: nec est quod desideretur, cum adjectivum *difficilis* referri facile possit ad nomen *fuga*, quod in superiori periodo est. Duo, quos nunc habeo, ignorant τὸ *ut*; et pro *difficilis res*, habent *difficile.*

æquantiumque equos velocitate peditum,[a] vix poterant; cæsique prope plures in fuga, quam in pugna, sunt. Nec superfuisset quisquam, ni præcipiti jam ad vesperum die nox intervenisset.

35. Haud seguiter inde duces Pœni fortuna usi, confestim e prælio, vix necessaria quiete data militibus, ad Hasdrubalem Hamilcaris citatum agmen rapiunt; non dubia spe, cum conjunxissent,[18 b] debellari posse. Quo ubi est ventum, inter exercitus ducesque, victoria recenti lætos, gratulatio ingens facta, imperatore tanto cum omni exercitu deleto, et alteram pro haud dubia parem victoriam expectantes. Ad Romanos nondum quidem fama tantæ cladis pervenerat, sed mœstum quoddam silentium erat et tacita divinatio; qualis jam præsagientibus animis imminentis mali[c] esse solet. Imperator ipse, præterquam quod ab sociis se desertum, hostium tantum auctas copias sentiebat, conjectura etiam et ratione ad suspicionem acceptæ cladis, quam ad ullam bonam spem, pronior erat. 'Quonam modo enim Hasdrubalem ac Magonem, nisi defunctos suo bello,[19 d] sine certamine adducere exercitum potuisse? Quomodo autem non obstitisse, aut ab tergo secutum[20] fra-

18 'Cum conjunxissent, sc. se, e plurimis Mss. recepi. Vox *copias*, quam Edd. ante Gron. post *cum* addunt, ab omnibus fere Mss. abest, et τὸ *cum* a quibusdam tantum, sed optimis. Hinc *cum juncti essent* e conj. edidere Gron. Drak. Ern. Similiter mox inter *sed mœstum* Edd. ante Gron. inseruere *tamen*, ut sæpe alia.' *Rupert.*—19 *Defuncto suo fratre bello* Edd. ante Sigon. *Defuncto fratre suo bello* rell. Edd. Vid. Not. Var.—20 *Ab tergo non sec.* Edd.

NOTÆ

[a] *Æquantiumque equos velocitate peditum*] Numidarum: qui pedibus etiam equites sequi assueti.

[b] *Cum conjunxissent* [*juncti essent*] Vulgo *cum junxissent*. Sed vox *copias* abest a scriptis melioribus. Sunt qui et particulam *cum* ignorent. Itaque legendum, vel *cum conjunxissent*; vel *cum junxissent* Hasdrubali se, aut Hasdrubalem sibi. Gronov. legit, *cum juncti essent*; recte ad sensum: sed ex quo codice hauserit, non indicat.

[c] *Imminentis mali*] Refert ad taciturn divinationem, non ad verbum *præsagientibus*.

[d] *Nisi defunctos suo bello*] *Suum* dicit, id est, Hasdrubalis et Magonis proprium, et ipsis seorsim incumbens. Antea legebatur, *nisi defuncto fratre suo bello*: quod significare potest, nisi mortuo fratre in bello, quod sibi gerendum sumserat. Verum id minus eleganter diceretur. Reformavit Gronov. ex Put. et Pet. meliori.

trem? ut, si prohibere, quo minus in unum coirent et duces et exercitus hostium, non posset, ipse certe cum fratre conjungeret copias.' His anxius curis id modo esse salutare in præsens credebat, cedere inde, quantum posset: et inde [1] una nocte, ignaris hostibus et ob id quietis, aliquantum emensus est iter. Luce, ut senserunt [e] profectos hostes, præmissis Numidis, quam poterant maxime citato agmine sequi cœperunt: ante noctem assecuti Numidæ, nunc ab tergo, nunc in latera incursantes.[a] Consistere cœperunt, ac tutari agmen, quantum possent; tamen, tuto [3] ut simul pugnarent procederentque, Scipio hortabatur, prius quam pedestres copiæ assequerentur.

36. Ceterum nunc agendo nunc sustinendo [f] agmen cum aliquamdiu haud multum procederetur, et nox jam instaret, revocat e prælio suos Scipio; et collectos in tumulum quendam, non quidem satis tutum, (præsertim agmini perculso,) editiorem tamen, quam cetera circa erant, subducit. Ibi primo, impedimentis et equitatu in medium receptis, circumdati pedites [a] haud difficulter impetus incursantium Numidarum arcebant: dein, postquam toto agmine tres imperatores cum tribus justis exercitibus aderant, apparebatque, parum armis ad tuendum locum sine munimento valituros esse; [g] circumspectare atque agitare [4] dux cœpit, si quo modo posset vallum circum injicere.[5] Sed erat adeo nudus tumulus et asperi soli, ut nec virgulta vallo cædendo, nec terra cespiti faciendo aut ducendæ fossæ aliive ulli operi apta inveniri posset: nec natura quicquam [6] satis

[a] *Collocati circum impedimenta et equites.*

ante Gron.—1 'Alterum *inde* tuetur Doering. quod spurium aliis visum. Me et τὸ *inde* et τὸ *una* offendit, malimque *et ingruente* vel *illuni* seu *illuna nocte*.' Rupert.—2 Al. *concursantes*.—3 Vox *tuto* suspecta erat Strothio.
4 *Cogitare* Edd. a Sigon. ad Gronov.—5 Conj. Periz. *circumjicere*.—6 *Nec*

NOTÆ

[e] *Ut senserunt*] Hasdrubal et Mago.
[f] *Nunc agendo nunc sustinendo*] Gallice, *tantôt faisant avancer ses troupes, et tantôt leur faisant faire halte, et se battant en retraite.*
[g] *Valituros esse*] Romanos.

arduum [h] aut abcissum [7] erat, quod hosti aditum ascensumve difficilem præberet; omnia fastigio leni subvexa.[8] Ut tamen aliquam imaginem valli objicerent, clitellas illigatas oneribus, velut struentes [i] ad altitudinem solitam, circumdabant; cumulo sarcinarum omnis generis objecto, ubi ad moliendum clitellæ defuerant. Punici exercitus postquam advenere, in tumulum quidem perfacile agmen erexere; munitionis vero facies nova primo eos velut miraculo quodam tenuit, cum duces undique vociferarentur, 'Quid starent? et non ludibrium illud, vix fœminis puerisve morandis satis validum, distraherent diriperentque? Captum hostem teneri, latentem post sarcinas.' Hæc contemtim duces increpabant. Ceterum, neque transilire, neque moliri onera objecta, nec cædere stipatas clitellas ipsisque obrutas sarcinis, facile erat. Tardatis diu cum amolita [9] objecta onera [k] armatis dedissent viam, pluribusque idem partibus fieret, capta jam undique castra erant: panci ab multis, perculsique a victoribus, passim cædebantur. Magna pars tamen militum, cum in propinquas refugisset sylvas, in castra P. Scipionis, quibus T. Fonteius legatus præerat, perfugerunt. Cn. Scipionem alii in tumulo primo impetu hostium cæsum tradunt: alii cum paucis in propinquam castris turrim perfugisse: hanc igni circumdatam: atque ita exustis foribus, quas nulla moliri potuerunt vi, captam; omnesque intus cum ipso imperatore occisos.

ferme quicquam Edd. ante Gronov.—7 Al. *abcisum*.—8 In nonnullis libb. Mss. *subnixa*, vel *subnexa*, pro *subvexa* apparet.—9. 'Amoliti optimi Mss. et quæ-

NOTÆ

[h] *Nec natura quicquam satis arduum*] Sic optime Gron. ex uno Pet. Ceteri scripti, *nec futura quicquam satis arduum*.

[i] *Velut struentes*] Supple *vallum*, cujus paulo ante meminit: quodque clitellis jumentorum et sarcinis imitari conabantur Romani.

[k] *Cum amolita objecta onera*] In scriptis fere, *amoliti objecta onera*, duces, an milites parum interest. Sed et passiva significatione aliquando accipitur verbum *amoliri*, aut certe participia ex eo derivata, ut apud Quintil. lib. III. cap. 13. 'Videndum etiam, an simul plura aggredienda, an amolienda singula.'

Anno octavo,[10] postquam in Hispaniam venerat, Cn. Scipio, undetrigesimo die post fratris mortem, est interfectus. Luctus ex morte eorum non Romæ major, quam per totam Hispaniam, fuit. Quin [11] apud cives partem doloris et exercitus amissi, et alienata provincia, et publica trahebat clades. Hispaniæ ipsos lugebant desiderabantque duces: Cnæum tamen magis, quo [12] diutius præfuerat iis, priorque et favorem occupaverat, et specimen justitiæ temperantiæque Romanæ primus dederat.[13]

37. Cum deletus exercitus amissæque Hispaniæ viderentur, vir unus res perditas restituit.[14] Erat in exercitu L. Marcius Septimi filius, eques Romanus, impiger juvenis, animique et ingenii aliquanto, quam pro fortuna, in qua erat natus, majoris. Ad summam indolem accesserat Cn. Scipionis disciplina: sub qua per tot annos omnes militiæ artes edoctus fuerat. Hic, et ex fuga collectis militibus, et quibusdam de præsidiis deductis, haud contemnendum exercitum fecerat, junxeratque cum T. Fonteio P. Scipionis legato. Sed tantum præstitit eques Romanus auctoritate inter milites atque honore, ut, castris citra Iberum communitis, cum ducem exercituum comitiis militaribus creari placuisset, subeuntes alii aliis in custodiam valli stationesque, donec per omnes suffragium iret, ad L. Marcium cuncti summam imperii detulerint. Omne inde tempus (exiguum id fuit) muniendis castris convehendisque commeatibus consumtum; et omnia imperia milites, cum impigre, tum haudquaquam abjecto animo, exequebantur. Ceterum postquam Hasdrubalem Gisgonis, venientem ad reliquias belli delendas, transisse Iberum et appropinquare allatum est, signumque pugnæ propositum ab novo duce milites viderunt; recordati, quos paulo ante imperatores habuissent, quibusque et ducibus et copiis freti prodire ad

---

dam edd.' *Rupert.*—10 'Al. *septimo*; rectius opinor. Cf. XXI. 32. Hinc et cap. 38. Sigon. legit, *invictos per VII. annos.*' Rupert.—11 *Quin* delendum, vel pro eo *Cum* rescribendum esse Dukerus judicat.—12 *Quod* Edd. ante Gronov.—13 'Put. *diderat*: quasi vellet *ediderat.*' J. F. Gronov.

14 'Vet. lib. *vir unus has restituit*, ut ad Hispanias referatur.' *Sigon.*—

pugnam[15] soliti essent, flere omnes repente et offensare capita; et alii manus ad cœlum tendere, Deos incusantes; alii, strati humi, suum quisque nominatim ducem implorare: neque sedari lamentatio poterat, excitantibus centurionibus manipulares, et ipso mulcente[16] et increpante Marcio,[m] 'quid in muliebres et inutiles se projecissent fletus potius, quam ad tutandos semet ipsos et rem publicam secum acuerent animos? et ne inultos imperatores suos jacere sinerent:' cum subito clamor tubarumque sonus (jam enim prope vallum hostes erant) exauditur. Inde, verso repente in iram luctu, discurrere[17] ad arma, ac, velut accensi rabie, discurrunt ad portas,[n] et in hostem, negligenter atque incomposite venientem, incurrunt. Extemplo improvisa res pavorem incutit Pœnis; mirabundique,[18] unde tot hostes tam subito exorti prope deleto exercitu forent, unde tanta audacia, tanta fiducia sui victis ac fugatis, quis imperator duobus Scipionibus cæsis extitisset, quis castris præesset, quis signum dedisset pugnæ; ad

15 'Sic Aldina et Gallici, quantum memini, præter Put. At vero tres Pall. Andreasque et ejus sequaces, *prodire in campum ad pugnam*. Put. *prodire in panam*. Posses conjicere, *in Pœnum*.' J. F. Gronov.—16 *Mulcente* et *mulctante* Mss. *minitante* Edd. ante Gronov.—17 *Discurrere* abest a Ms. Gud. recte, judice Jac. Gronov. mox *concurrunt ad portas* malit J. F. Gronov.—18 'Copula postulat suppleri *requirebant* vel simile verbum; nisi leg. *mirabundis*; Dnk. *mirabundique* jungi potest cum seqq. *referunt pedem*. Sed et ipse malim legere *mirabundis*, et post verba *dedisset pugnæ* στιγμὴν τελείαν ponere.'

NOTÆ

[l] *Prodire ad pugnam*] Put. *prodire in panam*: unde non insubtiliter Gronovius, *prodire in Pœnum*.

[m] *Ipso mulcente et increpante Marcio*] Vulgo *et ipso minitante*. Sed non id minarum tempus, optime Gronov. observat. Alii manuscripti, *mulctante*; alii *mulcente*, aut etiam *mulcante*; ex quo Gronovio placet fieri *inculcante*, id est, frequenter admonente: illud tamen melius, quod et Sigonius probant et Rubenius. Sic Virg. I. Æn. 'et dictis mœrentia pectora mulcet:' atque in eandem sententiam Justinus lib. XII. 'ille nunc castigare milites, nunc lenibus verbis monere.' Sic itaque partim milites mulcebat, partim increpabat Marcius.

[n] *Discurrunt ad portas*] Displicet Gronovio *discurrendi* verbum e proximo repetitum: suspicatur legendum *concurrunt ad portas*, nempe castrorum. Sed Noster vocabuli ejusdem iterationes non ita anxie vitat, ut vel mox 'receptui dedisset signum, obsistensque ad prima signa:' et statim 'in castra abeunt. Par negligentia in castris custodiendis.'

hæc tot tam necopinata,[19] primo omnium incerti stupentesque referunt pedem; dein, valida impressione pulsi, terga vertunt. Et aut fugientium cædes fœda fuisset, aut temerarius[20] periculosusque sequentium impetus, ni Marcius propere receptui dedisset signum, obsistensque ad prima signa, quosdam et ipse retinens, concitatam repressisset aciem. Inde in castra avidos adhuc cædisque et sanguinis reduxit. Carthaginienses, trepide primo ab hostium vallo acti, postquam neminem insequi viderunt, metu substitisse rati, contemtim rursus et sedato gradu in castra abeunt. Par negligentia in castris custodiendis fuit. Nam, etsi propinquus hostis erat, tamen reliquias eum esse duorum exercituum ante paucos dies deletorum succurrebat.[a] Ob hoc cum omnia neglecta apud hostes essent, exploratis iis, Marcius ad consilium, prima specie temerarium magis, quam audax, animum adjecit, ut ultro castra hostium oppugnaret: facilius[1] esse ratus, unius Hasdrubalis expugnari castra, quam, si se rursus tres exercitus ac tres duces junxissent, sua defendi: simul aut, si successisset cœptis, recepturum[2] se afflictas res; aut, si pulsus esset, tamen ultro inferendo arma, contemtum sui demturum.

38. Ne tamen subita res et nocturnus terror[3] etiam non suæ fortunæ consilium perturbaret,[a] alloquendos adhortandosque sibi milites ratus, concione advocata ita disseruit: 'Vel mea erga imperatores nostros vivos mortuosque pietas, vel præsens omnium nostrum, milites, fortuna fidem

[a] *Animo occurrebat, veniebat in mentem.*

Rupert.—19 Al. *jam necopinata.*—20 Put. Petaviani, Men. duo Pall. Voss. *aut temerabilis.*—1 *Simul facilius* Edd. ab Ascens. ad Drak.—2 'Forte leg. *erecturum* cum Periz. aut potius *refecturum* cum Duk. et Drak.' *Rupert. Refecturum* probat etiam Stroth.

NOTÆ

[a] *Et nocturnus terror etiam non suæ fortunæ consilium perturbaret*] Ita veteres, et in his Reg. et Colb. ut sit, ne et subita res, et terror etiam nocturnus, perturbaret consilium præsenti fortunæ parum conveniens; vel turbaret consilium, quod etiam ipsum per se non erat fortunæ præsentis. Vul. *et terror, etiamnum suæ fortunæ.*

cuivis facere potest, mihi hoc imperium, ut amplum judicio vestro, ita re ipsa grave ac solicitum esse. Quo enim tempore, nisi metus mœrorem obstupefaceret, vix ita compos mei essem, ut aliqua solatia invenire ægro animo possem; cogor vestram omnium vicem (quod difficillimum in luctu est) unus consulere:[p 4] et ne tum quidem, ubi, quonam modo has reliquias duorum exercituum patriæ conservare possim, cogitandum est, avertere animum ab assiduo mœrore libet.[5 p] Præsto est enim acerba memoria, et Scipiones me ambo dies noctesque curis insomniisque agitant et excitant sæpe somno; neu se, neu invictos per octo annos in his terris milites suos, commilitones vestros, neu rem publicam patiar inultam, et suam disciplinam suaque instituta sequi jubent; et, ut imperiis[6] vivorum nemo obedientior me uno fuerit, ita post mortem suam, quod quaque in re facturos illos fuisse maxime censeam, id optimum ducere. Vos quoque velim, milites, non lamentis lacrymisque tanquam extinctos prosequi, (vivunt vigentque[7] fama rerum gestarum,) sed, quotiescumque occurret memoria illorum, velut si adhortantes signumque dantes videatis eos, ita prælia inire. Nec alia profecto species, hesterno die oculis animisque vestris oblata, memorabile illud edidit prælium; quo documentum dedistis hostibus, non cum Scipionibus extinctum esse nomen Romanum, et, cujus populi vis atque virtus non obruta sit Cannensi clade, ex omni profecto sævitia fortunæ emersuram esse.[8] Nunc, quia tantum ausi estis sponte vestra, experiri libet, quan-

p *Necesse est ut solus loco omnium vestrum prospiciam rebus nostris.*

3 Al. *nocturnus error.* Vid. Not. Var.—4 ' *Consolari* Edd. plurimi ante Gron. quod ex his quibus utor primum in Venet. 1501. invenio, sed puto jam ita editum fuisse in Venet. 1491. *consulere* h. l. absolute positum est, pro deliberare, consilium capere.' *Stroth.*—5 Malit J. F. Gronov. *licet*, probb. Doering. et Rupert.—6 Vid. Not. Var.—7 Al. *vivunt enim vigentque.*—8 ' *Emersurum* Tarvis. et all. vett. certe vulgata lectione nonnihil offendor, magisque Livianum videtur, addito pronomine: *eam ex omni p. sævitia f. emersuram esse.*

NOTÆ

p *Libet*] Suadent sequentia scribendum *licet*, ut Gronov. vult, quamvis repugnantibus libris.

tum audeatis duce vestro auctore. Non enim hesterno die, cum signum receptui dedi sequentibus effuse vobis turbatum hostem, frangere audaciam vestram, sed differre in majorem gloriam atque opportunitatem, volui; ut postmodo præparati incautos, armati inermes, atque etiam sopitos, per occasionem aggredi possetis. Nec hujus occasionis spem, milites, forte temere, sed ex re ipsa conceptam habeo. A vobis quoque profecto si quis quærat, quonam modo pauci a multis, victi a victoribus castra tutati sitis; nihil aliud respondeatis, quam id ipsum timentes vos omnia et operibus firmata habuisse, et ipsos paratos[q] instructosque fuisse. Et ita se res habet: ad id, quod, ne timeatur, fortuna facit, minime tuti sunt homines;[9] quia, quod neglexeris, incautum atque apertum habeas.[q] Nihil omnium nunc minus metuunt hostes, quam ne obsessi modo ipsi atque oppugnati castra sua ultro oppugnemus. Audeamus, quod credi non potest ausuros nos. Eo ipso, quod difficillimum videtur, facillimum [10] erit.[r] Tertia vigilia noctis silenti agmine ducam vos. Exploratum habeo, non vigiliarum ordinem, non stationes justas esse. Clamor in portis auditus et primus impetus castra ceperit. Tum inter torpidos somno paventesque ad necopinatum tumultum, et inermes in cubilibus suis oppressos, illa cædes edatur, a qua vos hesterno die revocatos ægre ferebatis. Scio, audax videri consilium: sed in rebus asperis et tenui spe fortissima [11] quæque consilia tutissima sunt; quia, si in occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paulum fueris, nequicquam mox omissam quæras.[12 s]

[q] *Mortales parum providi et sic parum securi sunt adversus ea quorum metum fortuna ipsorum præsens avertit: quoniam cavere ac tegere nemo solet, quod contemnit.*

Mox Edd. post principp. ad Drak. *qui* pro *quia*.' Stroth.—9 Vet. lib. ap. Sigon. *m. cauti s. h.*—10 Mss. optimi *facilius*, probb. J. F. Gronov. et Stroth.—11 *Et tenuibus fortissima* Edd. ante Grut.—12 *Amissam quæras* Gronov. Doujat.

NOTÆ

[q] *Et ipsos paratos*] Vos nempe ipsos.

[r] *Facillimum erit*] Alii *facilius*.

[s] *Omissam* [*amissam*] *quæras*] Ita forte melius ex Sigoniano et Putean, quam ut vulgo *amissam queraris*.

Unus exercitus in propinquo est: duo haud procul absunt. Nunc aggredientibus spes aliqua est:[13 t] et jam tentastis vestras atque illorum vires. Si diem proferimus, et hesternæ eruptionis fama contemni[14] desierimus;[u] periculum est, ne omnes duces, omnes[15] copiæ conveniant. Tres deinde duces, tres exercitus sustinebimus hostium, quos Cn. Scipio incolumi exercitu non sustinuit? Ut dividendo copias periere duces nostri, ita separati ac divisi opprimi possunt hostes. Alia belli gerendi via nulla est. Proinde nihil, præter noctis proximæ opportunitatem, expectemus. Ite, Deis bene juvantibus, corpora curate, ut integri vigentesque eodem animo in castra hostium irrumpatis, quo vestra tutati estis.' Læti et audiere ab novo duce novum consilium, et, quo audacius erat, magis placebat. Reliquum diei expediendis armis et curatione corporum consumtum: et major pars noctis quieti data est. Quarta vigilia movere.

39. Erant ultra proxima castra sex millium intervallo distantes aliæ copiæ Pœnorum. Vallis cava intererat, condensa arboribus. In hujus sylvæ medio ferme spatio[16 x] cohors Romana arte Punica abditur et equites. Ita medio itinere intercepto,[17] ceteræ copiæ silenti agmine ad

Crevier. Olim legebatur *amissam queraris.*—13 *Nunc aggredientibus par aliqua opportunitas est* Edd. ante Gronov.—14 *Contenti* Edd. ante Gronov.—15 *Omnesque* Edd. ante Crevier.

16 *Stadio* Edd. ante Gronov. et omnes fere Mss.—17 ' *Ita medio itinere*

NOTÆ

[t] *Aggredientibus spes aliqua*] Ita Gronov. ex Palat. calamo exarato: alii *per*, vel *par aliqua est*. Editi habent *par aliqua opportunitas est:* sed nomen *opportunitas*, nec habent scripti, et ex superioribus supplere licet.

[u] *Hesternæ eruptionis fama contemni desierimus*] Hæc melior lectio ex melioribus codicibus, quam quod vulgo in editis, *eruptionis fama contenti desierimus*. Quamvis enim *desinere* accipiatur aliquando pro, cessare: attamen aptior videtur sententia erui ex illis verbis *contemni desierimus*. Vult enim ex contemtu ipsorum oriri hostium negligentiam: et si emanaverit fama egregie et feliciter navatæ operæ in eruptione, futurum ut, contemtu cessante, hostes rebus suis magis invigilent, omnesque copias conjungant.

[x] *Medio ferme spatio*] Plures libri, in his Regiorum unus, cum editis, *stadio*. Alii aliter. Sed quanquam vulgata illa lectio tolerari forte posset, indubia mihi fere videtur correctio Gronovii jubentis scribi, *medio ferme spatio*.

proximos hostes ductæ; et, cum statio nulla pro portis, neque in vallo custodiæ essent, velut in sua castra, nullo usquam obsistente, penetravere. Inde signa canunt, et tollitur clamor. Pars semisomnos[18] hostes cædunt: pars ignes casis, stramento[19] arido tectis,[y] injiciunt: pars portas occupant, ut fugam intercludant. Hostes simul ignis, clamor, cædes, velut alienatos sensibus, nec audire, nec providere quicquam sinunt. Incidunt inermes inter catervas armatorum: alii ruunt ad portas, alii obseptis itineribus super vallum saliunt; et, ut quisque evaserat, protenus ad castra altera fugiunt: ubi ab cohorte et equitibus ex occulto procurrentibus[20] circumventi cæsique ad unum omnes sunt: quanquam, etiam si quis ex ea cæde effugisset, adeo raptim captis[1] propioribus castris in altera transcursum castra ab Romanis est, ut prævenire nuntius cladis non posset. Ibi vero, quo longius ab hoste aberant, et quia sub lucem pabulatum,[2] lignatum, et prædatum quidam dilapsi fuerant, neglecta magis omnia ac soluta invenere: arma tantum in stationibus posita: milites inermes, aut humi sedentes accubantesque, aut obambulantes ante vallum portasque. Cum his tam securis solutisque Romani, calentes adhuc ab recenti pugna, ferocesque victoria, prælium ineunt. Itaque nequaquam resisti in portis potuit. Intra portas, concursu ex totis castris ad primum clamorem et tumultum[3] facto, atrox prælium oritur; diuque te-

---

interecpto, hostibus prærepto et intercluso, vel interrupto, impedito, ut IX. 43. XXIX. 9. ap. Curt. IV. 2. 9. nisi malis cum Oudend. ad Front. I. 5. 11. legere *intersepto*, ut VI. 9. VIII. 25. XXIV. 23. et aliis locis, quæ laudavit Duk.' *Rupert.*—18 Al. *semisopitos.*—19 *Pars ignis escas stramenta* Edd. ante Gronov. et plurimi Mss.—20 *Proruentibus* Edd. ante Gronov.—1 ' Perplacet conjectura J. F. Gronovii, *raptim a captis.*' Doering.—2 ' *Sub luce publica pabulatum* Edd. vett. ante Ascens. *sub luce pura pab.* rell. ante Ald. *sub lucum* Drak. operarum errore, quem Cl. Ernestius servavit, annotato *lucem*, pro varia Gron. et Crev. lectione.' *Stroth.*—3 *Ex tumultu* Edd. plerique ante Gronov.

NOTÆ

y *Pars ignes casis, stramento arido tectis*] Verisimilis hæc Lipsii emendatio ex Put. nihil tamen absurdi habet vulgaris lectio, *pars ignis escas stramenta arida tectis injiciunt*: vel, ut Reg. et Colb. *stramento arido*. Tecta enim per se casas sive tuguria militum satis designant, quæ nostris *huttes* vocantur: nec Latinis tritum admodum hac in re casarum nomen.

nuisset, ni cruenta scuta Romanorum visa, indicium alterius cladis Pœnis, atque inde pavorem injecissent. Hic terror in fugam avertit[4] omnes; effusique, qua iter est, nisi quos cædes oppressit, exuuntur castris. Ita nocte ac die[5] bina castra hostium expugnata ductu L. Marcii. Ad triginta septem millia hostium cæsa, auctor est Claudius, qui annales Acilianos[a] ex Græco in Latinum sermonem vertit:[6] captos ad mille octingentos triginta: prædam ingentem partam. In ea fuisse clypeum argenteum pondo centum triginta octo,[a] cum imagine Barcini Hasdrubalis. Valerius Antias una castra Magonis capta tradit, septem millia cæsa hostium:[7] altero prælio, eruptione pugnatum cum Hasdrubale: decem millia occisa, quatuor millia trecentos triginta captos. Piso quinque millia hominum, cum Mago cedentes nostros effuse sequeretur, cæsa ex insidiis scribit. Apud omnes magnum nomen Marcii ducis est. Et veræ gloriæ ejus etiam miracula addunt: flammam ei concionanti fusam e capite,[b] sine ipsius sensu, cum magno pavore circumstantium militum. Monumentumque victoriæ ejus de Pœnis, usque ad incensum Capitolium, fuisse in templo clypeum, Marcium appellatum, cum imagine Hasdrubalis. Quietæ deinde aliquamdiu in Hispania res fuere, utrisque, post tantas acceptas in vicem illatasque clades, cunctantibus periculum summæ rerum facere.

40. Dum hæc in Hispania geruntur, Marcellus captis

—4 Al. *Hinc* et *vertit*.—5 *Ita nocte et die*. Vet. lib. *Atque ita nocte et die*. Sigon.—6 Vet. lib. apud eundem, *ex Græco sermone vertit*.—7 Vet. lib. apud eund. *septem millia ferme cæsa hostium*.

NOTÆ

[a] *Annales Acilianos*] Q. Claudius Quadrigarius, cujus nunc 'Annales' nunc 'Historiæ,' nunc 'Romanorum libri' citantur a Gellio, aliisque Veterum; an idem sit qui annales Caii Acilii, Plutarcho etiam memoratos in Romulo, Latine transtulit, an vero ab eo diversus, ambigitur.

[a] *Pondo centum triginta octo*] Qui scilicet libras 138. Romanas pendebat, argenti ejus pretium nunc esset librar. Francicarum ferme 4968.

[b] *Flammam ei concionanti fusam e capite*] Marcii effigies, flammas e capite velut cornua quædam fundentis, in nummis conspicitur. Vide in hanc rem quæ de Servio Tullio lib. I. c. 39. Simile quid de Salvidieno tempore Augusti narrat Dio Cassius l. XLVIII. c. 24.

Syracusis, cum cetera in Sicilia tanta fide atque integritate composuisset, ut non modo suam gloriam, sed etiam majestatem populi Romani, augeret, ornamenta urbis, signa, tabulasque, quibus abundabant Syracusæ, Romam devexit. Hostium quidem illa spolia et parta belli jure: ceterum inde primum initium mirandi Græcarum artium opera,[c] licentiæque huic[8] sacra profanaque omnia vulgo spoliandi factum est: quæ postremo in Romanos Deos, templum id ipsum primum, quod a Marcello eximie ornatum est, vertit. Visebantur[9] enim ab externis ad portam Capenam dedicata a Marcello templa, propter excellentia ejus generis ornamenta, quorum perexigua pars comparet. Legationes omnium ferme civitatium Siciliæ ad eum conveniebant. Dispar ut causa earum, ita conditio erat. Qui ante captas Syracusas aut non desciverant, aut redierant in amicitiam, ut socii fideles accepti cultique; quos metus post captas Syracusas dediderat, ut victi a victore leges acceperunt. Erant tamen haud parvæ reliquiæ belli circa Agrigentum Romanis; Epicydes et Hanno duces reliqui prioris belli, et tertius novus ab Hannibale in locum Hip-

8 *Hinc* Edd. ante Gronov.—9 *Videbantur* Grut.—10 'In primis Edd. legi *Hippocinatis* et *Hipponatis*, in Put. et Cantabr. *Hippacinates*, in aliis Mss.

NOTÆ

L. MARCIUS.

[c] *Mirandi Græcarum artium opera*] Eleganter eam in rem Velleius Paterculus lib. 1. ubi de L. Mummio, Corinthi expugnatore, ejusmodi artium rudi, non dubitandum ait, 'quin magis pro republica fuerit manere adhuc rudem Corinthiorum intellectum, quam in tantum ea intelligi;' et 'quin hac prudentia illa imprudentia decori publico fuerit convenientior:' quod ait *hac prudentia* respondet ei quod hic Livius ait *licentiæque huic*, quod scriptum in uno e Colbertinis: id est, licentiæ hujus temporis, quo scilicet scriptor vivebat: ceterum editi et scriptorum plerique habent, *licentiæque hinc sacra prophanaque vulgo spoliandi*: in quibus nihil vitii.

pocratis missus, Libyphœnicum generis[d] Hipponiates,[10 e] (Mutinem populares vocabant,) vir impiger et sub Hannibale magistro omnes belli artes edoctus. Huic ab Epicyde et Hannone Numidæ dati auxiliares: cum quibus ita pervagatus est hostium agros, ita socios, ad retinendos in fide animos eorum, ferendumque[11] in tempore cuique auxilium,[f] adiit, ut brevi tempore totam Siciliam impleret nominis sui, nec spes alia major apud faventes rebus Carthaginiensium esset. Itaque inclusi ad tempus mœnibus Agrigenti dux Pœnus Syracusanusque,[g] non consilio Mutinis,[h] quam fiducia, magis ausi egredi extra muros, ad Himeram amnem[i] posuerunt castra. Quod ubi perlatum ad Marcellum est; extemplo copias movit, et ab hoste quatuor ferme millium intervallo consedit, quid agerent pararentve expectaturus. Sed nullum neque locum, neque tempus cunctationi consiliove dedit Mutines, transgressus amnem ac stationibus hostium cum ingenti terrore ac tumultu in-

Hippacinantis, *Hippaciates*, et similia. Hinc emend. *Hippacrites*.' Rupert.— 11 ' Optimi Mss. *ferendoque*, et quidam *ferendosque*. Illud recepit Drak. Sed tum τὸ *que* delendum. Mox τὸ *tempore* male repetitur et glossatori de-

NOTÆ

[d] *Libyphœnicum generis*] Africani erant populi, inde dicti, quod mixti essent ex indigenis Africæ seu Libyæ populis, et Pœnis advenis ex Phœnicia. Hi inter Bagradam fluvium et Syrtim minorem positi ex Ptolemæo, Byzacium incolebant, regionem fertilitatis eximiæ, ubi Leptis, Adrumetum, &c.

[e] *Hipponiates*] Oriundus nempe ex Africæ urbe Hippone. Sed duæ fuere ejus nominis urbes in Africa, Hippo regius, qui proprie in Numidia, hodie *Bona*, in regno Constantinæ, ditionis Algerianæ: et Hippo Diarrhytos, Græce cognominatus, Latinis Dilutus, propter aquarum irrigua, in Zeugitana sive Africa proprie dicta: unde sinus Hipponensis, nunc *Rasumilara* in regno Tunetano: quæ, ni fallor, Mutinis illius Libyphœnicis patria.

[f] *Ferendumque in tempore cuique auxilium*] In optimis est *ferendoque*; recte, modo particulam conjunctivam *que* deleveris, ut sit, *ferendo in tempore cuique auxilium*, aut *ferendo .... auxilio*.

[g] *Dux Pœnus Syracusanusque*] Pœnus Hanno, Syracusanus Epicydes.

[h] *Non consilio Mutinis*] Alias *non tam Mutinis consilio, quam fiducia*, nimirum fiducia quam in Mutine habebant: qua lectione non variatur sententia.

[i] *Ad Himeram amnem*] Cum duo sint in Sicilia fluvii ejus nominis, dubium non est quin de illo accipiendus Auctor hoc loco sit, qui in meridiem fluens decidit in mare Africum ad ortum Agrigenti. Vide notas lib. XXIV. cap. 6.

vectus. Postero die prope justo prælio compulit hostem intra munimenta. Inde revocatus seditione Numidarum in castris facta, cum trecenti ferme eorum Heracleam Minoam concessissent, ad mitigandos revocandosque eos profectus, magnopere monuisse duces dicitur, ne absente se cum hoste manus consererent. Id ambo ægre passi duces, magis Hanno, jam ante anxius gloria ejus: 'Mutinem sibi modum facere,[r] degenerem Afrum[k] imperatori Carthaginiensi, misso ab senatu populoque.' Is perpulit cunctantem Epicyden, ut, transgressi flumen, in aciem exirent. Nam si Mutinem opperirentur, et secunda pugnæ[12] fortuna evenisset, haud dubie Mutinis gloriam fore.

41. Enimvero indignum ratus Marcellus, se, qui Hannibalem subnisum[13] victoria Cannensi ab Nola repulisset, his terra marique victis ab se hostibus cedere,[s] arma propere capere milites et efferri signa jubet. Instruenti exercitum[14] decem effusis equis advolant ex hostium acie Numidæ, nuntiantes, populares suos, primum ea seditione motos, qua trecenti ex numero suo concesserint Heracleam, dein quod præfectum suum ab obtrectantibus ducibus gloriæ ejus, sub ipsam certaminis diem, ablegatum videant, quieturos in pugna. Gens fallax[l] promissi fidem præstitit. Itaque et Romanis crevit animus, nuntio celeri per ordines[15] misso,[m] destitutum ab equite hostem esse, quem maxime

[r] *Mutinem ipsis moderari, et quasi leges dare, qua ratione et quatenus bellum gererent.*

[s] *Marcellus existimans dignitati ac decori suo nullatenus convenire se, cum Hannibalem post Cannensem victoriam repulisset a Nolæ mœnibus, cedere Hannoni et Epicydæ, quos sæpius terra et mari superaverat.*

---

betur.' *Rupert.* *Ferendoque* dant Stroth. et Kreyssigius.—12 Mss. plerique *secundæ pugnæ.*

13 Al. *subnixum.*—14 *Ad instruentem ex.* Edd. ante Gronov.—15 *Per ordi-*

NOTÆ

[k] *Degenerem Afrum*] Nec mere Afer, nec mere Pœnus Mutines, sed utroque genere mixtus, hibris, Gall. un *métis.*

[l] *Gens fallax, &c.*] Promissorum minime tenacem, sive fraudulentam in promissis gentem Numidarum significat.

[m] *Per ordines* [*ordinem*] *misso*] Legunt Tan. Faber et Gronov. *per ordines misso;* sed tam exarati manu quam typis expressi habent, *per ordinem misso*, potestque intelligi nuntius ad omnes copias missus ordinatim.

timuerant:[n] et territi hostes, præterquam quod maxima parte virium suarum non juvabantur, timore etiam incusso, ne ab suo et ipsi equite oppugnarentur. Itaque haud magni certaminis fuit.[16o] Primus clamor atque impetus rem decrevit. Numidæ, cum in concursu quieti stetissent in cornibus, ut terga dantes suos viderunt, fugæ tantum parumper comites facti, postquam omnes Agrigentum trepido agmine petentes viderunt, ipsi metu obsidionis passim in civitates proximas dilapsi. Multa millia hominum cæsa captaque et octo elephanti. Hæc ultima in Sicilia Marcelli pugna fuit. Victor inde Syracusas rediit. Jam ferme in exitu annus erat. Itaque senatus Romæ decrevit, ut P. Cornelius prætor literas Capuam ad consules mitteret: dum Hannibal procul abesset, nec ulla magni discriminis res ad Capuam gereretur, alter eorum, si ita videretur, ad magistratus subrogandos Romam veniret. Literis acceptis, inter se consules compararunt, ut Claudius comitia perficeret, Fulvius ad Capuam maneret. Consules Claudius creavit Cn. Fulvium Centumalum[17] et P. Sulpicium Servii filium Galbam, qui nullum antea curulem magistratum gessisset. Prætores deinde creati, L. Cornelius Lentulus, M. Cornelius Cethegus, C. Sulpicius, C. Calpurnius Piso. Pisoni juris dictio urbana, Sulpicio Sicilia,[p] Cethego Apu-

---

nem Mss. et Edd. ante Drak.—16 *Haud magna vis certaminis fuit* Edd. ante Gronov.—17 Al. *Centimalam*.—18 Vid. inf. et Not. Var.

NOTÆ

[n] *Quem maxime timuerant*] Equitem nempe, sive equitatum Numidicum.

[o] *Haud magni* [*magna vis*] *certaminis fuit*] Placet magis Gronovio, *haud magni certaminis fuit*: quod et in Colbert. altero extat: placeret et mihi, si additum alicubi reperiretur nomen *res*, quod ille ex proxime sequenti periodo revocat.

[p] *Pisoni juris dictio urbana, Sulpicio Sicilia*] Livii verba mutila aut corrupta ubique. Sigonius legit, *Sulpicio Apulia, Cethego Sicilia*, quod M. Cornelii Siciliæ prætoris mentio fiat lib. proxime sequenti cap. 21. et 28. ita ut appareat ei Siciliam non Apuliam obtigisse. Neque audiendum ait Glareanus qui putat ibi P. Cornelium intelligendum, qui in Sicilia proprætore erat, non Cornelium Lentulum. Verum a Livio ibi non P. sed M. Cornelius memoratur: notatque Sigonius, quod alibi a nobis quoque observatum, duas illis temporibus in Sicilia provincias fuisse: veterem, jamdiu Carthaginiensibus ereptam,

lia, Lentulo Sardinia evenit.[18] Consulibus prorogatum in annum imperium est.

NOTÆ

quam P. Cornelius in prætura sortitus, deinde hoc anno proprætore obtinebat: alteram, qua regnum Hieronis continebatur, et quam post M. Marcellum obtinuit hic M. Cornelius Cethegus prætor. Quia vero lib. sequenti cap. 1. dicitur C. Sulpicio Siciliam evenisse, hunc etiam locum idem Sigon. emendat, vultque legi *cui Apulia evenerat:* sed tamen in Sicilia prorogatum M. Marcello imperium dicitur ibidem. Pighius ita corrigendum censet hunc locum, *Pisoni jurisdictio urbana, peregrina Sulpicio, Sicilia Cethego, Lentulo Sardinia evenit.* Itaque M. quidem Cethego non Apuliam, sed Siciliam evenisse vult: Apuliam vero, teste ibid. Livio, non Sulpicio evenisse, aut alteri prætori, sed consulum hujus anni sortem fuisse. Verum non video cur de Sulpicio mutandum quicquam sit, cum diserte Livius lib, prox. cap. 1. non tantum ei Siciliam evenisse dicat; sed et decretas ei duas legiones, quas Pub. Cornelius habuerat, Cornelius nimirum Lentulus.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER XXVI.

BREVIARIUM.

Cap. 1. Dividuntur provinciæ et XXIII. legiones. 2. L. Marcius sumto proprætoris titulo offendit patres, et hi cum tribunis plebis agunt, ut ad plebem ferant, quem cum imperio mitti placeat in Hispaniam. Sed plebis animos occupat certamen, a C. Sempronio Blæso trib. pl. motum, qui Cn. Fulvio diem dicit ob exercitum in Apulia amissum. 3. Reus frustra ab se culpam in milites transfert, et perduellionis judicatus exulatum Tarquinios abit.

4. Capua acrius obsidetur, et equitatu quoque superior est Romana res, ex quo, auctore Q. Navio centurione, equitibus immiscentur pedites, vehentes post illos, signoque dato, equis perniciter desilientes. 5. Romanorum duces et Navius fortiter pugnant cum Campanis et Hannibale, qui iis auxilio venerat. 6. Tandem obsessi Pœnique fugantur: et ultimum hoc prælium ante deditionem Capuæ, hujusque ultimus est medixtuticus Seppius Lesius, homo obscurus, qui summum magistratum, ab omnibus spretum, ceperat. 7. Hannibal castra movere a Capua statuit Romamque petere, ut duces Romani ad defendendam hanc urbem ab oppugnanda illa abstrahantur. 8. Eodem cum electis militibus tendit Q. Fulvius Flaccus proconsul, SCto accitus, collegamque Appium Claudium ex vulnere ægrum in castris ad Capuam positis relinquit. 9. Iter utrinsque describitur, et ingens terror, quem nuntius Fregellanus Romam affert. 10. Fulvius Romam ingreditur, et Hannibal, stativis ad Anienem fluvium, tria millia passuum ab Urbe, positis, cum duobus equitum millibus mœnia situmque Romæ obequitans contemplatur: sed summovetur ab equitibus, a Fulvio immissis, multique tumultus, temere excitati, comprimuntur. 11. Acies Pœnorum Romanorumque bis instructæ tempestatibus dirimuntur. Quo omine aliisque causis motus Hannibal ad Tutiam fl. castra

refert, et templum Feroniæ omnibus spoliat donis. 12. Inde celeri cursu in Bruttium agrum contendit, et Fulvius redit Capuam: ubi principes domibus inclusi patriæ occasum in dies expectant, præfectique præsidii Punici, Bostar et Hanno, literas, aspere ad Hannibalem conscriptas, perferendas tradunt Numidis, qui specie quidem transfugarum in castra Romana veniunt, ut inde abeant tempore capto, sed a muliere Campana proditi comprehenduntur et mulcati virgis manibusque præcisis rediguntur Capuam. 13. Major jam senatus pars legatos de pace mittendos censet, nequicquam refragante Vibio Virrio, defectionis ab Romanis auctore, qui suadet, ut morte honesta ac leni cruciatus effugiant. 14. Senatores XXVII. cum Virrio epulantes exemplo ejus venenum hauriunt, et portæ aperiuntur hostibus. Tum reliqui comprehenduntur senatores, et XXV. Cales in custodiam, XXVIII. Teanum mittuntur. 15. De eorum supplicio Appius per literas senatum Rom. consulit: at Q. Fulvius illos virgis cædi securique percuti jubet, et sumto demum supplicio literas legit Roma allatas. Eandem mortem postulat Taurea Jubellius Campanus, eaque negata se gladio ipse transfigit. 16. Atella et Calatia in deditionem accipiuntur, et severe animadvertitur in Campanos maxime noxios: Capuam vero ipsam servari placet, et præfectum eo ad jura reddenda quotannis ab Roma mitti.

17. C. Nero cum electis militibus in Hispaniam mittitur, ubi exercitum ab T. Fonteio ac L. Marcio accipit, et Hasdrubalem claudit quidem saltu, sed dolo ejus captus emittit. 18. Comitia habentur proconsuli creando in Hispaniam, et, nemine nomen profiteri audente, imperium hoc petit, omnibusque suffragiis accipit P. Cornelius Scipio, Publii, qui in Hispania ceciderat, filius, XXIV. ferme annos natus. 19. Hic juvenis, qui virtutibus easque ostentandi arte mirabilis erat, et divinæ stirpis esse credebatur, in Hispaniam proficiscitur cum novo exercitu et M. Junio Silano prætore, qui adjutor ei ad res gerendas datus erat. 20. Tarraconem concedit, et civitates sociorum veterisque exercitus hyberna adit. Interea classis Punica, ex Sicilia Tarentum accita, claudit quidem omnes ad arcem a mari aditus, sed mox dimittitur, quia arctiorem sociis annonam facit quam hosti.

21. M. Marcellus, ex Sicilia reversus, triumphat in monte Albano et inde Urbem ovans init. Post ejus profectionem militum in provincia illa relictorum animi inclinant ad seditionem, et civitates aliquot deficiunt ad Pœnos et Numidas, qui duce Mutine sociorum Rom. agros urunt: sed res afflictas restituit M. Cornelius prætor. 22. In comitiis consularibus prærogativa centuria, quæ T. Otacilium et T. Manlium Torquatum declaraverat, hoc postulante redit in suffragium atque M. Claudium Marcellum et M. Valerium Lævinum consules dicit. 23. Prætoria habentur comitia: ludi Apollinares in perpetuum voventur: procurantur prodigia, et sacerdotibus demortuis novi sufficiuntur.

24. M. Valerius Lævinus cum Scopa et Dorimacho, principibus Ætolorum, facit fœdus, bellumque prospere movet adversus Philippum et Acarnanas. 25. Res a Philippo gestæ et conjuratio Acarnanum. 26. Lævinus Anticyram expugnat et diuturno ibi morbo implicitus serius spe omnium Ro-

mam venit: eo vero absente Marcellus collega nihil se de re publica aut provinciis actarum profitetur. 27. Incendium Romæ oritur conflatum a Campanis juvenibus, quorum parentes a Q. Fulvio securi erant percussi. Campanorum Siculorumque legati Romam veniunt questuri de Fulvii et Marcelli crudelitate. 28. Novis magistratibus provinciæ legionesque decernuntur. 29. Sicilia Marcello et Italia Lævino evenit; sed consules permutant provincias, moti querelis Siculorum. 30. Hi in senatu accusant Marcellum. 31. Is respondet. 32. Illi benigne ab hoc Patribusque appellantur et dimittuntur. 33. Campanorum oratio in senatu miserabilior duriorque causa. 34. Ob decreta senatus in familias singulas facta mœstiores aliquanto, quam Romam venere, discedunt. 35. Quoniam pecuniæ nihil est in ærario, privati ex censu ordinibusque remiges dare cum stipendio cibariisque jubentur; quod ægerrime ferunt homines: 36. sed Patrum exemplo incitati certatim aurum, argentum, et æs in publicum conferunt.

37. Pœnorum Romanorumque anceps spes ac metus, adversa secundis æquante fortuna. 38. Avaritia et crudelitate Hannibalis abalienantur ab eo sociorum animi; et Salapia cum præsidio Punico Marcello proditur a Blattio, Dasio nequicquam repugnante. 39. Classis Romana ab Rhegio profecta fugatur a Tarentina: ad Tarentum vero C. Persius, a M. Livio ex arce emissus, passim cædit hostes per agros palantes. 40. Lævinus Syracusis componit res, et plurima Siciliæ oppida in ditionem Rom. redigit, in his Agrigentum; traditum ei a Mutine, Numidarum duce, cui Hanno invidebat gloriam belli injuriamque intulerat.

41. In Hispania P. Scipio oratione accendit militum animos. 42. Tum copias trajicit Iberum, et Carthaginem Novam oppugnare statuit, urbem in tumulo ad sinum maris sitam. 43. Ejus potiundæ spem cohortando militibus facit. 44. 45. Romani, exemplo et hortatione ducis incitati, summa illam vi, sed frustra aggrediuntur terra. 46. At per stagnum sine certamine intratur, et mox tum ipsa, tum arx, a Magone dedita, capitur. 47. Victores præda ingenti omnis generis potiuntur. 48. Milites, prout cuique meritum virtusque fuit, donantur. 49. Scipio obsides civitatium Hispaniæ suis restituit, precibusque uxoris Mandonii motus curam fœminarum committit viro spectatæ integritatis. 50. Reddit sponsam Allucio, principi Celtiberorum, qui lætus domum dimissus mox cum delecta equitum manu revertit. 51. Copiæ ejus navales pedestresque exercentur, et captæ urbis muri reficiuntur, armamentaria autem, officinæ, et navalia strepunt apparatu belli. His ordinatis dispositisque præsidiis Scipio Tarraconem redit, quo legationibus sociisque edixerat conventum.

1. Cn. Fulvius Centumalus, P. Sulpicius Galba consules, cum idibus Martiis magistratum inissent,* senatu in Ca-

NOTÆ

* A. U. C. 542.

pitolium vocato, de re publica, de administratione belli, de provinciis exercitibusque Patres consuluerunt. Q. Fulvio, Ap. Claudio,[1] prioris anni consulibus, prorogatum imperium est, atque exercitus, quos habebant, decreti; adjectumque, ne a Capua, quam obsidebant, abscederent, prius quam expugnassent. Ea tum cura maxime intentos habebat Romanos; non ab ira[2] tantum, quæ in nullam unquam civitatem justior fuit, quam quod urbs tam nobilis ac potens, sicut defectione sua traxerat aliquot populos, ita recepta inclinatura rursus animos videbatur ad veteris imperii respectum.[a] Et prætoribus prioris anni, M. Junio in Etruria, P. Sempronio in Gallia, cum binis legionibus, quas habuerant, prorogatum est imperium. Prorogatum et M. Marcello, ut pro consule[3] in Sicilia reliqua[4] belli perficeret eo exercitu, quem haberet. Si supplemento opus esset, suppleret de legionibus, quibus P. Cornelius proprætor in Sicilia præesset; dum ne quem militem legeret ex eo numero,[b] quibus senatus missionem reditumque in patriam negasset ante belli finem. C. Sulpicio, cui Sicilia[5] evenerat, duæ legiones, quas P. Cornelius habuisset, decretæ, et supplementum de exercitu Cn. Fulvii, qui priore anno in Apulia fœde cæsus fugatusque erat.[c] Huic generi militum senatus eundem, quem Cannensibus, finem statuerat militiæ: additum etiam utrorumque ignominiæ est, ne in oppidis hybernarent, neve hyberna propius ullam urbem decem millibus passuum ædificarent. L. Cornelio in Sardinia duæ legiones datæ, quibus Q. Mucius præfuerat. Supplementum, si opus esset, consules scribere jussi. T. Otacilio et M. Valerio Sici-

[a] *Effectura esset ut respicerent, atque iterum optarent imperium Romanorum, jamdiu acceptum.*

1 Al. Q. *Fulvio et A. Claudio.*—2 'Vulgata lectio *ob iram* importata videtur ab iis, qui hujus locutionis usum ignorarent.' *Doering.*—3 Al. *proconsul.*

NOTÆ

[b] *Ex eo numero, &c.*] Eorum nempe qui prælio Cannensi fugerant.

[c] *In Apulia fœde cæsus fugatusque erat*] Cæsus fuerat ejus exercitus, ipse fusus fugatusque: nisi dicamus *cæsum* generaliter pro male habito seu victo sumi: nam ipsi dies eam ob rem dicta cap. sequenti.

liæ Græciæque ora cum legionibus classibusque, quibus præerant, decretæ.[6] Quinquaginta Græci cum legione una, centum Siculi cum duabus legionibus habebant naves. Tribus et viginti legionibus[7] Romanis eo anno bellum terra marique est gestum.

2. Principio ejus anni cum de literis L. Marcii referretur, res gestæ magnificæ senatui visæ: titulus honoris (quod, imperio non populi jussu, non ex auctoritate Patrum dato, 'Proprætor[8] senatui,' scripserat) magnam partem hominum offendebat. Rem mali exempli esse, imperatores legi ab exercitibus, et solenne auspicatorum comitiorum in castra et provincias, procul ab legibus magistratibusque, ad militarem temeritatem transferri.[b] Et, cum quidam referendum ad senatum censerent, melius visum differri eam consultationem, donec proficiscerentur equites, qui ab Marcio literas attulerant. Rescribi de frumento et vestimentis exercitus placuit: 'eam utramque rem curæ fore senatui.'[9] Ascribi autem, 'Proprætori L. Marcio,' non placuit; ne id ipsum, quod consultationi reliquerant, pro præjudicato ferret.[c][10] Dimissis equitibus, de nulla re prius consules retulerunt, omniumque in unum sententiæ congruebant, agendum cum tribunis plebis esse, primo quoque tempore ad plebem ferrent, quem cum imperio mitti placeret in Hispaniam ad eum exercitum, cui Cn. Scipio imperator præfuisset. Ea res cum tribunis acta promulgataque est.[d] Sed aliud certamen occupaverat animos. C. Sempronius Blæ-

[b] *Institutum solenne quo auspicato habebantur legitima comitia in urbe a magistratibus: id ægre ferebant traduci longe in provincias remotas, et in castra, ubi nec leges vigent, nec magistratus sunt, ut ibi a militibus temere ac per nimiam audaciam imperium deferretur.*

[c] *Ne Q. Marcius obtineret velut præjudicio senatus illud ipsum quod senatus deliberationi suæ reservaverat.*

—4 *Reliquias* Edd. ante Drak.—5 Sigonius vult *Apulia*.—6 'Forte leg. *oræ*, aut potius *ora cum legionibus* cet. dictum pro oræ et legiones classesque: *decreta* reposuit Glarean.' *Rupert.*—7 Mss. et Edd. ante Ald. *XXXIII. leg.*
8 Vet. lib. apud Sigon. *pro prætore*.—9 Olim legebatur *utramque rem eam*

NOTÆ

[d] *Promulgataque est*] Id quidem dum lata lex ea de re. publice propositum fuerat, sed non-

sus [11] die dicta Cn. Fulvium, ob exercitum in Apulia amissum, in concionibus vexabat: 'multos imperatores [e] temeritate atque inscientia [12] exercitum in locum præcipitem perduxisse' dictitans: 'neminem, præter Cn. Fulvium, ante corrupisse omnibus vitiis legiones suas, quam proderet. Itaque vere dici posse, prius eos perisse, quam viderent hostem; nec ab Hannibale, sed ab imperatore suo, victos esse. Neminem, cum suffragium ineat, satis cernere, cui imperium, cui exercitum permittat. Quid interfuisse inter Ti. Sempronium? [13 f] Cum ei servorum exercitus datus esset, brevi effecisse disciplina atque imperio, ut nemo eorum generis ac sanguinis sui memor in acie esset, præsidio sociis, hostibus terrori essent. Cumas, Beneventum,[g] aliasque urbes eos velut e faucibus Hannibalis ereptas populo Romano restituisse.[14] Cn. Fulvium Quiritium Romanorum exercitum, honeste genitos, liberaliter educatos, servilibus vitiis imbuisse. Ergo effecisse, ut feroces et inquieti inter socios, ignavi et imbelles inter hostes essent, nec impetum modo Pœnorum, sed ne clamorem quidem sustinere possent. Nec Hercule mirum esse, milites in acie non stetisse,[15 h] cum primus omnium imperator fu-

curæ fore.—10 Al. *ferrent.*—11 *Blesus* al.—12 *Multa imperatorem temeritate atque inscitia* al. Quidam *imperatoris.* Put. *multo imperatores.*—13 'Sunt qui malint scribi vel, *Quid interfuisse inter hunc et T. Sempr.* vel, *Quid interfuisse hunc et T. Sempr.* vel, *Quid interfuisse inter hunc et inter T. Sempr.* Sed ellipsin *inter hunc* non respuit fortasse loquendi usus et brevitas.' *Doering.*—

NOTÆ

[e] *Multos imperatores*] Hanc lectionem exigere videntur sequentia, ut comparatio instituatur inter Cn. Fulvii et aliorum ducum culpam. Eam Gron. eruit ex Puteano meliore, ubi *multo imperatores*, cum vulgo legeretur *multa imperatorem temeritate atque inscitia*, et in scriptis plerisque esset *multa imperatoris temeritate atque inscientia.*

[f] *Quid interfuisse inter Ti. Sempronium*] Hic ellipsin notandam monet Sigon. subintelligendum enim est inter Cn. Fulvium et Cn. Sempronium. Sed nihil deerit, si scripturam unius e Palatinis codicibus sequamur, qui teste Gronovio habet, *quid interfuisse inter hunc et Tib. Sempronium:* quod malim, quam quod Gronov. idem subjicit, *quid interfuisse hunc et Tib. Sempronium:* quanquam hujus quoque loquendi formæ exemplum affert, 'hoc pater ac dominus interest.'

[g] *Cumas, Beneventum*] Sic restituit ex Puteano Gronov. Editum fuerat, *cum ad Beneventum.*

geret. Magis mirari se, aliquos stantes cecidisse, et non omnes comites Cn. Fulvii fuisse pavoris ac fugæ. C. Flaminium,[1] L. Paullum, L. Postumium, Cn. ac P. Scipiones cadere in acie maluisse, quam deserere circumventos [16] exercitus. Cn. Fulvium prope unum nuntium deleti exercitus Romam redisse. Facinus indignum esse, Cannensem exercitum, quod ex acie fugerit, in Siciliam deportatum, ne prius inde dimittatur, quam hostis ex Italia decesserit, et hoc idem in Cn. Fulvii legionibus nuper decretum: Cn. Fulvio fugam ex prælio, ipsius temeritate commisso, impunitam esse: et eum in ganea lustrisque, ubi juventam egerit, senectutem acturum: milites, qui nihil aliud peccaverint, quam quod imperatoris similes fuerint,[17] relegatos prope in exilium, ignominiosam pati militiam. Adeo imparem libertatem Romæ diti ac pauperi, honorato atque inhonorato esse.'

3. Reus ab se culpam in milites transferebat: 'Eos ferociter pugnam poscentes productos in aciem, non eo, quo voluerint, (quia serum diei fuerit,) sed postero die, et tempore et loco æquo instructos, seu famam, seu vim hostium non sustinuisse. Cum effuse omnes fugerent, se quoque turba ablatum; ut Varronem Cannensi pugna, ut multos alios imperatores. Qui autem solum se restantem prodesse rei publicæ, nisi si mors sua remedio publicis cladibus futura esset, potuisse? [18] Non se inopia commeatus,[19] non in loca iniqua incaute deductum, non agmine inexplorato

14 *Cum ad Beneventum .... restituisset.*—15 ' Verba *non stetisse* absunt ab omnibus Mss. unde Gron. non male conj. *Non, Hercle, mirum cessisse milites in acie.*' Rupert.—16 *Quam deserere circumventos hostibus suos exercitus* al. —17 J. F. Gron. suspicatur legendum, *milites qui nihil aliud quam imperatoris similes fuerint.*

18 Al. *Quid autem .... potuisse.*—19 ' Multo concinnior esset oratio si vel verbum aliquod post *commeatus*, exempli gratia, pressum, intercluſum posi-

NOTÆ

[h] *Milites in acie non stetisse*] Desunt in optimis Mss. verba duo ultima: sensus tamen ea desiderat.

[i] *C. Flaminium*] Jam vidimus cecidisse Flaminium ad Thrasymenum lacum, Paulum ad Cannas, Postumium in Gallia Citeriore, Scipiones fratres in Hispania.

euntem insidiis circumventum. Vi aperta, armis, acie victum: nec suorum animos, nec hostium, in potestate habuisse. Suum cuique ingenium audaciam aut pavorem facere.' Bis est accusatus, pecuniaque anquisitum.[d] Tertio, testibus datis, cum, præterquam quod omnibus probris onerabatur, jurati permulti dicerent, fugæ pavorisque initium a prætore ortum; ab eo desertos milites, cum haud vanum timorem ducis crederent,[e] terga dedisse: tanta ira accensa est, ut capite anquirendum[f] concio succlamaret. De eo quoque novum certamen ortum. Nam, cum tribunus [10] bis pecunia anquisisset, tertio capitis se anquirere diceret; tribuni plebis appellati,[k] 'collegæ,' negarunt,[11] 'se in mora esse, quo minus, quod ei more majorum permissum esset, seu legibus, seu moribus mallet, anquireret, quoad vel capitis, vel pecuniæ judicasset privato.'[g] Tum Sempronius, 'perduellionis† se judicare Cn. Fulvio,'[h] dixit, diemque comitiis ab C. Calpurnio[m] prætore Urbis petit. Inde alia spes ab reo tentata est: si adesse in judicio[2] Q. Fulvius frater posset, florens tum et fama rerum gestarum, et propinqua spe Capuæ potiundæ. Id cum per literas[n] miserabiliter pro fratris capite scriptas petisset Fulvius, ne-

[d] *Latum ad populum de mulcta ei dicenda.* [e] *Fulvium non frustra timere.*
[f] *Capitale judicium agi debere.* [g] *Damnari privatum curasset.*
[h] *Reum perduellionis se dicere Cn. Fulvium, sive majestatis crimen ei inferre.*

---

tum, vel τὸ non ante in omissum fuisset.' *Doering.*—10 Vox *tribunus* in quibusdam Mss. omittitur.—11 Al. *tribuni plebis appellati cum collegæ negarent.* Pet. Men. Voss. Andreas, *appellati cum lege negarunt.*—2 Al. *si adesse judicio,*

NOTÆ

[k] *Tribuni plebis appellati*] Ab Cn. nempe Fulvio, qui ad collegium tribunorum provocavit.

[l] *Collegæ negarunt*] Tribuni scilicet plebis, quorum collega C. Sempronius accusator.

† *Perduellionis*] De perduellione vide dicta ad lib. I. c. 26. *J. Clericus.*

[m] *Diemque comitiis ab C. Calpurnio*] Ita Sempronius tribunus plebis personam accusatoris induit, ut non jam apud plebem, sed apud populum, majestatis crimen inferat Fulvio, quasi populi Romani majestatem minuerit, exercitu hostibus velut prodito.

[n] *Id cum per literas*] Petebat Q. Fulvius proconsul, ut sibi liceret fratris in judicio defendendi causa Romam ab obsidione Capuæ venire. Quod negatum.

gassentque Patres e re publica esse, abscedi a Capua; postquam[3] dies comitiorum aderat, Cn. Fulvius exulatum Tarquinios abiit. Id ei justum exilium esse, scivit plebs.

4. Inter hæc vis omnis belli versa in Capuam erat. Obsidebatur tamen acrius, quam oppugnabatur: nec aut famem tolerare servitia ac plebs poterant, aut mittere nuntios ad Hannibalem per custodias tam arctas. Inventus est Numida,[4] qui, acceptis literis, evasurum se professus, ut promissum præstaret, per media Romana castra nocte egressus, spem accendit Campanis, dum aliquid virium superesset, ab omni parte eruptionem tentandi. Ceterum in multis certaminibus equestria prælia ferme prospera faciebant: pedites[5] superabantur.[t] Sed nequaquam tam lætum vincere, quam triste vinci ulla parte erat ab obsesso et prope expugnato hoste. Inita tandem ratio est,[o] ut, quod viribus deerat, arte æquaretur. Ex omnibus legionibus electi sunt juvenes, maxime vigore ac levitate corporum veloces: eis parmæ breviores, quam equestres, et septena jacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro, quale hastis velitaribus[p] inest. Eos singulos in equos suos accipientes equites assuefecerunt, et vehi post sese, et desilire perniciter, ubi signum datum esset. Postquam assuetudine quotidiana satis intrepide visum est fieri, in campum, qui medius inter castra murumque erat, adversus instructos Campanorum equites processerunt; et, ubi ad[6] conjectum teli ventum est, signo dato velites desiliunt. Pedestris inde

[t] *Pedestri certamine Campani vincebantur a Romanis.*

omisso *in*.—3 Pro *postquam* in Editt. quibusdam *priusquam*.

4 Al. *Inventus est tandem quidam Numida.* Pall. et Voss. *inventus est autem Numida quidam*; etiam Vet. lib. apud Sigon. *Numida quidam*.—5 'Pro *pedites* præter necessitatem J. F. Gron. tentat *pedite*.' Doering.—6 Quidam codd.

NOTÆ

[o] *Inita tandem ratio est*] A Romanis inventa via qua equestri prælio superiores fierent.

[p] *Hastis velitaribus*] Tria ferme genera hastarum: aliæ velitares, seu jaculatoriæ, quæ manu eminus jaciebantur: aliæ graviores longioresque, quæ manu haud mittebantur, sed cominus vibrabantur ad ictum sæpius inferendum, qualis nunc apud nos in usu: tertium genus erat majorum, quæ machinis emittebantur.

acies ex equitatu repente in hostium equites incurrit, jaculaque cum impetu alia super alia emittunt. Quibus plurimis in equos virosque passim conjectis permultos vulneraverunt: pavoris tamen plus ex re nova atque inopinata injectum est, et in perculsum hostem equites invecti fugam stragemque eorum usque ad portas fecerunt. Inde equitatu quoque superior Romana res[7] fuit. Institutum, ut velites in legionibus essent.[8] Auctorem peditum equiti immiscendorum centurionem Q. Navium[9] ferunt, honorique id ei apud imperatorem fuisse.

5. Cum in hoc statu ad Capuam res essent, Hannibalem diversum[10 q] Tarentinæ arcis potiundæ Capuæque retinendæ trahebant curæ. Vicit tamen respectus Capuæ,[r] in quam omnium sociorum hostiumque conversos videbat animos; documento futuræ, qualemcumque eventum defectio ab Romanis[s] habuisset. Igitur magna parte impedimentorum relicta in Bruttiis et omni graviore armatu,[11] cum delectis peditum equitumque, quam poterat aptissimis ad maturandum iter, in Campaniam contendit. Secuti tamen tam raptim euntem tres et triginta elephanti. In valle

processerunt. Et ubi ad.—7 Put. *superior Romana res* pro vulg. *R. acies;* et paulo ante *pedestris inde res.*—8 Rupert. conj. *ut velites hi* vel *ii* vel *illi legionibus essent.*—9 *Nævium* dicunt Front. et Valer.

10 *In diversum trahebant* ex Mss. non nisi Harl. sed pleræque Edd. antt. præter Rom. 1472. et Parm.—11 *Armatura* Edd. ante Gron.—12 *Præsidio*.

NOTÆ

q *Hannibalem diversum*] 'Diversum trahere' Latine dicitur, nec inelegan-ter. Laudatur in id a Gronovio Plautus in Mercatore: 'Prout quo pacto ego diversus distrahor.' Quidam tamen codices *in diversum.*

r *Vicit tamen respectus Capuæ*] Gall. *La considération de Capoue l'emporta.*

s *Qualemcumque eventum defectio ab Romanis*] Suspicatur Gron. non esse Livii hæc verba, *defectio ab Romanis;* putatque si illa retinerentur, dicendum fuisse, *qualem eventum*, non *qualemcumque eventum defectio ab Romanis haberet.* Mihi nihil occurrit cur hæc a Livio non esse existimem. Est enim hæc sententia, Capuam documento ceteris Italis futuram in utramvis partem, et qualemcumque eventum habitura esset ejus obsidio: ut scilicet, siquidem a Romanis caperetur, ejus defectionem nemo esset imitaturus, sed ad Romanorum amicitiam cuncti respecturi; sin eadem Capua obsidione liberaretur, tunc Pœnorum partes crescerent, et qui adhuc Romanis adhærebant, ab ipsis deficerent.

occulta post Tifata montem imminentem Capuæ consedit. Adveniens cum castellum Galatiam, præsidio vi pulso,[12] cepisset, in circumsedentes Capuam se vertit. Præmissis ante nuntiis Capuam, quo tempore castra Romana aggressurus esset, ut eodem et illi, ad eruptionem parati, portis omnibus sese effunderent,[13] ingentem præbuit terrorem. Nam alia parte ipse adortus est; alia Campani omnes, pedites equitesque, et cum iis Punicum præsidium, cui Bostar et Hanno præerant, erupit. Romani, ut in re trepida, ne ad unam concurrendo partem aliquid indefensi relinquerent, ita inter se copias partiti sunt. Ap. Claudius[14] Campanis, Fulvius Hannibali est oppositus. C. Nero proprætor cum equitibus sextæ legionis via, quæ Suessulam fert; C. Fulvius Flaccus legatus cum sociali equitatu constitit e regione Vulturni amnis. Prælium non solito modo clamore ac tumultu est cœptum, sed ad alium virorum,[15] [t] equorum, armorumque sonum, disposita in muris Campanorum imbellis multitudo tantum cum æris crepitu, qualis in defectu lunæ [u] silenti nocte cieri solet, edidit clamorem, ut averte-

inde vi pulso in quibusdam Vet. lib.—13 'Post *effunderent* pannus assutus, *res nec explorata Romanis*, recte jam a Gron. et Crev. resectus est; nec apparent illæ quatuor voces in plurimis Mss. apud Drak.' *Doering.*—14 *Claudius* Gron. Doujat.—15 Al. *sed alium virorum* omisso *ad.*—16 '*Adverteret* (sc. ad

NOTÆ

[t] *Ad alium virorum*] Præter solitum in ceteris prœliis tumultum ac sonitum. Accessit novus huic pugnæ crepitus et clamor ingens multitudinis inermis, &c.

[u] *Qualis in defectu lunæ*] In lunæ deliquiis. Æris sonum adhiberi solitum nemo nescit: æris quippe dissono crepitu lunæ deficienti se opem ferre Veteres putabant. Ovidius IV. Metam. 'cum frustra resonant æra auxiliaria lunæ.' Et VII. Metam. 'Te quoque, luna, trabo, quamvis Temesæa labores Æra tuos minuant.' Testatur certe Plut. in Æmil. Romanos lunæ obscuratæ lumen, ex consuetudine, tinnitu æris revocasse, et ignes multis facibus ea de causa in cœlum sustulisse. Velleius quoque Paterc. lib. I. auctor est cursum classis, qua vecti Chalcidenses, qui Cumas in Italia condidere, directum fuisse nocturno æris sono, qualis Cerealibus sacris fieri solet. Et in universum magnus fuit æneorum instrumentorum usus in sacris atque excantationibus, quod sic abigi dæmones noxios crederent.

ret[16] etiam pugnantium animos. Campanos facile a vallo[17] Appius arcebat. Major vis ab altera parte Fulvium, Hannibal et Pœni, urgebant. Legio ibi sexta loco cessit: qua pulsa, cohors Hispanorum cum tribus elephantis usque ad vallum pervasit; ruperatque mediam aciem Romanorum, et in ancipiti spe ac[18] periculo erat, utrum in castra perrumperet, an intercluderetur[z] a suis.[19] Quem pavorem legionis periculumque castrorum Fulvius ubi vidit, Q. Navium primoresque alios centurionum hortatur, 'ut cohortem hostium sub vallo pugnantem invadant.[20] In summo discrimine rem verti: aut viam dandam iis esse, et minore conatu, quam condensam aciem irrupissent,[1] in castra irrupturos; aut conficiendos sub vallo esse. Nec magni certaminis rem fore: paucos esse ab suis interclusos; et quæ, dum paveat Romanus, interrupta acies[2] videatur, eam,[x] si se utrimque in hostem vertat, ancipiti pugna medios circumventuram.' Navius ubi hæc imperatoris dicta accepit, secundi hastati[y] signum ademtum signifero in

[z] *Et Hispanorum illa cohors in dubio versabatur, hinc concepta spe irrumpendi in castra Romanorum, inde periculo ac metu injecto, ne Romani eam a reliquis Pœnorum copiis intercluderent.*

se) duo Mss.' *Rupert.*—17 Al. *in vallo.*—18 *Et* Gron. Crev. Doujat.—19 Multi Mss. *includeretur.*—20 ' *Invadant ac trucident* in quibusdam Vett. Edd. sed cum in plurimis lib. Mss. posteriores voces haud compareant, eas ab homine male sedulo appositas esse facile apparet.' *Doering.*—1 *Rupissent* dedit Kreyssigius.—2 ' Pro vulg. *dum paveat, Romanis* i. a. Gron. conj. *dum paveat Romana a.*' Rupert.

NOTÆ

[x] *Et quæ, dum paveat Romanus, [Romanis] interrupta acies videatur, eam [etiam]* Obscurus Glareano locus. Tollendæ obscuritati Lips. legit, *et quæ dum pavent, Romanis interrupta acies videatur, eam.* Et vero *eam*, pro vulgato *etiam*, habent optimi codicum: sed in omnibus constanter legitur *paveat.* Nec plurimum interest an *pavent* dicas, an *paveat:* prius referetur ad Romanos, posterius ad aciem. Colbertinorum alter scribit *et quæ, dum paveat Romanus, &c.* quod perspicuam magis sententiam præbet; ut sit sensus, et eam aciem quæ interrupta videatur, quamdiu Romani paveant; eandem si ex utraque parte invaserit, Hispanos cohortis illius, quæ media pervaserat, forte ut eos ancipiti pugna circumventos omnino deleat.

[y] *Secundi hastati]* Intelligit secundum pilum hastatorum, sive signum manipuli secundi eorum hastatorum, id est, eorum qui primi pugnare soliti. Eodem sensu accipiendum *primi principis signum*, pro signo manipuli primi principum, qui secundo loco in prælium ibant.

hostes infert; jacturum in medios eos minitans, ni se propere sequantur milites, et partem capessant pugnæ. Ingens corpus erat, et arma honestabant;[1] et sublatum alte signum converterat ad spectaculum cives hostesque. Ceterum, postquam jam ad signa pervenerat Hispanorum, tum undique in eum tragulæ conjectæ, et prope tota in unum acies versa: sed neque hostium multitudo, neque telorum vis arcere impetum ejus viri potuerunt.

6. Et M. Atilius legatus, primi principis[3] ex eadem legione signum inferri in cohortem Hispanorum, coëgit;[4] et, qui castris præerant, L. Porcius Licinus[5] et T. Popillius legati pro vallo acriter propugnant,[a] elephantosque transgredientes in ipso vallo conficiunt. Quorum corporibus cum oppleta esset fossa, velut aggere aut ponte injecto, transitum hostibus dedit. Ibi per stragem jacentium elephantorum atrox edita cædes. Altera in parte castrorum jam impulsi[6] erant[a] Campani Punicumque præsidium, et sub ipsa porta Capuæ, quæ Vulturnum[7] fert,[b] pugnabatur: neque tam armati irrumpentibus Romanis resistebant, quam quod porta,[c] ballistis scorpionibusque instructa, missilibus procul hostes arcebat. Et suppressit impetum

[1] *Staturæ erat magnæ, eumque arma decorabant.*

3 Vet. lib. apud Sigon. *primi pili.*—4 '*Inferri coëgit* duriter dictum; forte leg. *inferre cœpit.*' Rupert.—5 Al. *Licinius*: dein *Popilius* Gron. Crev. Doujat. mox al. *pro vallo pugnant.*—6 Al. *pulsi.*—7 '*Ad Vulturnum*, sc. fluvium, edd. ante Gron. Mox pro *resistebant* Ms. Put. *resistabant*, unde *restabant* conj. Gron. Idem et Drak. Mox *τὸ quod* post *quam* alieno loco inculcatum putabant.'

NOTÆ

Secundi hastati] Signum secundi manipuli hastatorum, ut c. 6. Signum primi principis est signum primi manipuli principum. De hastatis et principibus vide lib. VIII. *J. Clericus.*

[a] *Pro vallo acriter propugnant* [*pugnant*] Hæc recepta lectio nihil habet quod improbemus: est enim idem ac acriter pugnabant ad vallum. Sed in melioribus scriptum Gron. ait *propugnant*: qua ratione subintelligendum videtur castra.

[a] *Jam impulsi erant*] Vulgo *pulsi*, tenui inter utrumque discrimine.

[b] *Quæ Vulturnum fert*] Ita in multis codicibus. Potest intelligi, *fert Vulturnum*, castrum scilicet, sive oppidum ejus nominis. Alias *ad Vulturnum*, flumen nimirum.

[c] *Quam quod porta*] Expungit Gronov. *τὸ quod*, tanquam minime necessarium: et bene se habet sensus: Neque tam armati resistebant, quam porta arcebat. Quia tamen nullus hic liber calamo exaratus laudatur, de hujus emendationis necessitate ambigere

Romanorum vulnus imperatoris Ap. Claudii, cui, suos ante prima signa adhortanti, sub lævo humero summum pectus gæso ictum est. Magna tamen vis hostium ante portam est cæsa: ceteri trepidi in urbem compulsi. Et Hannibal, postquam cohortis Hispanorum stragem vidit, summaque vi castra hostium defendi, omissa oppugnatione, recipere signa et convertere agmen peditum,[8] objecto a tergo equitatu, ne hostis instaret, cœpit. Legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit: sed[9] Flaccus receptui cani jussit; satis ad utrumque profectum ratus, ut et Campani, quam haud multum in Hannibale præsidii esset, et ipse Hannibal sentiret.[d] Cæsa eo die, qui hujus pugnæ auctores sunt, octo millia hominum de Hannibalis exercitu, tria ex Campanis tradunt; signaque Carthaginiensibus quindecim ademta, duodeviginti Campanis. Apud alios nequaquam tantam molem pugnæ inveni,[10] plusque pavoris, quam certaminis, fuisse; cum inopinato in castra Romana Numidæ Hispanique cum elephantis irrupissent; elephanti, per media castra vadentes, stragem tabernaculorum ingenti sonitu ac fugam[11] abrumpentium vincula jumentorum facerent: fraudem quoque super tumultum adjectam, immissis ab Hannibale, qui (habuit aliquot) gnari Latinæ linguæ juberent consulum verbis,[12] quoniam amissa castra essent, pro se quemque militum in proximos montes fugere: sed eam celeriter cognitam fraudem oppressamque

Rupert.—8 Vet. lib. apud Sigon. *convertere agmen retro peditum.*—9 Put. excludit τὸ *sed.*—10 *Invenio* Grou. Crev. Doujat. 'Put. *inveni.* Manus secunda inter versus ascripserat *ri*, quod extat in duobus Pall. Voss. Menardi, *inveniri.* Præstat sequi vetustissimum.' *J. F. Gron.*—11 Al. *fuga.*—12 'Offensus his quoque Glareanus. Voss. *Hannibale qui habuit aliquem gnarum l. Latinæ consulum.* Gud. et Pall. unus, *immissis ab Hannibale aliquibus gnaris Latinæ linguæ, qui juberent consulum verbis.* Prorsus suspectum mihi non modo τὸ *habuit*, sed etiam sive τὸ *aliquot*, sive τὸ *aliquibus.* Quis enim dubitet? Scribe, *immissis ab Hannibale gnaris Latinæ linguæ.*' J. F. Gron.

NOTÆ

licet. Potest quippe non absurda videri sententia, si dicamus, armatos per se minus restituros Romanis Campanos, nisi quantum eorum conatus adjuvabatur telis ex porta per ballistas et scorpiones missis. Reg. et Colb. scribunt, *quam quo porta, &c. arcebat.* Quod potest accipi pro quousque, sive quatenus, arcebat porta ballistis et scorpionibus instructa.

[d] *Et ipse Hannibal sentiret*] Repete e proximo, quam haud multum in ipso præsidii esset.

magna cæde hostium; elephantos igni e castris exactos. Hoc ultimum (utcumque initum finitumque est) ante deditionem Capuæ prælium fuit. Medixtuticus, qui summus magistratus apud Campanos est, eo anno Seppius Lesius erat, loco obscuro tenuique fortuna ortus. Matrem ejus quondam, pro pupillo eo procurantem familiare ostentum,[m] cum respondisset haruspex, summum quod esset imperium Capuæ, perventurum ad eum puerum, nihil ad eam spem agnoscentem,[n] dixisse ferunt, 'Næ tu perditas res Campanorum narras, ubi summus honos ad filium meum perveniet!' Ea ludificatio veri, et ipsa in verum vertit.[o] Nam cum fame ferroque urgerentur, nec spes ulla superesset, iis, qui nati in spem honorum erant, honores detrectantibus; Lesius, querendo desertam ac proditam a primoribus Capuam, summum magistratum ultimus omnium Campanorum cepit.

7. Ceterum Hannibal, ut nec hostes elici amplius ad pugnam vidit, nec per castra eorum perrumpi ad Capuam posse, ne suos quoque[13] commeatus intercluderent novi consules, abscedere irrito incepto et movere a Capua statuit castra. Multa secum, quo jam inde[14] ire pergeret, volventi subiit animum impetus, caput ipsum belli Romam petendi: cujus rei semper cupitæ prætermissam occasionem post Cannensem pugnam et alii vulgo fremebant, et ipse non dissimulabat. 'Necopinato pavore ac tumultu, non esse desperandum, aliquam partem urbis occupari posse; et,[15] si Roma in discrimine esset, Capuam extemplo omissuros aut ambo[16] imperatores Romanos, aut alterum ex iis; et, si divisissent[17] copias, utrumque infirmiorem factum aut sibi, aut Campanis, bene gerendæ rei fortunam daturos esse.' Una ea[18] cura angebat, ne, ubi

[m] *Cum portentum domesticum, quod illi adhuc pupillo contigerat, sacrificio expiaret.*

[n] *Cum nihil videret quod ad ejusmodi spem momentum afferre ullum posset.*

[o] *Hæc augurii, quod verum fuit quantum ad Lesii dignitatem, derisio; vera quoque ipsa evasit quantum ad miserum Capuæ statum.*

---

13 'Τὸ *quoque* delevit J. F. Gron. sed lib. vet. et Mss. Drakenb. constanter illud servant.' *Doering.*—14 *Quonam inde* recepit Drak. e conject. Mur. et Gron.—15 Vet. lib. apud Sigon. *Eo si Roma.*—16 *Ambos* Crev.—17

abscessisset, extemplo dederentur Campani. Numidam promtum ad omnia audenda donis pellicit, ut, literis acceptis, specie transfugæ castra Romana ingressus, altera parte Capuam clam pervadat. Literæ autem erant adhortatione plenæ. 'Profectionem suam, quæ salutaris illis foret, abstracturam ad defendendam Romam ab oppugnanda Capua duces atque exercitus Romanos. Ne desponderent animos: tolerando paucos dies totam soluturos obsidionem.' Inde naves in flumine Vulturno comprehensas subigi ad id,[19] quod jam ante præsidii causa fecerat, castellum[e] jussit. Quarum ubi tantam copiam esse, ut una nocte trajici posset exercitus, allatum est, cibariis decem dierum præparatis, deductas nocte ad fluvium legiones ante lucem trajecit.

8. Id prius quam fieret, ita futurum compertum ex transfugis, Fulvius Flaccus senatui Romam cum scripsisset, varie hominum animi pro cujusque ingenio affecti sunt. Ut in re tam trepida, senatu extemplo vocato, P. Cornelius, cui Asinæ cognomen erat,[f] omnes duces exercitusque ex tota Italia, neque Capuæ, neque ullius alterius rei memor,

Al. *aut alterum ex iis; qui si divisissent.*—18 *Ea* delet Crev.—19 Sic J. F. Gron. ' cui debetur quoque elegantissima hujus ipsius loci emendatio; nam pro *subigi ad id* corrupte olim legebatur, *duci gladio.*' Doering. Vide Not. Var.

NOTÆ

[e] *Subigi ad id, quod jam ante præsidii causa fecerat, castellum*] In scriptis fere omnibus est, *naves in flumine Vulturno comprehensas duci gladio quod jam ante præsidii causa fecerat castellum, jussit.* Illud *gladio* quid sibi velit, nemo adhuc interpretum assequi potuit. Codex Moguntinus *Casilinum* legit, quod hoc oppidum ad Vulturnum flumen sit: id Glareano haud placet, quandoquidem in Romanorum potestate Casilinum erat, a Q. Fabio nuper receptum. Itaque *Galatiam* quin scribendum sit Glar. non dubitat. Et vero ex nostro paulo ante, Hannibal Capuam adveniens Galatiam castellum ceperat. Improbat non immerito Glareani correctionem Sigon. quod Galatia ad Vulturnum non fuerit. Laur. Valla non male ex *gladio* fecit *ad id*, plano sensu et levi mutatione; ut esset *naves duci ad id castellum, &c.* neque enim quærendum nomen castelli in tempus exstructi ad usum belli. At Gron. cum in Put. scriptum invenisset, *ubi gladio quod*, inde divinavit *subigi ad id quod ante, &c.* Et sane subigendi verbum Virgilio aliisque usitatum, in navigiis adverso flumine promovendis; ut et Tacito subvehendi verbum, ubi Germanicum ea in re peccasse arguit in adducendis in Cauchos per Amisiam copiis, ' quod non subvexit,' id est, quod non ulterius eas in flumen induxisset.

ad Urbis præsidium revocabat.[p] Fabius Maximus, abscedi a Capua, terrerique et circumagi ad nutus comminationesque Hannibalis, flagitiosum ducebat. 'Qui ad Cannas victor ire tamen ad Urbem ausus non esset, eum, a Capua repulsum, spem potiundæ urbis Romæ cepisse?[s] Non ad Romam obsidendam, sed ad Capuæ liberandam obsidionem,[20 h] ire. Romam cum eo exercitu,[i] qui ad urbem esset, Jovem, fœderum ruptorum ab Hannibale testem, Deosque alios defensuros esse.' Has diversas sententias media sententia P. Valerii Flacci vicit; qui, utriusque rei memor, imperatoribus, qui ad Capuam essent, scribendum censuit: 'Quid ad Urbem præsidii esset, quantas autem Hannibal copias duceret, aut quanto exercitu ad Capuam obsidendam opus esset, ipsos scire. Si et Romam e ducibus alter, et exercitus pars mitti posset, ut ab reliquo et duce et exercitu Capua recte obsideretur; inter se compararent Claudius Fulviusque, utri obsidenda Capua, utri, ad prohibendam obsidione patriam, Romam veniendum esset.' Hoc senatus consulto Capuam perlato, Q. Fulvius proconsul, cui, collega ex vulnere ægro, eundum Romam erat, e tribus exercitibus [k] milite electo, ad quindecim millia peditum, mille equites, Vulturnum traducit. Inde cum Hannibalem Latina via [l]

[p] *Censebat omnes imperatores et copias ex universa Italia revocari debere, ut ad tuendam urbem confluerent: neque rationem habebat vel obsidendæ Capuæ, vel cujusquam alterius rei.*

20 'Ita optimi Mss. pro vulg. *ad Capuam liberandam obsidione.*' Rupert.—

NOTÆ

[s] *Potiundæ urbis Romæ cepisse*] Negat per interrogationem ab Hannibale concipi spem tunc potuisse, fore ut urbe potiretur, seu ut urbem caperet.

[h] *Ad Capuæ liberandam obsidionem* [*Capuam liberandam obsidione*] In melioribus codicibus, *ad Capuæ liberandam obsidionem*; quo loquendi genere nostrum alibi usum Gronovius ostendit.

[i] *Ire, Romam cum eo exercitu*] Fabrum hic fefellit prava interpunctio: itaque legit, *ire obviam cum eo exercitu, &c.* Sed quo referet illud *ire?* nam reliqua pendent ab eo quod subjicitur, *Jovem Deosque alios defensuros Romam.*

[k] *Tribus exercitibus*] Suo, Appii, et Neronis. Supra cap. 5.

[l] *Latina via*] A porta Latina urbis Romæ per mediterranea Latii, Casinum usque ferebat via Latina: ut Appia a porta Capena, ferme per Latii loca mari propiora in Campaniam, atque inde Brundusium.

iturum satis comperisset, ipse per Appiæ municipia, quæque propter eam viam sunt,[a] Setiam, Coram, Lanuvium[m] præmisit, ut commeatus paratos et in urbibus haberent, et ex agris deviis in viam proferrent, præsidiaque in urbes contraherent, ut sua cuique res publica in manu esset.[q]

9. Hannibal, quo die Vulturnum est transgressus, haud procul a flumine castra posuit. Postero die præter Cales in agrum Sidicinum pervenit. Ibi diem unum populando moratus, per Suessulam[1 n] Allifanumque et Casinatem agrum via Latina ducit. Sub Casinum biduo stativa habita et passim populationes factæ. Inde, præter Interamnam[o] Aquinumque,[4 p] in Fregellanum agrum[q] ad Lirim[r] fluvium ventum: ubi intercisum pontem a Fregellanis morandi iti-

[q] *Ut magistratus adductis in civitatem quique suam militaribus præsidiis, populum haberent in potestate.*

1 Tan. Fab. leg. *ire obviam cum eo exercitu.*—2 ' *Per Appiæ* viæ *municipia*, h. e. quæ propter, juxta, eam viam sunt; unde verba *quæque . . . sunt* glossatori tribuenda, aut saltem *quæve* legendum suspicari possis. Sed sensus potius est: quæque urbes seu coloniæ propter eam viam sunt: nam Setia et Cora non municipia tum erant, sed coloniæ. Solum Lanuvium fuit municipium.' *Rupert.* —3 Sigon. conj. *Suessulanum.* Kreyssigius dedit *Suessanum.* ' Immo leg. *per Suessanum Venafranumque* cet. nam qui Capua Romam profecturus jam *in agrum Sidicinum* pervenerat, non per Suessulam, oppidum longe retro inter Capuam et Nolam situm, Allifanum Venafranumve petiit agrum; et Allifæ cis Vulturnum sitæ, quem Hannibal jam transgressus erat.' *Cluver.*—4 Al.

NOTÆ

[m] *Setiam, Coram, Lanuvium*] Nunc municipia, alias coloniæ nominantur: de his, deque sequentibus oppidis, ad Dec. I. dictum. Setia nunc *Sezze;* Cora n. *Cori;* Lanuvium, *Città della Vigna:* omnes in Campania Romana.

[n] *Per Suessulam*] Non abs re dubium movet Sigonio iter per Suessulam quæ Campaniæ urbs ultra Capuam est: legendumque putat *per Suessulanum.* Sed et hoc idem est ac per Suessulæ agrum, qui trans Vulturnum flumen. Situs locorum post Cales, et Sidicinum agrum, pro Suessula *Suessam* poscit. Verum hinc in Casinatem agrum per Allifanum non itur, nisi devio admodum itinere. Sed potuit Hannibal, consilium eundi Romam dissimulaturus, non usquequaque rectum iter sequi. Hodie Cales dicitur *Calvi;* Teanum Sidicinum, *Tiano;* Suessula, *Sessola;* Allifæ, *Alifi;* Suessa vero *Sessa;* Casinum, *Monte Cassino:* quæ cuncta loca sunt in Terra Laboris Neapolitani regni provincia.

[o] *Interamnam*] Ejus rudera tantum extant juxta *Pontecorvo* ad Lirim fl. in Terra Laboris, qua parte olim Volsci populi, in Latio novo.

[p] *Aquinumque*] Nomen adhuc servat hæc urbs in eadem provincia ad Melfem amnem. Patria S. Thomæ Theologorum principis.

[q] *In Fregellanum agrum*] Fuere olim in Volscis quoque *Fregellæ,* hod. *Ceperano,* in Campania Romana.

[r] *Ad Lirim*] Fluvius hic olim Cam-

neris causa invenit. Et Fulvium Vulturnus tenuerat amnis, navibus ab Hannibale incensis, rates ad trajiciendum exercitum, in magna inopia materiæ, ægre comparantem. Trajecto ratibus exercitu, reliquum Fulvio expeditum iter, non per urbes modo, sed circa viam, expositis benigne commeatibus, erat: alacresque milites alius alium, ut adderet gradum, memor ad defendendam ire[5] patriam, hortabantur. Romam Fregellanus nuntius,[6a] diem noctemque itinere continuato, ingentem attulit terrorem. Tumultuosius, quam allatum erat,[t] cursus[7] hominum, affingentium vana auditis, totam urbem conciverat.[r] Ploratus mulierum non ex privatis solum domibus exaudiebatur; sed undique matronæ, in publicum effusæ, circa Deum delubra discurrunt, crinibus passis[8u] aras verrentes,[9] nixæ genibus, supinas manus ad cœlum ac Deos tendentes, orantesque, ut urbem Romanam e manibus hostium eriperent, matresque Romanas et liberos parvos inviolatos servarent. Senatus magistratibus in foro præsto est, si quid consulere velint. Alii accipiunt imperia, discedunt que ad suas quisque officiorum partes: alii offerunt se, si quo[10] usus operæ sit.[t] Præsidia in arce, in Capitolio, in muris, circa urbem, in

[r] *Discursus hominum, qui falsa vere auditis admiscebant majori tumultu, quam qui relatus esset a nuntio Fregellano, universam concitaverat civitatem.*

[t] *Si ad rem aliquam utilis sit ipsorum opera.*

Nequinumque.—5 Sunt qui velint *iri.*—6 Put. evidenter *Fregellanus Nustius.*—7 Quidam Codd. *cursu*, et mox *totam urbem conciliat.* Unus Pall. Andreas *concitat.* Salmasius *conciuat*, quod est *concibat.*—8 Plures, sed recentiores, *sparsis.*—9 ' *Areas* (pavimenta) *verrentes* conj. Schweigh. ad Polyb. IX. 6. πλύνουσαι ταῖς κομαῖς τὰ τῶν ἱερῶν ἐδάφη cet. quem locum Livius expressit.' *Rupert.*

NOTÆ

paniam Felicem dirimebat a Latio: nunc fere totus per Neapolitanum regnum fluit in mare Tyrrhenum. Vulgo *il Garigliano*, nobis *le Garillan.* Ad ejus ostium fuere quondam Mintumæ.

[a] *Fregellanus nuntius*] Melior Cod. *Nustius.* In Puteano quoque est *Fregellanus Nustius.* Forte *Nostius*, aliudve simile nomen viri qui Fregellis missus.

[t] *Tumultuosius, quam allatum erat*] An *tumultuosius* adverbialiter dicatur, an pro re magis tumultuosa accipiendum sit, inter tot varias lectiones non satis constat. Prius videtur mihi probabilius.

[u] *Crinibus passis*] Alii *sparsis*, non magno discrimine.

monte etiam Albano [x] atque arce Æsulana [11 y] ponuntur. Inter hunc tumultum Q. Fulvium proconsulem profectum cum exercitu a Capua affertur: cui ne minueretur imperium, [z] si in Urbem venisset, decernit [12 a] senatus, ut Q. Fulvio par cum consulibus imperium esset. Hannibal, infestius perpopulato agro Fregellano propter intercisos pontes, per Frusinatem [a] Ferentinatemque [b] et Anagninum [c] agrum in Lavicanum [d] venit. Inde Algido [e] Tusculum petiit: [13 f] nec receptus mœnibus, infra Tusculum dextrorsus [14] Gabios [g] descendit. Inde in Pupiniam [h] exercitu demisso, octo millia passuum ab Roma posuit castra. Quo propius hostis accedebat, eo major cædes fiebat fugientium, præcedentibus Numidis: pluresque omnium generum atque ætatium capiebantur.

—10 Al. *qua*.—11 *Tusculana* quædam Edd.—12 Al. *decrevit senatus*.—13 *Inde Algido Tusculum petiit*. 'Sed ita castra retulisset, quia Algidum oppidum inter Tusculanum Albanumque montem situm erat; quare forsan leg. *inde ab Pedo T. p.*' J. F. Gron. Ordinem invertit Sil.—14 Al. *dextrorsum*.

NOTÆ

[x] *In monte etiam Albano*] Alba Longa a Tullo Hostilio diruta, mansit nomen tum Villæ Pompeii, quæ in oppidum crevit sub nomine *Albani*; tum in Monte proximo; nunc *Monte Cavo*.

[y] *Arce Æsulana*] Ita in optimis; et *Æsula* oppidum fuit inter Tibur et Prænestе, jugis assurgens, cujus et Horatius meminit Ode 28. lib. III. Kircherus eo loco fuisse putat, ubi hodie prædium *Corcollo* nomine, prope Varesin amnem in Campania Romana.

[z] *Ne minueretur imperium*] Magistratus provinciales, quales proconsules, intra urbem privati habebantur: ideoque triumphaturis dabatur extra urbem senatus, ut ad eum jure magistratus res a se gestas referrent. Ne itaque Q. Fulvius urbem ingressus imperio excideret, opus fuit hoc speciali decreto.

[a] *Per Frusinatem*] A Frusinone Volscorum olim opp. nunc *Fresolone* dictus hic ager, in extrema versus ortum Campania Romana.

[b] *Ferentinatemque*] Hernicorum erat hoc *Ferentinum*, cui manet pristinum nomen Italico more inflexum, in eadem Campania Romana.

[c] *Et Anagninum*] Eorundem Hernicorum caput *Anagnia*, vul. *Anagni*.

[d] *In Lavicanum* [*Labicanum*] *Labici*, in veteri Latio, hodie *Zagarolo*, 10. ab urbe milliari.

[e] *Inde Algido*] In tabernam seu cauponam degeneravit *Algidum* opp. vul. *l'Osteria dell' Aglio*.

[f] *Tusculum petiit*] Vestigia Tusculi veteris sunt prope *Frascati*, amœnum tractus Romani opp.

[g] *Gabios*] Via Prænestina, quæ ex parte Gabina dicta, fuere Gabii, nunc *Osteria del Finocchio*: quanquam N. Sansoni est *Colonna*.

[h] *In Pupiniam*] Ager est haud procul Roma, a quo Pupinia tribus. Ad

10. In hoc tumultu Fulvius Flaccus, porta Capena[i] cum exercitu Romam ingressus, media urbe per Carinas[k] Esquilias[l] contendit. Inde egressus, inter Esquilinam Collinamque portam[m] posuit castra. Ædiles plebis commeatum eo comportarunt. Consules senatusque in castra venerunt. Ibi de summa re publica[15] consultatum.[n] Placuit, consules[16] circa portas Collinam Esquilinamque ponere castra: C. Calpurnium prætorem urbanum Capitolio[o] atque arci præesse: et senatum frequentem in foro contineri,[t] si quid in tam subitis rebus consulto opus esset. Inter hæc Hannibal ad Anienem[p] fluvium, tria millia passuum ab Urbe, castra admovit. Ibi stativis positis, ipse cum duobus millibus equitum a porta Collina[17] usque ad Herculis templum est progressus; atque, unde proxime poterat, mœnia situmque Urbis obequitans contemplabatur. Id eum tam licenter atque otiose facere, Flacco indignum visum est. Itaque immisit equites, summoverique atque in castra redigi hostium equitatum jussit. Cum commissum prælium esset, consules transfugas Numidarum, qui tum in Aventino[q] ad mille et ducentos[18] erant, media urbe trans-

[t] *Continuo haberi in foro Romano.*

15 Al. *de summa reipublicæ*: utrumque satis recte, judice Doer.—16 *Placuit consulibus* in quibusdam Editt.—17 Al. *ad portam Collinam.*—18 *Ducenti* dedit

NOTÆ

5. circiter ab urbe milliare; ubi *Torre nuova.*

[i] *Porta Capena*] Hod. *Porta S. Sebastiani.*

[k] *Per Carinas*] Collis fuit Romæ ac platea, seu vicus antea Ceroliensis, quem a junctu Carinarum, Varro *Carinas* appellatum scribit, (quod scilicet ejus ædificia carinarum formam imitarentur,) qua in Cœlium montem itur, a Palatino. Hinc oritur caput Sacræ viæ. Fuere in ea regione ubi nunc *S. Pietro in vincola*, et *le sette Sale.* Sub muro terreo Carinarum erat Suburra, circa locum ubi hod. *S. Martino.*

[l] *Esquilias*] Mons Esquilinus idem cum Esquiliis; nunc *Monte di S. Maria Maggiore.* Ab eo monte porta Esquilina, quæ vul. *Porta Maggiore.*

[m] *Collinamque portam*] Hodie *Porta Salara.*

[n] *Ibi de summa re publica consultatum*] Ita meliores, idque recte dici, æque ac *de summa reip.* pluribus confirmat Gronov. minus utili opera.

[o] *Capitolio*] Nunc *Campidoglio.*

[p] *Ad Anienem*] Amnis *Anio*, hodie *Taverone.*

[q] *In Aventino*] E septem Romæ montibus unus, nunc *Monte di Santa Sabina.*

ire Esquilias jusserunt; nullos aptiores, inter convalles tectaque hortorum et sepulcra aut cavas undique vias, ad pugnandum futuros rati. Quos cum ex arce Capitolioque clivo Publicio[19 r] in equis decurrentes quidam vidissent, captum Aventinum conclamaverunt. Ea res tantum tumultum ac fugam præbuit, ut, nisi castra Punica extra Urbem fuissent, effusura se omnis pavida multitudo fuerit. Tunc in domos atque in tecta refugiebant, vagosque in viis suos pro hostibus lapidibus telisque incessebant. Nec comprimi tumultus aperirique error poterat, refertis itineribus agrestium turba pecorumque, quæ repentinus pavor in urbem compulerat. Equestre prælium secundum fuit, summotique hostes sunt; et, quia multis locis comprimendi tumultus erant, qui temere oriebantur, placuit, omnes, qui dictatores, consules censoresve fuissent, cum imperio esse, donec recessisset a muris hostis. Et diei quod reliquum fuit, et nocte insequenti, multi temere excitati tumultus sunt compressique.

11. Postremo die transgressus Anienem Hannibal in aciem omnes copias eduxit; nec Flaccus consulesque certamen detrectavere. Instructis utrimque exercitibus in ejus pugnæ casum, in[20] qua urbs Roma victori præmium esset, imber ingens[s] grandine mixtus ita utramque aciem turbavit, ut vix armis retentis in castra sese receperint, nullius rei minore, quam hostium, metu. Et postero die

Kreyssigius.—19 Vulg. *publico*.

20 ' To in ortum esse ex præced. litera m suspicabatur Duk.' *Rupert*.—

NOTÆ

[r] *Clivo Publicio* [*publico*] In colle Quirinali fuit hic *clivus*, haud procul templo et circo Floræ, regione urbis quæ tempore Augusti sexta, et cui ab Alta semita inditum nomen.

[s] *Imber ingens*] Scribit in hanc rem Flor. II. 6. 'moventi castra a tertio lapide Hannibali iterum ipsos Deos, Deos inquam, (nec fateri pudebit,) restitisse. Tanta enim ad singulos illius motus vis imbrium effusa, tantaque ventorum violentia coorta est, ut divinitus hostem summoveri, neque cœlo, sed ab urbis ipsius mœnibus, et Capitolio ferri videretur: quod imitatus Claudian. II. de bello Get. 'Nec numina sedem Destituunt. Jactata procul dicuntur in hostem Fulmina, divinique volant pro mœnibus ignes: Seu cœlum, seu Roma tonat.'' Vid. Valer. Max.

eodem loco acies instructas eadem tempestas diremit. Ubi recepissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebatur. In religionem ea res apud Pœnos versa est;[a] auditaque vox Hannibalis fertur, 'Potiundæ sibi urbis Romæ modo mentem non dari, modo fortunam.' Minuere etiam spem ejus[1] aliæ, parva magnaque, res:[t] magna illa, quod, cum ipse ad mœnia urbis Romæ armatus sederet, milites[u] sub vexillis in supplementum Hispaniæ profectos audivit: parva autem, quod per eos dies eum forte agrum, in quo ipse castra haberet, venisse, nihil ob id deminuto pretio, cognitum ex quodam captivo est. Id vero adeo superbum atque indignum visum, ejus soli, quod ipse bello captum possideret, haberetque, inventum Romæ emtorem, ut, extemplo vocato præcone, tabernas argentarias, quæ circa forum Romanum tunc essent, jusserit venire.[x] His motus[y] ad Tutiam[z] fluvium[a] castra retulit, sex millia passuum ab Urbe. Inde ad lucum Feroniæ[a]

[a] *Carthaginienses id religioni duxerunt, existimantes Diis non placere ut eo loco consligeretur, aut ut Roma armis oppugnaretur.*

1 'Delevi importunum *et* ante *aliæ*.' Rupert. mox al. *magnæ parvæque*.—2 Al.

NOTÆ

[t] *Minuere etiam spem ejus* [*et*] *aliæ, parva magnaque, res*] Sic in regio codice, ut duæ res Hannibalis spem imminuerint, alia parva, alia magna: potest tamen ferri vulgaris lectio, *et aliæ parvæ magnæque res*, nec multum dissonus erit sensus.

[u] *Milites*] Roma missos.

[x] *Jusserit venire*] Sed frustra, emtore nullo invento. *Argentariæ* autem *tabernæ* dictæ a nummulariis ibi agentibus, qui argentarii quoque dicti.

[y] *His motus*] Aliam ab urbe discedendi causam Festus indicat, quod accedens ad urbem Hannibal, quibusdam perterritus visis fuerit: unde *Rediculi fanum*, extra portam Capenam dictum, quod scilicet Hannibal ex eo loco rediisset.

[z] *Ad Tutiam fl.*] Ignobilis et soli Livio memoratus hic *Tutia*, sive *Turia*, rivus magis quam amnis: ab utra Tiberis ripa fluat, ambigit Cluver. In eam tamen partem propendet, ut censeat ex Hetruria potius aquas trahere: vulgari hodie vocabulo *la Fossa* dici ad locum qui *la Prima Porta* via Flaminia decidit in Tiberim.

[a] *Ad lucum Feroniæ*] Miratur Cluverius *lucum* dici, ac postea *templum*; quasi novum esset templa ad lucos aut in lucis constitui. Fanum Feroniæ, utplurimum, dicitur: unde nomen hodiernum *Fiano*, ducatus in Patrimonio S. Petri.

pergit ire,[3] templum ea tempestate inclytum divitiis. Capenates aliqui accolæ ejus erant;[b] primitias frugum eo donaque alia pro copia portantes, multo auro argentoque id exornatum habebant. His omnibus donis tum spoliatum templum. Æris acervi, cum rudera milites religione inducti jacerent,[c] post profectionem Hannibalis magni inventi. Hujus populatio templi haud dubia inter scriptores est. Cœlius, Romam euntem[d] ab Ereto[e] devertisse eo Hannibalem, tradit; iterque ejus ab Reate[f] Cutiliisque[g] et ab Amiterno[h] orditur. Ex Campania in Samnium,[i] inde in Pelignos pervenisse; præterque oppidum Sulmonem[k] in

Turiam.—3 Excidisse *et* ante *templum* conj. Rupert. Dein *Capenates aliquot accolæ* et *Capenates alique accolæ* in quibusdam lib. Mss. apud Drakenb. *Capenates aliique qui accolæ ejus erant* Gron. Rupert. conj. *Capenates qui* vel *C.*

NOTÆ

[b] *Capenates aliqui accolæ ejus erant*] Lege omnino, *aliique qui*; ut in Colb. meliori. *Capena* autem, ut antea ostendi, urbs Tusciæ, nunc vulgo *Civitella*, non procul *Fiano*.

[c] *Cum rudera milites religione inducti jacerent*] Raudus pro ære veteres appellabant, unde porta Rauduscula priscis temporibus Romæ.

Rudera] Hoc est, si credimus Glossario, æris rudis frusta; nam inter significationem vocis *rudus* est χαλκὸς ἀνέργαστος. Vide et Valerium Max. lib. v. c. 6. ex Rom. 3. ubi consule St. Pighium. *J. Clericus.*

[d] *Cœlius, Romam euntem*] Cœlius Historicus Hannibalis Romam proficiscentis iter ita describit, ut ex Campania in Samnium: inde in Pelignos, juxta Sulmonem oppidum: tum in Marrucinos transierit: postea in Marsos, ubi ager Albensis: hinc in Sabinos, et per Reate atque Cutilias venerit Amiternum et Forulos, atque Eretum: unde ad templum Feroniæ diverterit: ita ut Fanum hoc spoliaverit antequam Romam videret.

[e] *Ab Ereto*] In Sabinis situm opp. *Eretum*, ubi nunc *Monte-ritondo*: Barberinorum patrimonium dictum est.

[f] *Ab Reate*] Sabinorum caput *Reate*, hod. *Rieti*, in Ecclesiæ ditione, ut et superiora.

[g] *Cutiliisque*] Sabinorum quoque vetus oppidum *Cutiliæ*: hod. *Città Ducale* in Aprutio ulteriori provincia regni Neapolitani.

[h] *Ab Amiterno*] Retinet pristinum nomen Italica inflexione: est enim vul. *Amiterno* in Aprutio eodem.

[i] *Ex Campania in Samnium*] Convenit hac in parte Polybius cum Cœlio. Scribit enim per Samnitium agrum Romam profectum Hannibalem. Nec longe ab illorum finibus Allifanus ager: et late sumto nomine Samnitum continebantur *Peligni*, quorum urbs Sulmo; *Marrucini*, quorum Theate, aliæque tractus illius gentes, seu populi.

[k] *Oppidum Sulmonem*] *Sulmo*, nunc quoque *Sulmona* dicitur, principatus Borghesiæ gentis, in Aprutio citeriori.

Marrucinos transisse; inde Albensi agro[l] in Marsos, hinc Amiternum Forulosque vicum[m] venisse. Neque ibi[4] error est, quod tanti exercitus vestigia intra tam brevis ævi memoriam potuerint confundi. Isse enim ea constat. Tantum id interest, veneritne eo itinere ad Urbem, an ab Urbe in Campaniam redierit.

12. Ceterum non quantum pertinaciæ ad premendam obsidione Capuam Romanis fuit, tantum ad defendendam Hannibali. Namque ex Lucanis in Bruttium agrum, ad fretum vero ac Rhegium[n] eo cursu contendit, ut prope repentino adventu incautos oppresserit. Capua etsi nihilo segnius[5] obsessa per eos dies fuerat, tamen adventum Flacci sensit; et admiratio orta est, non simul regressum Hannibalem. Inde per colloquia intellexerunt, relictos se desertosque, et spem Capuæ retinendæ deploratam apud Pœnos esse. Accessit edictum proconsulis ex senatus consulto propositum vulgatumque apud hostes: 'ut, qui civis Campanus ante certam diem transisset, sine fraude esset.' Nec ulla facta est transitio, metu magis eos, quam fide, continente; quia majora in defectione deliquerant, quam quibus ignosci posset.[a] Ceterum quemadmodum nemo privato consilio ad hostem transibat, ita nihil salutare in medium consulebatur.[6][o] Nobilitas rem publicam deseruerat, neque in senatum cogi poterant.[7] In magistratu autem erat, qui non

[a] *Cum non tam fides in Panos, quam timor ex Romanis, retineret; quoniam adeo graviter in Romanos peccaverant tempore rebellionis, ut venia ipsis dari non posset.*

---

olim qui accolæ ejus erant. Ita τῷ *olim* mox *tum* opponitur.—4 *Neque inde* conj. Rupert.

5 Al. *nihil segnius*.—6 Put. *constitebatur*. Men. *consistebatur*. Pet. *consistebat*. Reg. *constituebatur*. Buslid. *consiscebatur*. Voss. *consciscebatur*.—7 'Al.

NOTÆ

[l] *Albensi agro*] *Alba*. *Fucentis* in Marsis: adhuc *Albi*.

[m] *Forulosque vicum*] Apparet hunc pagum fuisse in Sabinis inter Amiternum et Cutilias.

[n] *Ac Rhegium*] Brutiorum hæc urbs, imminens freto Siculo, nomen servat inflexum in auferendi casum. Vul. *Reggio di Calabria*.

[o] *Consulebatur*] In Regio, *constituebatur*: sed nihil melius vulgato; est enim *in medium consulere* idem ac in commune consulere, quo usus Tacitus.

sibi honorem adjecisset, sed indignitate sua vim ac jus magistratui, quem gerebat, demsisset. Jam ne in foro quidem, aut publico loco, principum quisquam apparebat: domibus inclusi patriæ occasum cum suo exitio in dies expectabant. Summa curæ omnis in Bostarem Hannonemque præfectos præsidii Punici versa erat, suo, non sociorum, periculo solicitos. Hi,[8] conscriptis ad Hannibalem literis, non libere modo, sed etiam aspere, quibus, 'non Capuam solam[9] traditam in manum hostibus, sed se quoque et præsidium in omnes cruciatus proditos,' incusabant: 'abiisse eum in Bruttios, velut avertentem sese, ne Capua in oculis ejus caperetur. At Hercule Romanos ne oppugnatione quidem urbis Romanæ abstrahi ab Capua obsidenda potuisse. Tanto constantiorem inimicum Romanum, quam amicum Pœnum esse. Si redeat Capuam bellumque omne eo vertat, et se et Campanos paratos eruptioni fore. Non cum Rheginis neque Tarentinis bellum gesturos transisse Alpes. Ubi Romanæ legiones sint, ibi et Carthaginiensium exercitus debere esse. Sic ad Cannas, sic ad Trasimenum rem bene gestam; coëundo, conferendo cum hoste castra, fortunam tentando.' In hanc sententiam literæ conscriptæ Numidis, proposita mercede jam[10] professis operam, dantur. Hi specie transfugarum cum ad Flaccum in castra venissent, ut inde tempore capto[11] abirent,[p] famesque, quæ tam diu[12] Capuæ erat, nulli non probabilem causam transitionis faceret; mulier repente Campana in castra venit, scortum transfugarum unius, indicatque imperatori Romano, Numidas fraude composita transisse, literasque ad Hannibalem ferre. Id unum ex iis, qui sibi rem ape-

---

poterat; sed passim Livius nomini collectivo in altero demum membro pluralem subjungere solet.' *Doer.*—8 'Cum τὸ *Hi*, quo referatur, non habeat, et cum *abiisse eum* cohæreat, verbum aliquod v. c. exprobrant, objiciunt, supplendum est; nisi forte τὸ *quibus* delendum sit.' *Doering.*—9 In Edd. quibusdam *solum*.—10 'Pro *jam* eleganter *eam* legendum esse conjecit Duk.'

NOTÆ

[p] *Ut inde tempore capto abirent*] Non pejus in vulgata, *tempore captato*.

ruisset, arguere sese[13] paratam esse. Productus primo satis constanter ignorare se mulierem simulabat: paulatim dein convictus veris, cum tormenta posci et parari videret, fassus id ita esse. Literæque prolatæ; et[14] additum etiam indicio, quod celabatur,[y] et alios specie transfugarum Numidas vagari in castris Romanis. Hi supra septuaginta comprehensi, et cum transfugis novis mulcati virgis manibusque præcisis Capuam rediguntur.[z] Conspectum tam triste supplicium fregit animos Campanorum.

13. Concursus ad curiam populi factus coëgit Lesium senatum vocare; et primoribus, qui jam diu publicis consiliis aberant, propalam minabantur, nisi venirent in senatum, circa domos eorum ituros se, et in publicum omnes vi extracturos esse. Is timor frequentem senatum magistratui præbuit. Ibi cum ceteri de legatis mittendis ad imperatores Romanos agerent, Vibius Virrius,[15] qui defectionis ab Romanis auctor fuerat, interrogatus sententiam, negat, 'eos, qui de legatis et de pace ac deditione loquantur, meminisse, nec quid facturi fuerint, si Romanos in potestate habuissent; nec quid ipsis patiendum sit. Quid? vos,' inquit, 'eam deditionem fore censetis,[a] qua quondam, ut adversus Samnites auxilium impetraremus, nos nostraque omnia Romanis dedidimus? Jam e memoria excessit, quo tempore, et in qua fortuna a populo Romano defecerimus? jam, quemadmodum in defectione præsidium, quod poterat emitti, per cruciatum et ad contumeliam necarimus?[16] quoties in obsidentes, quam inimice eruperimus, castra oppugnarimus? Hannibalem vocaverimus ad opprimendos eos? hoc[17] quod recentissimum est, ad oppugnandam Romam hinc eum miserimus? Age contra, quæ illi infeste in nos

[y] *Supra illud quod indicatum fuerat a scorto, adjectum a Numida capto convictoque, aliud quod latebat.*
[z] *Iterum coguntur Capuam regredi.* [a] *Parem ei deditioni.*

Doering.—11 Al. *captato.*—12 Sigon. malit *jamdiu.*—13 Tan. Faber delet *esse.*—14 Tò *et* suspectum habet Duk.
15 *Vibius Virius* Gron. Crev. Doujat.—16 '*Per cruciatum et ad contumeliam necaverimus.* Put. *Necarimus*, et mox *oppugnarimus.* Alludit Voss. qui

fecerint, repetite; ut ex eo, quid speretis, habeatis. Cum hostis alienigena in Italia esset et Hannibal hostis, et cuncta bello arderent, omissis omnibus, omisso ipso Hannibale, ambo consules et duo consulares exercitus ad Capuam oppugnandam miserunt. Alterum annum circumvallatos inclusosque nos fame macerant, et ipsi nobiscum ultima pericula ac[18] gravissimos labores perpessi, circa vallum ac fossas sæpe trucidati, et prope ad extremum castris exuti. Sed omitto hæc. Vetus atque usitata res est, in oppugnanda hostium urbe labores ac pericula pati. Illud iræ atque odii execrabilis indicium est. Hannibal ingentibus copiis peditum equitumque castra oppugnavit, et ex parte cepit: tanto periculo nihil moti sunt ab obsidione. Profectus trans Vulturnum perussit Calenum agrum: nihil tanta sociorum clade avocati sunt. Ad ipsam urbem Romam infesta signa ferri jussit. Eam quoque tempestatem imminentem spreverunt. Transgressus Anienem, tria millia passuum ab Urbe castra posuit: postremo ad mœnia ipsa et ad portas accessit. Romam se ademturum eis, nisi omitterent Capuam, ostendit. Non omiserunt.[19] Feras bestias, cæco impetu ac rabie concitatas, si ad cubilia et catulos earum ire pergas, ad opem suis ferendam avertas. Romanos Roma circumsessa, conjuges, liberi, quorum ploratus hinc[20] prope exaudiebantur, aræ, foci, Deum delubra, sepulcra majorum temerata ac violata, a Capua non averterunt: tanta aviditas supplicii expetendi, tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis. Nec injuria forsitan. Nos quoque idem fecissemus, si data fortuna esset. Itaque quando aliter Diis immortalibus visum est, cum mortem ne recusare quidem debeam; cruciatus contumeliasque, quas sperat hostis, dum liber, dum mei potens sum, effugere morte, præterquam honesta, etiam leni, possum. Non videbo Ap. Claudium et Q. Fulvium, victoria insolenti subnisos, neque vinctus per urbem Romanam triumphi spectaculum trahar,

---

mearemus, oppugnaremus.' J. F. Gron.—17 Doering. conj. *ac, quod.*—18 Al. omittunt τὸ *ac.*—19 Al. *ostendit. Et non omiserunt.*—20 Al. *hic.* ' Male post

ut deinde in carcere,[q] aut ad palum deligatus, lacerato virgis tergo, cervicem securi Romanæ subjiciam: nec dirui incendique patriam videbo: nec rapi ad stuprum matres Campanas virginesque et ingenuos pueros. Albam, unde ipsi oriundi erant, a fundamentis proruerunt, ne stirpis,[1] ne memoria originum suarum extaret: nedum eos Capuæ parsuros credam, cui infestiores, quam Carthagini, sunt. Itaque quibus vestrum ante fato cedere, quam hæc tot tam acerba[2] videant, in animo est, iis apud me hodie epulæ instructæ paratæque sunt. Satiatis vino ciboque poculum idem, quod mihi datum fuerit, circumferetur: ea potio corpus ab cruciatu, animum a contumeliis, oculos, aures, a videndis audiendisque omnibus acerbis indignisque, quæ manent victos, vindicabit. Parati erunt, qui magno rogo in propatulo ædium accenso corpora exanima injiciant. Hæc una via et honesta et libera ad mortem. Et ipsi virtutem mirabuntur hostes, et Hannibal fortes socios sciet ab se desertos ac proditos esse.'

14. Hanc orationem Virrii[3] plures audierunt cumassensu, quam forti animo id, quod probabant, exequi potuerunt.[b] Major pars senatus, multis sæpe bellis expertam populi Romani clementiam haud diffidentes sibi quoque placabilem fore, legatos ad dedendam Romanis Capuam decreverunt miseruntque. Vibium Virrium septem et viginti ferme senatores domum secuti sunt epulatique cum eo; et, quantum facere[4] potuerant, alienatis mentibus vino ab imminentis sensu mali, venenum omnes sumserunt: inde misso con-

[b] *Ausi sunt exequi.*

---

hinc in quibusdam Edd. *quoque* inseritur.' *Doering*.—1 'Forte e quibusdam libris vett. leg. *stirps;* aut antique scriptum fuit *stirpes*.' Crev.—2 Al. *hæc tot et tam acerba*.

NOTÆ

[q] *Ut deinde in carcere*] Hæc fuit Romanorum triumphantium crudelitas, ut bello captos, postquam in triumphum ad spectaculum religatis tergo manibus duxerant, eodem tempore quo, sacris in Capitolio celebratis, gratias ob victoriam Diis agebant, in carcere fere jugularent; duces etiam hostium ac reges, nisi se data fide dedidissent.

vivio, dextris inter se datis ultimoque complexu, collacrymantes suum patriæque casum, alii, ut eodem rogo cremarentur, manserunt, alii domos digressi sunt. Impletæ cibis vinoque venæ minus efficacem in maturanda morte vim veneni fecerunt. Itaque noctem totam plerique eorum, et diei insequentis partem, cum animam egissent;[r] omnes tamen, prius quam aperirentur hostibus portæ, expirarunt. Postero die porta Jovis, quæ adversus castra Romana erat, jussu proconsulis[5] aperta est. Ea intromissa legio una et duæ alæ cum C. Fulvio legato.[6] Is cum omnium primum arma telaque, quæ Capuæ erant, ad se conferenda curasset, custodiis ad omnes portas dispositis, ne quis exire aut emitti posset, præsidium Punicum comprehendit, senatum Campanum ire in castra ad imperatores Romanos jussit. Quo cum venissent, extemplo his omnibus catenæ injectæ, jussique ad quæstores deferre, quod auri argentique haberent. Auri pondo septuaginta[s] fuit, argenti tria millia[t] pondo et ducenta.[7] Senatores quinque et viginti Cales in custodiam, duodetriginta Teanum missi: quorum de sententia maxime descitum ab Romanis constabat.

15. De supplicio Campani senatus haudquaquam inter Fulvium Claudiumque conveniebat. Facilis impetrandæ

---

3 Al. *viri*. Gron. conj. *Virii*.—4 Tò *facere* suspectum habet Duk.—5 Potius leg. censet Rupert. *proconsulum*, ut mox *ad imperatores Romanos*.—6 Quidam Mss. *cum C. Flaminio Fulvii legato*.—7 Summam immaniter augent Mss. Put. Reg. et al. *Auri pondo duo millia septuaginta*; et mox, *triginta millia pondo et mille ducenta*.

NOTÆ

[r] *Cum animam egissent*] *Animam agere* hic dici videtur pro vitam producere. Toto nempe eo tempore cum morte colluctati sunt hi Campani senatores, *ils furent à l'agonie*, donec extremum redderent spiritum. Sed num potius id vult, alios celerius et nocte ipsa, alios tardius et sequenti die, veneno extinctos? Certe *animam agere* dicuntur proprie qui expirant, seu qui ultimum spiritum reddunt.

[s] *Auri pondo septuaginta*] Exiguus in tanta urbe auri numerus. Augent mirum in modum Put. et Regius codices, *Auri pondo duo millia septuaginta*: quam summam 1124200. libris Francicis haud absurde æstimemus.

[t] *Argenti tria millia*] Iidem codices habent, *triginta millia pondo et mille ducenta*; quæ sunt libræ nostrates 1080000.

veniæ Claudius, Fulvio[8] durior sententia erat. Itaque Appius Romam ad senatum arbitrium ejus rei totum rejiciebat: percunctandi etiam æquum esse potestatem fieri Patribus, num communicassent consilia cum aliquibus sociorum Latini nominis municipiorum;[a] et num ope eorum in bello forent et municipiorum[9] adjuti. 'Id vero minime committendum esse,' Fulvius dicere, 'ut solicitarentur criminibus dubiis sociorum fidelium animi, et subjicerentur indicibus, queis, neque quid facerent, neque quid dicerent, quicquam unquam pensi fuisset. Itaque se eam quæstionem oppressurum extincturumque.'[*] Ab hoc sermone cum digressi essent, et Appius, quamvis ferociter loquentem, collegam, non dubitaret, tamen literas super tanta re ab Roma expectaturum; Fulvius, ne id ipsum impedimentum incepto foret, dimittens prætorium, tribunis militum ac præfectis socium[10] imperavit, uti duobus millibus equitum delectis denuntiarent, ut ad tertiam buccinam præsto essent. Cum hoc equitatu nocte Teanum profectus, prima luce portam intravit, atque in forum perrexit: concursuque ad primum equitum ingressum facto, magistratum Sidicinum citari jussit, imperavitque, ut produceret Campanos, quos in custodia haberet. Producti omnes, virgisque cæsi ac securi percussi.

[*] *Fore ut ipse supprimeret ejusmodi inquisitionem; et, si instituta esset, eam aboleret.*

8 Al. *Fuloti.*—9 Conj. Rupert. *sociorum Latini nominis et municipiorum* vel *municipiorumque* aut *municipiorumve*. Verba *et municipiorum*, quæ sequuntur, delenda putabant Doujat. et Doering. tum pro *aliquibus* Voss. et Put. *aliquis*.

NOTÆ

[a] *Latini nominis municipiorum*] In Regio aliisque libris, et Colbertinorum altero est, *non communicassent consilia cum aliquis* (pro *aliquibus*) *sociorum Latini nominis municipiorum, et non ope eorum in bello forent, et ad municipiorum adjuti.* Gronov. conjunctionem *et* ad prius membrum revocat, ut sit *sociorum Latini nominis et municipiorum.* Et sic distinguentur socii a municipibus. Quædam tamen municipia, quibus nempe data sine suffragio civitas, suis legibus vivebant teste A. Gellio lib. XVI. c. 13. Atque ita in sociorum magis quam civium numero haberi videntur potuisse. Qua ratione pro *ad*, quod postea scriptum est in quibusdam, legendum erit, *ac municipiorum*, et τὸ *eorum* ad socios tantum referendum: sed mihi frustra repetitum videtur nomen illud *municipiorum*.

Inde citato equo Cales percurrit: ubi cum in tribunali consedisset, productique Campani deligarentur ad palum, eques citus ab Roma venit, literasque a C. Calpurnio prætore Fulvio et senatus consultum tradidit.[11] Murmur ab tribunali totam concionem pervasit, differri rem integram ad Patres de Campanis; et[12] Fulvius, id ita esse ratus, acceptas literas neque resolutas cum in gremio reposuisset, præconi imperavit, ut lictorem lege agere juberet.[x] Ita de iis quoque, qui Calibus erant, sumtum supplicium. Tum literæ lectæ senatusque consultum, serum ad impediendam rem actam; quæ summa ope approperata erat, ne impediri posset. Consurgentem jam Fulvium Taurea Jubellius Campanus, per mediam vadens urbem turbamque, nomine inclamavit, et, cum, mirabundus quidnam sese vellet, resedisset Flaccus,[13] 'Me quoque,' inquit, 'jube occidi, ut gloriari possis, multo fortiorem, quam ipse es, virum abs te[14] occisum esse.' Cum Flaccus negaret, 'profecto satis compotem mentis esse,' modo, 'prohiberi etiam se, si id vellet, senatus consulto,' diceret: tum Jubellius, 'Quandoquidem,' inquit, 'capta patria, propinquis amicisque amissis, cum ipse manu mea conjugem liberosque interfecerim, ne quid indigni paterentur, mihi ne mortis quidem copia eadem est, quæ his civibus

—10 Al. *sociorum*.—11 '*Literasque a C. Calpurnio populoque Romano Fulvio cum tradidisset*. Ita legebatur ante Sigonium, satis inepte: itaque reposuit ille, *literasque a C. Calpurnio prætore Fulvio cum tradidisset*. Sed Pet. Men. Voss. et Florentini aliquot: *a C. Calpurnio populoque Romano Fulvio contradit*. Alius Etruscus, *literasque a C. Calpurnio prætore Fulvio tradit*. Alius, *a C. Calphurnio populo R. Fulvio est cum tradit*. Regius et Pal. *Calphurnio prætore Fulvio contradit*. Ita vitiarunt optimam scripturam antiquissimi Put. qui plane, *eques citus ab Roma venit, literasque a C. Calpurnio prætore Fulvio et S. C. tradit. Murmur ab tribunali totam concionem pervasit, differri rem integram ad Patres de Campanis*. Hæc pro captu suo in sequioris ævi libris corruperunt notarii. Explicatur post paucos versus, *Tum literæ lectæ senatusque consultum*.' J. F. Gron.—12 Pro *et* conj. Doering. *At*.—13 Vet. lib. apud Sigon. *et cum mirabundus quidnam sese vellet, inquireret, residens Flaccus*.—14 Al. *ab te*.

NOTÆ

[x] *Lege agere juberet*] In genere *lege agere*, est secundum legem aliquid persequi aut exequi: speciatim tamen hac formula utebantur magistratus, cum supplicium sumi de damnatis jubebant; nam et ita fere damnabant ut tantum contra legem fecisse videri pronuntiarent.

meis; petatur a virtute invisæ hujus vitæ vindictæ.' Atque ita gladio, quem veste texerat, per adversum pectus transfixus, ante pedes imperatoris moribundus procubuit.

16. Quia, et quod ad supplicium attinet Campanorum, et pleraque alia de Flacci unius sententia acta erant, mortuum Ap. Claudium sub deditionem Capuæ, quidam tradunt: hunc quoque ipsum Tauream neque sua sponte venisse Cales, neque sua manu interfectum; sed, dum inter ceteros ad palum deligatur, quia parum inter strepitus exaudiri possent, quæ vociferabatur, silentium fieri Flaccum jussisse; tum Tauream illa, quæ ante memorata sunt, dixisse, 'virum se fortissimum ab nequaquam pari ad virtutem occidi,' sub hæc dicta jussu proconsulis præconem ita pronuntiasse: 'Lictor, viro forti adde virgas, et in eum primum lege age.' Lectum quoque senatus consultum, prius quam securi feriret, quidam auctores sunt; sed, quia ascriptum in senatus consulto fuerit, 'si ei videretur, integram rem ad senatum rejiceret,' interpretatum esse, quid magis e re publica duceret, æstimationem sibi permissam. Capuam a Calibus [y] reditum est, Atellaque [z] et Calatia [a] in deditionem acceptæ. Ibi quoque in eos, qui capita rerum erant, animadversum. Ita ad septuaginta [15] principes senatus interfecti; trecenti ferme nobiles Campani in carcerem conditi: alii, per sociorum Latini nominis urbes in custodias dati, variis casibus interierunt: multitudo alia civium Campanorum venum data. De urbe agroque reliqua consultatio fuit, quibusdam delendam censentibus urbem prævalidam, propinquam, inimicam. Ceterum præsens utilitas vicit. Nam propter agrum, quem omni fertilitate terræ satis constabat primum in Italia esse, urbs servata est, ut esset aliqua aratorum sedes. Urbi frequentandæ multitudo incolarum libertinorumque et institorum opificumque retenta: ager omnis et tecta publica populi Romani facta. Ceterum habitari

NOTÆ

[y] *Calibus*] *Cales*, hod. *Calvi*, in Terra Laboris.

[z] *Atellaque*] Nunc *Aversa*, medio itinere inter Capuam et Neapolim.

[a] *Calatia*] Vulgo *Caiazzo* in Terra quoque Laboris.

tantum, tanquam urbem, Capuam frequentarique placuit: corpus nullum civitatis, nec senatus,[16] nec plebis concilium, nec magistratus esse. Sine consilio publico, sine imperio multitudinem, nullius rei inter se sociam, ad consensum inhabilem fore. Præfectum ad jura reddenda[a] ab Roma quotannis missuros. Ita ad Capuam res compositæ, consilio ab omni parte laudabili. Severe et celeriter in maxime noxios animadversum: multitudo civium dissipata in nullam spem reditus: non sævitum incendiis ruinisque in tecta innoxia murosque: et cum emolumento quæsita etiam apud socios lenitatis species incolumitate urbis nobilissimæ opulentissimæque, cujus ruinis omnis Campania, omnes, qui Campaniam circa accolunt, populi ingemuissent: confessio expressa hosti, quanta vis in Romanis ad expetendas pœnas ab infidelibus sociis, et quam nihil in Hannibale auxilii ad receptos in fidem tuendos esset.

17. Romani Patres,[b] perfuncti,[17] quod ad Capuam attinebat, cura,[d] C.[18] Neroni ex iis duabus legionibus, quas ad Capuam habuerat, sex millia peditum et trecentos equites, quos ipse legisset, et socium Latini nominis peditum numerum parem et octingentos equites decernunt. Eum exercitum Puteolis in naves impositum Nero in Hispaniam transportavit. Cum Tarraconem[c] navibus venisset, ex-

[d] *Cura soluti, quantum ad Capuam.*

15 *Octoginta* in quibusdam Edd.—16 ' *Nec senatum* in quibusdam libb. Mss. et Edd. vett. apud Drakenb. quod præferendum videtur.' *Doering.*

17 ' Merito suspectus Pighio locus, qui tamen frustra tentat, *Romæ proconsulibus perfunctis*, et *decernuntur*. Unus Pall. *prætores:* alter, Put. omnesque Gallicani, Voss. *Romani patres perfuncti*. Nec dubita sic refingere: nam, quod de illis effertur, senatus erat, non proconsulum videlicet.' *J. F. Gronov.*

NOTÆ

[a] *Præfectum ad jura reddenda*] Sic in præfecturam redacta Capua. Quid distent a coloniis et municipiis præfecturæ, alibi observatum est.

[b] *Romani Patres*] Ita Put. ceterique Gallici Mss. melius quam qui habent *Romani proconsules*, aut *Romani prætores:* nam quæ sequuntur non tantum ad magistratuum, sed ad totius senatus curam pertinebant.

[c] *Tarraconem*] Urbs maritima Hispaniæ: diu princeps fuit Tarraco, Scipionum opus; vul. *Tarragona* in Catalonia.

positisque ibi copiis, et navibus subductis, socios quoque navales multitudinis augendæ causa armasset; profectus ad Iberum flumen, exercitum ab T. Fonteio et L. Marcio accepit. Inde pergit ad hostes ire. Hasdrubal Hamilcaris ad Lapides atros castra habebat in Ausetanis.[19 d] Is locus est inter oppida Illiturgin[20 e] et Mentissam.[f] Hujus saltus fauces Nero occupavit.[g] Hasdrubal, ne in arcto res esset, caduceatorem misit,[1] qui promitteret, si inde missus foret, se omnem exercitum ex Hispania deportaturum. Quam rem cum læto animo Romanus accepisset, diem posterum Hasdrubal colloquio petivit, ut Romani leges conscriberent de tradendis arcibus urbium, dieque statuenda, ad quam præsidia deducerentur, suaque omnia sine fraude Pœni deportarent. Quod ubi impetravit, extemplo primis tenebris, atque inde tota nocte, quod gravissimum exercitus erat, Hasdrubal, quacumque posset, evadere e saltu jussit. Data sedulo opera est, ne multi ea nocte exirent, ut ipsa paucitas cum ad hostem[2] silentio fallendum aptior, tum ad evadendum per arctas semitas ac difficiles

—18 Al. *Claudio Nereni*.—19 *Bastitanis* conj. Rupert. pro *Ausetanis*. *Oretanis* conj. Glar. et Donjat.—20 'Scribe *Illiturgi*. Numerat enim Priscianus *Illiturgi* inter nomina neutra quæ desinunt in i, et sunt aptota.' *Sigon*.—1 'Diversimode hic locus in libb. Mss. exhibetur. Hinc J. F. Gron. ex conjectura proposuit, *Hujus saltus fauces Nero cum arcte sepsisset, caduceatorem misit* (sc. Hasdrubal): et N. Heins. ad Tacit. Annal. lib. v. *Hujus saltus fauces ut Nero arte præsepsit, caduceatorem misit* cett.' *Doering*.—2 Al. *tum ad*

NOTÆ

[d] *Ad Lapides atros ... in Ausetanis*] Lege *in Oretanis*. Certe Ant. Moralis, circa Biatiam, quæ ad Oretanorum fines, testatur adhuc rupes esse, quæ vulgo *Peñas negras*; sed hæ procul ab Ausetanis, qui ab *Ausa* dicti, nunc *Vic d'Osona* in Catalonia.

[e] *Illiturgin*] Alias *Ilurgi*. Neut. gen. Jam diximus ad lib. XXIII. cap. 4. hoc oppidum Bæticæ fuisse, in Turdulorum regione, supra Cordubam: ibi ut volunt ubi *Andujar et Viejo*, in Andalusia.

[f] *Mentissam*] Plinius *Mentesam* vocat: fuit in Oretanis, creditque a Sansone et Brietio nunc *Montiel* appellari, quod est Castellæ novæ oppidum ea regione quæ *Mancha* vocatur: hinc nomen vicinis montibus, sive saltui, qui pars Orospedæ, vulgo *Sierra de Montiel*. Clusio est *Mentexa*, Marianæ *Montejon*, seu *Montizon*.

[g] *Nero occupavit. Hasdrubal, ne in arcto res esset*] Ita hic variant et laborant scripti, ut standum videatur lectioni vulgatæ.

esset. Ventum insequenti die ad colloquium est: sed loquendo plura scribendoque, dedita opera, quæ in rem non essent, die consumto, in posterum dilatum est. Addita insequens nox spatium dedit et alios emittendi: nec postero die res finem invenit. Ita aliquot dies disceptando palam de legibus, noctesque emittendis clam e castris Carthaginiensibus, absumtæ; et, postquam major pars emissa exercitus erat, jam ne iis quidem, quæ ultro dicta erant, stabatur, minusque ac minus (cum timore simul fide decrescente) conveniebat. Jam ferme pedestres omnes copiæ evaserant e saltu; cum prima luce densa nebula saltum omnem camposque circa intexit.[3] Quod ubi sensit Hasdrubal, mittit ad Neronem, qui in posterum diem colloquium differret. Illum diem religiosum Carthaginiensibus ad agendum quicquam rei seriæ[4 h] esse. Ne tum quidem suspecta fraus. Cum data esset venia ejus diei,[a] extemplo Hasdrubal, cum equitatu elephantisque castris egressus, sine ullo tumultu in tutum evasit. Hora ferme quarta dispulsa[5] sole nebula aperuit diem, vacuaque hostium castra conspexerunt Romani. Tum demum Claudius, Punicam fraudem agnoscens, ut se dolo captum sensit, proficiscentem institit sequi, paratus confligere acie: sed hostis detrectabat pugnam; levia tamen prælia[6 i] inter extremum Punicum agmen præcursoresque Romanorum fiebant.

18. Inter hæc Hispaniæ populi, nec qui post cladem

[a] *Cum consensisset Nero ut eo die colloquia cessarent.*

---

hostem.—3 Al. *intexuit.*—4 Al. *Quicquam rei feriatum.* 'Desiderius Heraldus ad Arnobium de vitio suspicabatur, eoque vocem *feriatum*, ut interpretem *τοῦ religiosum* delebat.' *J. F. Gronov.*—5 Al. *depulsa.*—6 Muret. *levia tantum.*

NOTÆ

[h] *Ad agendum quicquam rei seriæ*] Vulgo *ad agendum quicquam rei feriatum*, sed ultima vox supervacanea, cum eandem rem satis explicet vox *religiosum*, quæ præcedit: ideoque Desiderius Heraldus *τὸ feriatum* expungit. Colbert. melior videtur habuisse *rei seriæ esse*; quod plane congruit cum Gronovii emendatione.

[i] *Levia tamen prælia*] Muret. *Levia tantum prælia.*

acceptam defecerant, redibant ad Romanos, nec ulli novi deficiebant. Et Romæ senatui populoque, post receptam Capuam, non Italiæ jam major, quam Hispaniæ, cura erat: et exercitum augeri, et imperatorem mitti placebat. Nec tamen, quem mitterent,[k] satis constabat, quam illud,[7] ubi duo summi imperatores intra dies triginta cecidissent, qui in locum duorum succederet, extraordinaria cura delegendum esse. Cum alii alium nominarent, postremum eo decursum est, ut populus proconsuli creando in Hispaniam comitia haberet; diemque comitiis consules edixerunt. Primo expectaverant, ut, qui se tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. Quæ ut destituta expectatio est, redintegratus luctus acceptæ cladis desideriumque imperatorum amissorum. Mœsta itaque civitas, prope inops consilii, comitiorum die tamen in campum descendit; atque in magistratus versi circumspectant ora principum, aliorum alios intuentium, fremuntque, adeo perditas res desperatumque de re publica esse, ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere;[8] cum subito P. Cornelius, illius,[9] qui in Hispania ceciderat, filius, quatuor et viginti

7 '*Nec tamen, quem mitterent, satis constabat, quam*, ut, sicut, *illud*, cet. vel ante *satis* suppl. tam: nisi pro *tamen* leg. *tam* cum Gron. vel *tamen tam* cum Bauero, qui recte monet, *τὸ tamen* vix desiderari posse.' *Rupert.*—8 '*Ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere*, ut paulo ante *proconsuli creando in Hispaniam. in Hispaniam* omnes Mss. præter Lov. 2. et Edd. *in Hispania* emend. Gron. h. l. et ad XL. 36. extr. quia imperium non detur in provincias, sed in exercitus in provinciis. Cf. XXX. 41. pr. ubi quidam libri exhibent *in Etruria*, et alii *in Etruriam prorogatum imperium est*. Mox etiam *P. Scipioni imperium esse in Hispaniam* Edd. ante Gron. et quidam Mss. quod minime improbandum videbatur Bauero. 'Ratio Gron. non firma est. Videtur probasse sententiam Sigon. de Lege Cur. c. 8. 9. et post. disput. adv. Gruch. cap. 15. sqq. Sed digna consideratione sunt, quæ Sigonio reposuit Gruch. in Refut. ad post. disput. Sigon. cum alibi, tum præcipue c. 16. 17. 18.' Duk.' *Rupert.*—9 '*Cum subito P. Cornelius, illius*, (P. Cornelii Scipionis,) *qui in Hispania ceciderat*: vox *illius* abest a Mss. Put. Reg. Cantabr. unde *Publii* (quod prænomen, una litera notatum, facile omitti poterat) pro *illius* substituere Gron. Drak. Ern. *ejus* conj. Jac. Gron. ut XXIX. 14. 'P. Scipionem, Cn. filium,

NOTÆ

[k] *Nec tamen, quem mitterent*] Libenter pro *tamen* scripserim *tam*, quod Gronovio non displicet, ut aperte referatur ad proximi membri particulam *quam*: etsi non inficior in his particulam *tam*, et a Nostro, et a Tacito aliisque aliquando subticeri.

ferme annos natus, professus se petere,[f] in superiore, unde conspici posset, loco constitit. In quem postquam omnium ora conversa sunt, clamore ac favore ominati extemplo sunt felix faustumque imperium. Jussi deinde inire confusum[10] suffragium,[1] ad unum omnes non centuriæ modo, sed etiam homines, P. Scipioni imperium esse in Hispania jusserunt. Ceterum post rem actam, ut jam resederat[11] impetus animorum ardorque, silentium subito ortum et tacita cogitatio, quidnam egissent? num favor[12 m] plus valu-

[f] *Cum publice declarasset paratum se ad provinciam illam, si sibi mandaretur, suscipiendam.*

ejus, qui in Hispania ceciderat.' Et profecto *ejus* facile excidere potuit post *Cornelius*: sed facilius *illius*, quod idem est. Ceterum majorem interpunctionem ante *cum subito* jam recte mutavit Doering.' *Rupert.*—10 *Confusum* plerique exhibent libri: quidam *confisum* et *confestim*. Sunt etiam qui vocem omittant: quos secutus est Drak. Neque eam ferri posse putabat Gron. Mox *curiæ* pro *centuriæ* leg. Sigon. Vide Not. Var.—11 Al. *resederant*.—12 'Ita e Mss. legendum esse pro vulg. *quidnam egissent novi, quod favor* cet. docuit Gron. Obss. IV. 11. cum nihil *novi* sit, quod in Campo plus gratia valeat, quam meritum. Sed utique novo exemplo proconsulem *centuriatis* comitiis et suffragiis *confusis* creatum esse, ita ut omnis res a solo favore plebis, non a ratione et judicio prudentiorum penderit, monet Doering. Idem conj. *quidnam egissent novi, quo*, sc. nove et præter morem facto, *favor* cet.' *Rupert.*

NOTÆ

[1] *Jussi deinde inire confusum suffragium*] Plerique scripti habent *inire confisum*, vel *confusum suffragium*; unus *confestim*. Illud intelligi potest de comitiis tributis, in quibus populus non descriptus censu, ordinibus, ætatibus ut in centuriatis; sed fuse in tribus convocatus suffragium ferebat, quemadmodum loquitur Cic. l. III. de legib. Et agebatur hic non de consule aut prætore creando, sed de proconsule. At proconsules tributis comitiis creari soliti, non centuriatis, nec opinor curiatis: quamvis lex curiata ferretur de imperio magistratuum, sive de plena belli administrandi potestate ipsis mandanda, postquam centuriatis renuntiati fuerant consules, prætores, &c. Verum huic sententiæ obstat quod mox sequitur, *ad unum omnes non modo centuriæ, sed etiam homines Pub. Scipioni imperium esse in Hispania jusserunt*: quod etiam cap. 41. ipse Scipio repetit; unde colligitur hæc comitia sive creandi proconsulis, sive mandandi imperii, centuriata fuisse: Gron. *centuries* hic pro tribubus dici putat, ut d. cap. 22. et alibi.

Confusum suffragium] Cum per centurias, aut tribus suffragium latum non sit, sed confuse. Vid. J. F. Gronovium. *J. Clericus.*

[m] *Quidnam egissent? num* [*egissent novi, quod*] *favor, &c.*] Scripti excludunt τὸ *quod*. Gronov. IV. Observ. 11. ex voce *novi* format *num*. Sic, *Quidnam egissent? Num favor plus valuisset quam ratio?* Sed recepta lectio planiorem habet sententiam, præsertim correcta una litera. *Quidnam egis-*

isset, quam ratio? Ætatis maxime pœnitebat: quidam fortunam etiam domus horrebant, nomenque ex funestis duabus familiis in eas provincias, ubi inter sepulcra patris patruique res gerendæ essent, proficiscentis.

19. Quam ubi ab re tanto impetu acta solicitudinem curamque hominum animadvertit,[13] advocata concione, ita de ætate sua imperioque mandato et bello, quod gerendum esset, magno elatoque animo disseruit, ut ardorem eum, qui resederat,[14] excitaret rursus novaretque; et impleret homines certioris spei, quam quantam fides promissi humani, aut ratio ex fiducia rerum subjicere solet. Fuit enim Scipio non veris tantum virtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ab juventa in ostentationem earum compositus: pleraque apud multitudinem, aut[15] per nocturnas visa species, aut velut divinitus mente monita,[16] agens; sive et ipse capti[17] quadam superstitione animi, sive ut imperia consiliaque, velut sorte oraculi missa, sine cunctatione assequeretur.[e 18 n] Ad hoc° jam inde ab initio præparans animos, ex quo togam virilem sumsit, nullo die prius ullam[19]

e Sed etiam artificio quodam assuefactus a juvenilibus annis ad ostentandas virtutes suas. Apud vulgus simulabat se omnia agere aut quasi indicata inter somnum per spectra quædam, aut quasi animus divinitus esset admonitus: seu quod ipse quoque ita sentiret mente superstitioni addicta: seu ut facilius consequeretur ab aliis quicquid imperaret aut consuleret, cum ea oraculi responso edita crederent.

13 ' Oportet hoc loco connivisse eos, qui scriptos vett. codd. inspexerunt; adeo credere non possum uni Cantabrigiensi relictam fuisse restitutionem Livianæ manus. Habet enim *animam advertit*, quod mutandum in *animum advertit*. Vide omnino XXIV. 48.' *J. F. Gron.*—14 Al. *resederat*, et mox *innovaretque*.—15 Pro *aut* Rupert. conj. *ut*.—16 ' Optimi Gall. et Flor. *mentem monita*. Sed rectius in vulg. utrumque auferendi casu accipies.' *J. F. Gron.* Conj. Bauer. *mente moto*.—17 Doering. conj. *sive esset ipse capti*.—18 '*Assequerentur* plerique Mss. et Edd. ante Ald. *essequerentur*, Put. unde Gron. recte, opinor, conj. *exsequerentur*, quod et probavit Duk. et recepit Drak.' *Rupert. Exsequerentur* dant Doering. et Kreyssig.—19 Olim legebatur *nullo die prius*

NOTÆ

sent novi? Quid favor plus valuisset quam ratio?

[n] *Sine cunctatione assequeretur*] Pleriqne scriptorum *assequerentur*. Put. *essequerentur*, teste Gron. qui inde conjicit non improbabiliter, *exequerentur*: ii scilicet in quos ipsi Scipioni imperium.

° *Ad hoc*] Vulgo *ad hæc*, id est, præterea.

publicam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret, ingressusque ædem consideret,[p] et plerumque solus in secreto[20] ibi tempus tereret. Hic mos, per omnem vitam servatus,[1] seu consulto, seu temere, vulgatæ opinioni fidem apud quosdam fecit, stirpis eum divinæ virum esse; retulitque famam,[q] in Alexandro Magno prius vulgatam,[r] et vanitate et fabula parem, anguis immanis concubitu conceptum, et in cubiculo matris ejus persæpe visam prodigii ejus speciem, interventuque hominum evolutam repente atque ex oculis elapsam. His miraculis[s] nunquam ab ipso elusa fides est:[AA] quin potius aucta arte quadam, nec ab-

[A] *Ipse Scipio nunquam horum prodigiorum fidem elevavit, aut imminuit.*

---

nullam.—20 Put. *in secretu.*—1 Hanc lectionem e III. Mss. recepit Rupert. pro vulg. *Hic mos, qui per o. v. servabatur.* Vox *qui* in nullo pæne Ms. extat. Put. *servabat.* Petav. *servabant.*—2 *Hujus miraculi* et mox *abnuentis* et *affir-*

NOTÆ

[p] *Ingressusque ædem consideret*] An more Græcorum, qui numina sedentes adorabant? Huc pertinet quod ex antiquioribus refert A. Gell. lib. VII. cap. 1. 'Scipionem hunc Africanum solitavisse noctis extremo, priusquam dilucularet, in Capitolium ventitare, ac jubere aperiri cellam Jovis, atque ibi solum diu demorari, quasi consultantem de rep. cum Jove; ædituosque templi sæpe esse demiratos, quod solum id temporis in Capitolium ingredientem, canes, semper in alios sævientes, neque latrarent eum, neque incurrerent.'

[q] *Retulitque famam*] Sive hic mos Jovem ante diluculum adeundi, sive potius Scipio, hoc more aliisque rebus gestis, renovavit famam, quæ antea de Alexandro Magno vulgata fuerat.

[r] *Famam, in Alexandro Magno prius vulgatam*] Id quod testatur Gellius initio ejusdem capitis: 'Quod de Olympiade, Philippi regis uxore, Alexandri matre, in historia Græca scriptum est; idem de Pub. Scipionis quoque matre, qui prior Africanus appellatus est, memoriæ datum est. Nam et C. Oppius et Julius Higinus, aliique qui de vita et rebus Africani scripserunt, matrem ejus diu sterilem existimatam tradunt: Pub. quoque Scipionem, cum quo nupta erat, liberos desperavisse: postea in cubiculo atque in lecto mulieris, cum absente marito cubans sola obdormisset, visum repente juxta eam cubare ingentem anguem, eumque iis, qui viderant, territis et clamantibus, elapsum inveniri non quisse: id ipsum Pub. Scipionem ad haruspices retulisse; eos sacrificio facto respondisse fore ut liberi gignerentur: neque multis diebus posteaquam ille anguis in lecto visus est, mulierem concepisse: exinde mense decimo peperisse.' Hinc tam ille quam Alexander Jove geniti apud vulgus credi cœpere; nam antiquitas Jovis alteriusve Dei genios ejusmodi serpentes existimabat.

[s] *His miraculis*] Vult Gronov. *hujus*

nuendi tale quicquam, nec palam affirmandi. Multa alia ejusdem generis, alia vera, alia assimulata, admirationis humanæ in eo juvene excesserant modum:[t] quibus freta tunc civitas ætati haudquaquam maturæ tantam molem rerum tantumque imperium permisit. Ad eas copias, quas ex vetere exercitu Hispania habebat, quæque a Puteolis cum C.[3] Nerone trajectæ erant, decem millia militum[4 u] et mille equites adduntur: et M. Junius Silanus proprætor adjutor ad res gerendas datus est. Ita cum triginta navium classe (omnes autem quinqueremes erant) ostiis Tiberinis profectus, præter oram Tusci maris, Alpes atque Gallicum sinum,[x] et deinde Pyrenæi † circumvectus promontorium,[y] Emporiis[5] urbe Græca[z] (oriundi et ipsi a Phocæa[a] sunt)

mantis conj. J. F. Gron.—3 *Claudio* Gron. Crev. Doujat.—4 Ita optimi Mss. non *peditum*, quod in Edd. vett.—† *Pyrenes* edd. ante Drak.—5 Edd. ante

NOTÆ

miraculi, sed nullo laudato Ms. Et dici potest *elusa fides* cum dandi casu, perinde ac detracta aut denegata fides.

[t] *Admirationis humanæ ... excesserant modum*] Admiratione digna phrasis: est enim admiratio nonnisi rerum quæ modum excedunt per se: sed hac hyperbole exprimitur Scipionem adeo admirabilem fuisse, ut res ejus ea excederent, quæ vulgo admirari homines solent.

[u] *Decem millia militum*] Milites pro peditibus accipi apud bonos auctores satis constat, vel ex lib. x. Epistolarum Famil. apud Cicer. ubi Lepidus ad eum scribit: 'itaque ad me complures milites et equites ab eo transierunt.'

[x] *Gallicum sinum*] *Mare Gallicum*, quod Mediterranei pars est, vocant hodie nautæ, magna ex parte ab ostiis Rhodani ad Pyrenæos, *le Golfe de Lyon*.

[y] *Pyrenæi* [*Pyrenes*] *circumvectus promontorium*] Vocarunt et promontorium Veneris, Græcis Aphrodisium, a templo Veneris Pyrenææ, ad quod usque excurrunt Pyrenæi montes. Hodie nominis vestigia servare videtur, *Cap de Vendres*, in aditu Cataloniæ; sed longius in mare excurrit promontorium paulo ulterius, quod vulgo vocant *Cap de Cadaques*, vel *Cap de Creuz*.

[z] *Emporiis urbe Græca*] De hac Massiliensium colonia jam diximus: hodie *Castel d'Amprurias* appellatur, comitatus sui caput, sive tractus qui vulgo *Lampourda*, citra Gerundam.

[a] *Phocæa*] De hac quoque Græcorum colonia in Asia minori, quam

copias exposuit: inde sequi navibus jussis, Tarraconem pedibus profectus,[i] conventum omnium sociorum[b] (etenim legationes ad famam adventus ejus ex omni se provincia effuderant) habuit. Naves ibi subduci jussit,[k] remissis quatuor triremibus Massiliensium, quæ officii causa ab domo prosecutæ fuerant. Responsa inde legationibus suspensis varietate tot casuum dare cœpit, ita elato ab ingenti virtutum suarum fiducia animo, ut nullum ferox verbum excideret, ingensque omnibus, quæ diceret, cum majestas inesset, tum fides.

20. Profectus ab Tarracone, et civitates sociorum et hyberna exercitus adiit; collaudavitque milites, quod, duabus tantis cladibus deinceps icti, provinciam obtinuissent, nec fructum secundarum rerum sentire hostes passi,[l] omni cis Iberum agro eos arcuissent, sociosque cum fide tutati essent. Marcium secum habebat cum tanto honore, ut facile appareret, nihil minus, quam vereri, ne quis[6] obstaret gloriæ suæ.[m] Successit inde Neroni Silanus, et in hyberna novi milites deducti. Scipio, omnibus, quæ adeunda agendaque erant, mature aditis peractisque, Tarraconem

[i] *Itinere terrestri pergens ab Emporiis Tarraconem usque.*
[k] *Imperavit ut naves in Tarraconensem portum deducerentur e mari.*
[l] *Nec passi essent ut hostes utilitatem ex victoria caperent.*
[m] *Eum nihil minus formidare, quam ne quis ejus gloriam obscuraret.*

Gron. *Emptoris.* [i] Verba *et ipsi* suspecta mihi videntur. Forte exciderunt *ut Massilienses*, vel tota glossa fuit *et ipsi ut Massil.*' Rupert.

6 Ita optimi plurimique Mss. Al. *nihil minus eum vereri, quam ne quis.*—

NOTÆ.

Velleius Paterculus Ionibus ascribit, alii Æolibus, quæque hodie nautis *Focchie*, actum antea.

Oriundi et ipsi a Phocæa] Ita loquitur Livius, quod Gallicum sinum memoraus cogitasset de Massilia illic sita, et a Phocæis, ut notum est, olim condita. Itaque voces hæ *et ipsi* potius cum cogitatione Livii, quam cum ejus oratione connexæ sunt. *J. Clericus.*

[b] *Conventum omnium sociorum*] Hic mos prætorum, aliorumque magistratuum provincialium, ut advenientes conventum haberent sociorum, subjectorumque populorum; qui ad eos, tum officii causa, id est, salutandi per legatos, tum mandata accipiendi, concurrebant: singulis præterea annis, ad certa loca juris disceptandi gratia populi conveniebant, quæ idcirco loca conventus quoque appellabantur.

concessit. Nihilo minor fama apud hostes Scipionis erat, quam apud cives sociosque, et divinatio quædam futuri, quo minus ratio timoris reddi poterat oborti temere,[c] majorem inferens metum."[7] In hyberna diversi concesserant: Hasdrubal Gisgonis usque ad oceanum et Gades: Mago in mediterranea, maxime supra Castulonensem saltum:[d] Hasdrubal Hamilcaris filius proximus Ibero circa Saguntum hybernavit. Æstatis ejus extremo, qua capta[8] est Capua et Scipio in Hispaniam venit, Punica classis, ex Sicilia Tarentum accita ad arcendos commeatus præsidii Romani, quod in arce Tarentina erat, clauserat quidem omnes ad arcem a mari aditus; sed assidendo diutius arctiorem annonam sociis, quam hosti, faciebat. Non enim tantum subvehi oppidanis per pacata littora apertosque portus præsidio navium Punicarum poterat, quantum frumenti classis ipsa, turba navali mixta ex omni genere hominum, absumebat; ut arcis præsidium etiam sine invecto (quia pauci erant)[9] ex ante præparato sustentari posset; Tarentinis classique ne invectum quidem sufficeret. Tandem majore gratia, quam venerat, classis dimissa est.[e] Annona[10] haud multum laxaverat, quia, remoto maritimo præsidio, subvehi frumentum non poterat.

" *Et futuri velut augurium hostibus timorem tanto majorem incutiens, quanto minus ejus ratio reddi poterat, utpote qui sine ulla probabili causa exortus esset.*

[e] *Classis Punicæ jucundior fuit Tarentinis digressus, quam fuerat ejusdem adventus.*

---

7 Olim legebatur *eo' opportuna majorem inferens metum.* Vide Not. Var.—8 'Ita edidi ex emendatione Periz. pro vulg. *quo capta.*' Rupert.—9 Olim legebatur *quia ibi pauci erant.*—10 *Classis dimissa annonam* cet. conj. J. F. Gron.

NOTÆ

[c] *Quo minus ratio timoris reddi poterat oborti temere*] Editi fere habent *oportet temere.* Reg. *Oportet timere.* Colb. *quo minus ratio timoris reddi poterat, eo opportune majorem inferens metum:* quod explicari potest. Elegantius Gronov. ex pluribus mire variantibus lectionibus, textum restituit, qui egregie loci hujus exprimit sensum.

[d] *Castulonensem saltum*] A Castulone oppido in Oretanorum citerioris, et Turdulorum ulterioris Hispaniæ populis, sito, quod nunc *Caslona Vieja,* dictus est *saltus Castulonensis:* creditur esse montium Marianorum pars, circa vallem, quæ *puerto de Muradal,* et Campestria quibus ab oppido exiguo Tolosa nomen est, vulgo *Navas de Tolosa,* inter *Montiel* Castellæ Novæ, et *Ubedam* Andalusiæ Orientalis oppida.

21. Ejusdem æstatis exitu M. Marcellus ex Sicilia provincia cum ad Urbem venisset, a C. Calpurnio prætore senatus ei ad ædem Bellonæ datus est. Ibi cum de rebus a se gestis disseruisset, questus leniter [11] non suam magis, quam militum, vicem, quod provincia confecta exercitum deportare non licuisset, postulavit, ut triumphanti Urbem inire liceret. Id non impetravit. Cum multis verbis actum esset, utrum minus conveniret, cujus nomine absentis, ob res prospere ductu ejus gestas, supplicatio decreta foret, et Diis immortalibus habitus honos, ei præsenti negare triumphum; an, quem tradere exercitum successori jussissent, (quod, nisi manente in provincia bello, non decerneretur,) eum quasi debellato [p] triumphare, cum exercitus, testis meriti atque immeriti [12] triumphi, abesset: medium visum, ut ovans Urbem iniret. Tribuni plebis ex auctoritate senatus ad populum tulerunt, ut M. Marcello, quo die Urbem ovans iniret, imperium esset. Pridie, quam Urbem iniret, in monte Albano [q] triumphavit. Inde ovans multam præ se prædam in Urbem intulit. Cum simulacro captarum Syracusarum catapultæ ballistæque et alia omnia instrumenta belli lata, et pacis diuturnæ regiæque opulentiæ ornamenta, argenti ærisque fabrefacti vis,[r] alia supellex [13] pretiosaque vestis et multa nobilia signa,[r] quibus inter primas Græciæ urbes Syracusæ ornatæ fuerant. Punicæ quoque victoriæ signum,[r] octo ducti elephanti. Et non minimum fuit [14] spectaculum cum coronis aureis

[p] *Quasi bello confecto.*
[q] *Eximiæ statuæ picturæque quamplurimæ.*
[r] *Nota victoriæ de Pœnis relatæ.*

11 Ms. Gærtn. *leviter*, quod rectius putat Rupert.—12 J. F. Gron. conj. *aut immeriti*.—13 Al. *argenti ærisque fabrefacta vasa et alia supellex*.—14 Sic

NOTÆ

[q] *In monte Albano*] Nec primus, nec ultimus hoc commento usus est Marcellus, ut negato Romæ triumpho, in Albano monte, retentis extra urbem insignibus imperii proconsularis, triumpharet; quod intra urbem sine senatusconsulto, aut lege speciali retinere non liceret. Exemplum dederat C. Papirius Maso; secutus est postea L. Æmilius Paulus.

[r] *Fabrefacti vis*] In editis scriptisque pluribus *argenti ærisque fabrefacta vasa*.

præcedentes Sosis Syracusanus et Mericus Hispanus; quorum altero duce nocturno Syracusas introitum erat, alter Nasum, quodque ibi præsidii erat, prodiderat. His ambobus civitas data et quingena [15] jugera agri. Sosidi in agro Syracusano, qui aut regius, aut hostium populi Romani fuisset, et ædes Syracusis cujus vellet eorum, in quos belli jure animadversum esset: Merico Hispanisque, qui cum eo transierant, urbs agerque in Sicilia ex iis, qui a populo Romano defecissent, jussa dari. Id M. Cornelio [16] mandatum, ut, ubi ei videretur, urbem agrumque eis assignaret. In eodem agro Belligeni,[17 g] per quem illectus ad transitionem Mericus erat, quadringenta jugera agri decreta. Post profectionem ex Sicilia Marcelli, Punica classis octo millia peditum, tria Numidarum equitum exposuit. Ad eos Murgantinæ desciverunt terræ.[18 h] Secu-

---

'doctius quam *fuere*, quod Aldus substituit.' *Rupert.*—15 Al. *quingenta.*—16 'Glareanus leg. *P. Cornelio*, et Publium Cornelium Lentulum intelligit, qui prætor ante fuerat.' *Sigon.*—17 'Put. Men. optimus Etruscorum, Barberinus, Vossianus: *Id M. C. m. u. u. e. v. u. a. e. assignaret in eodem agro Syracusano, qui aut regius aut hostium populi Romani fuisset, et ædes Syracusis cujus vellet eorum in quos belli jure animadversum esset. In eodem agro Belligeni* cet. Quæ a vulgatis absunt, et videntur quidem ex superioribus inculcata, eoque aliis librariis spreta fuisse: quia tamen in optimis tantum libris reperiebantur, monere de eo volui, ne, si cui secus videretur, fidem nostram accusaret.' *J. F. Gron.*—18 'Leg. *Murgantini*, et del. vox importuna *terræ*, quam quidam Mss. ignorant; Gron. In Mss. vero plerisque legitur *ad eos Murgeniæ terræ secutæ*. Hinc Jac. Gron. conj. *Ad eos Murgenia* (f. *Murgentia*) *et Enna* s.

NOTÆ

[g] *Urbem agrumque eis assignaret. In eodem agro Belligeni*] Reg. cum Put. aliisque, post *assignaret* subjicit continenter *in eodem agro Syracusano*, repetitque *qui aut regius, aut hostium*, &c. ac deinde, *in eodem agro Belligeni*. Et potuit hæc fuisse forma senatusconsulti. Errorem tamen librariorum in his iterum scribendis intervenisse suadent non pauca: præsertim vero quod M. Cornelio mandatum dicitur ut urbem agrumque Merico, eumque secutis Hispanis assignet, nempe extra Syracusas: deinde ut Syracusis ædes dentur, mirum unæ, unius scilicet ex damnatis cujus vellet M. Cornelius, quæ unius domus, hominis unius non tot hominum, merces conveniens esset.

[h] *Murgantinæ desciverunt terræ*] In editis scriptisque compluribus est *ad eos Murgeniæ terræ. Secutæ*, &c. Forte pro *Murgentiæ*: a *Murgentio*, seu *Murgentia*, oppido Catanensis agri ad ostia Symæthi amnis, qui nunc *Jaretta*: a Morgetibus populis veteribus, ut videtur, appellato. Hod. locus *Murgo*, Fazello teste. Sic igitur *Murgentiæ terræ* Livio, ut 'Murgentinus ager' Ciceroni. Nec male

tæ defectionem earum [19] Hybla [i] et Macella [k] sunt, et ignobiliores quædam aliæ. Et Numidæ, præfecto Mutine, vagi per totam Siciliam, sociorum populi Romani agros urebant. Super hæc exercitus Romanus iratus, partim quod cum imperatore non devectus ex provincia esset, partim quod in oppidis hybernare vetiti erant, segni fungebantur militia: magisque eis auctor ad seditionem, quam animus, deerat. Inter has difficultates M. Cornelius prætor et militum animos, nunc consolando, nunc castigando, sedavit, et civitates omnes, quæ defecerant, in ditionem [20] redegit; atque ex his Murgantiam Hispanis, quibus urbs agerque debebatur, ex senatus consulto [1] attribuit.

22. Consules, cum ambo Apuliam provinciam haberent, minusque jam terroris a Pœnis et Hannibale esset, sortiri jussi Apuliam Macedoniamque provincias. Sulpicio Macedonia evenit, isque Lævino successit. Fulvius, Romam

Henna: (sc. defecere, quod e seqq. intell.)' *Rupert.*—19 *Eorum* Crev.—20 Al. *in deditionem.*—1 Sic distinguit Crev. *quibus urbs agerque debebatur ex senatus consulto, attribuit.* Pro *attribuit* olim legebatur *tribuit.*

NOTÆ

terras, id est, oppida ejus agri ait Noster, ut Glar. observat, non *Murgantiam*, quia urbs antea ad Pœnos defecerat, ut priore libro habetur. Sed deest verbum ad quod referantur hæ *terræ:* quod nomen unus e Palat. codd. ignorat apud. Gron. Irrepserit forte loco postremarum syllabarum verbi *descivere*, aut *defecere*, scripseritque Livius, *ad eos Murgen. descivere*, id est, *Murgentini.* Non enim facile adducor, ut illud *Murgeniæ* intelligendum putem de alia urbe Siciliæ *Morgyna*, quæ et *Mergana*, ad Himeram septentrionalem (vul. *Termini fl.*) sita, inter Cratam et Nebrodes Montes, quæ nunc quoque *Murguna* in Mazarensi tractu. Hæc enim urbs Mediterranea longius ab ora distat, quam ut Punicæ classis adventu multum commoveri potuerit, aut cum Hyblarum ulla conspirare adversus Romanos: etsi propior Macellæ, quam Murgantia Magellæ. Gron. legit *ad eos Murgantini descivere. Secutæ defectionem Hybla et Macella sunt.*

Murgantini descivere] Sic Gronovius, pro *Murgantinæ descivorunt terræ.* J. Clericus.

[i] *Hybla*] Major, ni fallor, quæ Murgantiæ propior, hodie *Paterno*, in valle *di Demona.*

[k] *Macella*] Legendum puto *Magella*, quæ in orientali Siciliæ parte inter Hyblam Ennamque urbes, vul. *Rosmano*, eo tractu qui hodie *Val di Noto*; nam *Macella*, quæ ad occidentale latus vergit inter Himeram et Segestam, nunc *Calatabusemar*, in valle Mazaræ longius ab Hybla et Murgantia distabat.

comitiorum causa arcessitus, cum comitia consulibus rogandis haberet, prærogativa Veturia[2] juniorum[1] declaravit T. Manlium Torquatum et T. Otacilium. Manlius, qui præsens erat, gratulandi causa cum turba coiret, nec dubius esset consensus populi, magna circumfusus turba ad tribunal consulis venit, petitque,[3] ut pauca sua verba audiret, centuriamque, quæ tulisset suffragium, revocari juberet. Erectis omnibus expectatione, quidnam postulaturus esset, oculorum valetudinem excusavit. 'Impudentem et gubernatorem et imperatorem esse, qui, cum alienis oculis ei omnia agenda sint, postulet sibi[4] aliorum

2 Olim legebatur *centuria*.—3 'Cum sequatur, *ut ... audiret*, putes Livium scripsisse, *petiitque*; sed sæpius post præsens historicum imperfectum conjunctivi poni solet.' *Doering*.—4 'Omnes scripti post τὸ *sibi* inserunt vocem

NOTÆ

[1] *Prærogativa Veturia juniorum*] Ita Mss. habent cum Sigon. Vulgo scribitur, *prærogativa centuria juniorum*. Sed parum interest centuria nominetur, an tribus. Nam ex iis quæ Livius habet lib. I. c. 43. et ex eo quod a Cicerone pro Planc. dicitur 'centuria pars tribus esse,' Octav. Pantagathus (apud Ant. Augustinum, qui citatur a Fulvio Ursino in notis ad laudatum Livii locum) conjicit nomina centuriarum nominibus tribuum explicari posse: unde hoc loco *Veturia juniorum*, centuria est tribus Veturiæ, in qua etiam fuit Veturia seniorum. Et lib. XXVII. c. 6. ubi *Galeria* quoque *juniorum* centuriæ quoque nomen est; quæ prærogativa fuisse dicitur comitiorum centuriatorum. Itaque ex ejus sententia prima classis constabat triginta quinque centuriis equitum, (nisi forte hi quoque in seniores ac juniores divisi,) et præterea triginta quinque peditum juniorum centuriis, totidem seniorum peditum. Secunda classis parem habuit numerum centuriarum tum seniorum peditum, tum juniorum; equites nullos. Sic tertia, quarta, et quinta classis. Fiunt centuriæ 385. Singulæ centuriæ distinguuntur nominibus tribuum. Primæ ergo classis Palatina equitum centuria (quæ si duplex fuit, alia fuit Palatina equitum seniorum, alia equitum juniorum): præterea peditum Palatina juniorum, et peditum Palatina seniorum. Sic Suburrana equitum, Suburrana peditum, seniorum et juniorum, &c. Sic ceteræ centuriæ primæ classis ex tribuum nominibus: rursus secundæ classis peditum Palatina juniorum, Palatina seniorum; Suburrana seniorum, Suburrana juniorum: eademque ratione centuriæ ac tribus sequentium classium. Qua ratione patet tribus ad comitia centuriata posterioris temporis pertinuisse, licet initio non pertinerent, ut Livius ait d. lib. I. Hac etiam de causa centuriæ sæpe tribus appellantur, utpote tribuum partes, ut jam diximus: plura ibi vide hac de re, ubi et de prærogativa. Ex his corrigi poterunt quæ supra ad lib. I. c. 43. dicta sunt.

capita ac fortunas committi. Proinde, si videretur, et redire in suffragium Veturiam juniorum juberet, et meminisset[5] in consulibus creandis belli, quod in Italia sit, temporumque rei publicæ. Vixdum requiesse[6] aures a strepitu et tumultu hostili, quo paucos ante menses assederint[7] prope mœnia Romana.' Post hæc cum centuria frequens succlamasset, 'nihil se mutare sententiæ, eosdemque consules dicturos esse;' tum Torquatus, 'Neque ego vestros,'[8] inquit, 'mores consul ferre potero, neque vos imperium meum. Redite in suffragium, et cogitate bellum Punicum in Italia et hostium ducem Hannibalem esse.' Tum centuria, et auctoritate mota viri, et admirantium circa fremitu, petit[9] a consule, ut Veturiam seniorum citaret: 'Velle se cum majoribus natu colloqui, et ex auctoritate eorum consules dicere.' Citatis Veturiæ senioribus, datum secreto in Ovili[m] cum his colloquendi tempus. Seniores de tribus consulendum dixerunt esse, duobus jam plenis honorum, Q. Fabio et M. Marcello, et, si utique novum aliquem adversus Pœnos consulem creari vellent, M. Valerium Lævinum[10] egregie adversus Philippum regem terra marique res gessisse. Ita de tribus consultatione data, senioribus dimissis, juniores suffragium ineunt. M. Claudium Marcellum, fulgentem tum Sicilia domita, et M. Valerium absentes consules dixerunt.[11] Auctoritatem

post. Forte, *sibi oculatorum*.' J. F. Gron.—5 'Immo *et meminisse* sc. Veturiam. Jac. Gron. Id probant Duk. et Drak. sed nec vulgatum damnant, et tam *meminisset*, quam *redire* ad centuriam referunt et ad *juberet*, ut Livius constructionem ejus variaverit, quemadmodum VII. 35. X. 43. XXIV. 10. XXV. 15. XXIX. 14. XXXII. 11. XLII. 39.' *Rupert*. Probat etiam Doering. —6 Al. *requiescere*.—7 '*Asserint* vel *usserint* cod. Pal. unde Crev. conj. *sonuerint*, et Doering. *concusserint* vel *concussa sint prope* (fere) *mœnia R.*' Rupert. —8 In Edd. ante Gron. *Neque vestros*.—9 Plures Mss. *petiit*.—10 Sic pro vulg. *et Lævino, qui gessisset*.—11 '*Absentem consules dixerunt*. Recte Sigo-

NOTÆ

[m] *In Ovili*] Nomine *Ovilis* intelligitur septum cancellis clausum, intra quod per pontem ingrediebantur cives cujusque centuriæ, vel tribus, suffragium dicturi, ut Gruchius lib. I. de comitiis Rom. explicat, aliique. *Ovilis* autem nomen ex similitudine deductum, quam habuit locus comitiorum cum septo, quo includuntur extra hyemem pernoctantes oves, ad stercorandos agros.

prærogativæ omnes centuriæ secutæ sunt. Eludant [12] nunc antiqua mirantes. Non equidem, si qua sit sapientium civitas, quam docti fingunt magis, quam norunt, aut principes graviores temperantioresque a cupidine imperii, aut multitudinem melius moratam censeam fieri posse. Centuriam vero juniorum seniores consulere voluisse, quibus imperium suffragio mandaret, vix ut verisimile sit, parentum quoque hoc sæculo vilis levisque apud liberos auctoritas fecit.'

23. Prætoria inde comitia habita. P. Manlius Vulso [13] et L. Manlius Acidinus et C. Lætorius et L. Cincius Alimentus creati sunt. Forte ita incidit, ut comitiis perfectis nuntiaretur, T. Otacilium, quem T. Manlio, nisi interpellatus ordo comitiorum esset,[n] collegam absentem daturus fuisse videbatur populus, mortuum in Sicilia esse. Ludi Apollinares et priore anno fuerant, et, eo anno ut fierent, referente [14] Calpurnio prætore, senatus decrevit, ut in perpetuum voverentur.[o] Eodem anno prodigia aliquot visa nuntiataque sunt. In æde Concordiæ Victoria, quæ in culmine erat, fulmine icta decussaque, ad Victorias, quæ in antefixis erant,[15 p] hæsit, neque inde procidit. Et Anag-

' *Existant nunc quicumque eos deridebunt, qui vetera præferunt præsentibus: ego sane inducere in animum nequeo, si aliqua civitas reperiretur, cujus omnes cives philosophi ac sapientes essent, (cujus quidem speciem docti homines animo et cogitatione effingunt potius quam revera cognoscunt,) futurum ut in ea invenirentur, aut optimates majori gravitate ac minori imperandi cupidine, aut etiam plebs melioribus prædita moribus: nunc autem hujus ætatis mores, quibus ipsi liberi etiam parentum suorum auctoritatem sequi dedignantur, effecere ut vix credibile sit priscis temporibus centuriam totam juniorum tantum obsequii senioribus suis detulisse, ut nonnisi illis consultis uti voluerit potestate mandandi per suffragia sua consularis imperii.*

nius, *absentes consules dixerunt*, confirmantque consensu scripti nostri, quorum antiquissimi, *absentis.*' J. F. Gron.—12 Rupert. conj. *eludantur.*

13 In Edd. ante Gron. *P. Manlius Volso;* et mox *Lectorius* et *Alimentius.*—14 Al. *repente.*—15 Olim legebatur, *quæ in ante fixæ erant.* ' Lipsius, *in*

NOTÆ

[n] *Nisi interpellatus ordo comitiorum esset*] A T. Manlio Torquato.

[o] *Ut in perpetuum voverentur*] Intellige *ita;* ut nempe eo anno fierent, ut etiam in perpetuum voverentur.

[p] *Quæ in antefixis erant*] Parum refert, an cum Gronov. legas *in antefixis*, an cum Lipsio *in antefixo.* Erant autem *antefixa* auctore Festo, quæ ex opere figulino tectis affigebantur

nia et Fregellis nuntiatum est, murum portasque[q] de cœlo tactas; et in foro Subertano[16 r] sanguinis rivos per diem totum fluxisse, et Ereti lapidibus pluisse, et Reate mulam peperisse. Ea prodigia hostiis majoribus sunt procurata, et obsecratio[s] in unum diem populo indicta et novemdiale sacrum. Sacerdotes publici aliquot[17] eo anno demortui sunt novique suffecti: in locum M'. Æmilii[18] Numidæ decemviri sacrorum M. Æmilius Lepidus: in locum M'. Pomponii Mathonis pontificis C. Livius: in locum Sp. Carvilii Maximi auguris[t] M. Servilius. T. Otacilius Crassus pontifex quia exacto anno[u] mortuus erat, ideo nominatio in locum ejus non est facta. C. Claudius flamen Dialis, quod exta perperam dederat,[x] flaminio abiit.[4]

[4] *Abdicavit sacerdotium, seu flaminis munus.*

antefixo erant. Nostri, *in antefixi*, aut *in antefixis erant*. idque sumus secuti. et ante nos alii receperunt.' *J. F. Gronov.*—16 Ita omnes pæne Mss. et Edd. ante Mogunt. *Sudertano* alii.—17 'Non sequimur Lipsiannm, *Sacerdotes publici aliquanti*. Neé reprehendo locutionem: sed Put. *Sacerdotes aliquot eo anno demortui sunt*: ceteri, quos vidimus, *aliquot*, excepto Barberino et Voss. in quibus *aliquanti*. Alteram quoque mutationem significat Regius exhibendo, *eodem mortui*.' J. F. Gronov.—18 Olim legebatur *M. Æmilii*.

NOTÆ

sub stillicidio. Plura itaque fuere simulacra Victoriæ in antefixo ædis Concordiæ.

[q] *Murum portasque*] Muri et portæ civitatum inter sancta numerantur: ideoque si de cœlo tangantur, prodigii loco habetur.

[r] *Foro Subertano*] Fallor ni legendum sit *Tudertano*, ut sit forum in oppido Umbriæ, cui nomen *Tuder*, sive *Tuderta*, ut est apud Stephani epitomatorem; vulgo nunc *Todi*, Plutarcho et Paulo Diacono, aliisque *Tudertum*: unde *Tudertenses*, *Tudertini*, et *Tudertani*.

[s] *Obsecratio*] Erat *obsecratio*, ut alibi explicui, solennis precatio quam præeunte pontifice obibat ædis sacræ dedicator.

[t] *Maximi auguris*] Hinc apparet, quemadmodum in collegio pontificum, unus qui omnium supremus erat, Maximi titulo decorabatur, ita in collegio augurum.

[u] *Quia exacto anno*] An igitur annui pontifices? Id vero nullibi me legere memini: imo contrarium multa ostendunt; inprimis quod Tranquillus tradit, Augustum Lepido vivo, qui pontificatum maximum mortuo Cæsare invaserat, nunquam sustinuisse eam dignitatem, quamvis sibi oblatam, recipere; nisi dicamus vacantia pontificum loca nonnisi certo tempore repleri solita. V. XXVII. 6.

[x] *Exta perperam dederat*] In sacris omnia certo ritu peragenda erant, atque inter cetera, etiam viscera sive exta victimarum ita dividenda erant, ut certæ partes decisæ farina farris

24. Per idem tempus M. Valerius Lævinus, tentatis prius per secreta colloquia principum animis, ad indictum ante ad id ipsum concilium Ætolorum[y] classe expedita venit. Ubi cum Syracusas Capuamque captas, in fidem in Sicilia Italiaque rerum secundarum,[19 z] ostentasset, adjecissetque, 'jam inde a majoribus traditum morem Romanis colendi socios, ex quibus alios in civitatem atque æquum secum jus accepissent, alios in ea fortuna haberent, ut socii esse, quam cives, mallent. Ætolos eo in majore futuros honore,[20] quod gentium transmarinarum in amicitiam primi venissent. Philippum eis et Macedonas[a] graves accolas esse; quorum se vim ac spiritus et jam fregisse, et eo red-

19 In Edd. ante Gron. *In fidem in Italiaque rerum secundarum successum.* Dein paulo ante *captam* Ms. Put. et inde Drak. quod etiam dat Kreyssig.— 20 ' *Ætolos eo in majore futuros honore* sc. ait. Hoc verbum intelligit Doering. et majorem interpunctionem post *mallent* delendam putat, ut hæc sit periodi præc. apodosis, quam tamen alii verbis, orationi huic proxime subjectis, con-

NOTÆ

involverentur, offerrenturque sacrificanti in calathis, quas sacerdos aris impositas foculo incenso comburebat, sive adolebat: reliquis partibus vescebantur, ita ut sua cuique tribueretur: quædam etiam ex certis sacrificiis collegio pontificum debebantur, ut Festus notat.

y *Concilium Ætolorum*] Fuit Ætolia Græciæ regio, quam Ptolemæus Achaiæ assignat, Plinius eam seorsim describit lib. IV. cap. 2. inter Locros Ozolas Achaiæ, sive Græciæ populos ad ortum, et Acarnaniam Epiri provinciam Eveno fluvio divisam, sita regio primarias urbes habuit Naupactum (Locris ereptam) et Calydona: nunc *Despotato*, aliis *Lepanto*, ab oppido præcipuo. Nicetæ est Artinis. Eo tempore, de quo hic Livius loquitur, propriam habuere remp. Ætoli: nunc, cum reliqua Græcia, Turcarum parent imperio.

z *Ubi cum Syracusas Capuamque captas, in fidem in Sicilia Italiaque rerum secundarum*] Colb. *Ubi cum Syracusas Capuamque captam in fidem in Italia rerum secundarum ostentasset:* in quo nihil est quod Gronov. arguat. Illud enim *in fidem* non ad participium *captas* referri debet, sed ad verbum *ostentasset;* id est, commemorasset Syracusas et Capuam captas, ut fidem faceret res secundas in Italia esse. Fateor quidem congruentius forte futurum si scriptum fuisset, *in fidem in Sicilia Italiaque rerum secundarum:* ut Syracusæ in Sicilia, Capua capta in Italia fortunam Romanorum astruerent: sed non magis in scriptis occurrit nomen *Sicilia*, quam nomen *successus*, quod Gron. merito eliminat: et nomine Italiæ satis intelligi poterat Sicilia quoque adjacens insula, adeoque vicina, ut Italiæ quondam pars fuisse dicatur.

a *Philippum eis et Macedonas*] Vide quæ supra de hoc Philippo Macedonum rege pænultimo.

acturum esse,[b] ut non his modo urbibus, quas per vim ademissent Ætolis, excedant, sed ipsam Macedoniam infestam habeant."[c] Et Acarnanas,[d] quos ægre ferrent Ætoli a corpore suo diremtos, restituturum se in antiquam formulam[e] jurisque ac ditionis eorum.' Hæc, dicta promissaque ab Romano imperatore, Scopas, qui tum prætor gentis erat, et Dorimachus,[a] princeps Ætolorum, affirmaverunt auctoritate sua, minore cum verecundia et majore

[a] *Sed in sua ipsi regione Macedones urgeantur, atque infestentur.*

tineri putant, ut passim apud Livium.' *Rupert.*—1 Olim legebatur *eo redactos esse*; omnes tamen scripti, *redactum*.—2 '*Dorymachus* ex emend. Dukeri edidit Drak. quia similiter dicatur *Doryphorus* Suet. Ner. 29. *Dorylaus* Cic. p. Dejot. 15. et *Dorylas* Ovid. Met. v. 129. Sed in Polybii codd. semel tantum XVIII. 27. Δορύμαχος legitur; in reliquis locis rectius Δορίμαχος, quoniam vocc. δορίμαχος, δοριάλωτος, δορίληπτος, δορίκτητος ex tertio casu δορὶ composita sunt: quod jam monuit Schweigh. ad Appian. tom. III. p. 159.'

NOTÆ

[b] *Et eo redacturum esse*] Mss. habent *eo redactum esse*; quod ad Philippum Macedoniæ regem pertinere potest, quemadmodum *redactos esse* (quod vulgo legitur) pertinere potest ad Macedonas: sensus tamen haud dubie probabilior, si ex mente Gronovii scribatur, *et eo redacturum esse*, ut scilicet Lævinus id de se promittat.

[c] *Infestam habeant*] Passive hic Liv. dicit *infestam habere*, pro eo quod est, re sua ab alio direpta, seu vexata, minus tranquille uti, eamque non nisi cum molestia et magno incommodo possidere: quæ ceteris auctoribus parum nota horum verborum significatio. Plerumque enim active sumuntur pro infestum reddere, et ut Plin. loquitur, *infestare* quod alienum est. Ut apud Cic. 'Mare habere infestum, et provinciam reddere infestam excursionibus et latrociniis.'

[d] *Et Acarnanas*] Populi sunt Acarnaniæ, quæ extrema erat versus orientem Veteris Epiri provincia, quam quam Strabo Helladi sive Achaiæ tribuit, quæ hodie *Livadia* dicitur: Turcis nunc subjacet cum reliqua Græcia sive Romelia.

[e] *In antiquam formulam*] Cum Deidamia, Pyrrhi ultimi Epirotarum regis filia, populis suis libertatem reddidisset, partem Epiri Acarnaniam vicini Ætoli occuparunt. Quamobrem orta inter Epirotas et Ætolos contentione, illi ope Philippi Macedoniæ regis, Acarnaniam receperant. Nunc itaque Romani Ætolis ad societatem pertrahendis, promittunt fore ut in eorum ditionem Acarnaniam revocent. *Formulæ* autem nomine intelligitur administratio ac dispositio provinciarum, quarum aliæ aliis contributæ. Sic Plinius lib. III. cap. 4. extremo, 'adjecit formulæ Galba Imperator ex Inalpinis Avanticos atque Ebroduntios.' Sic 'formulam juris' lib. XXXII. cap. 33. et 39. itemque 'formulam sociorum' a nostro dici annotavit amicus nobis, dum vixit, Henr. Valesius.

cum fide [3] vim majestatemque populi Romani extollentes. Maxime tamen spes potiundæ movebat Acarnaniæ. Igitur conscriptæ conditiones, quibus in amicitiam societatemque populi Romani venirent; additumque, 'ut, si placeret vellentque, eodem jure amicitiæ Elei [f] Lacedæmoniique [g] et Attalus [h] et Pleuratus [i] et Scerdilædus [k] essent.' (Asiæ [l] Attalus, hi Thracum [4 m] et Illyriorum [n] reges.) 'Bellum ut

Rupert. *Dorymachus* dat Kreyssig.—3 '*Minore cum facundia, at majore cum fide* emend. Doering. quia Lævinus non sine ostentatione locutus sit. Sed Ætolorum verecundia minor esse potuit in laudando.' *Rupert.*—4 In Gryphio

NOTÆ

[f] *Elei*] Ab Elide provincia et urbe Peloponnesi dicti Elei et Elienses, nunc in ea Moreæ parte quæ Italis *Belvedere*.

[g] *Lacedæmoniique*] Laconiæ regionis Peloponneso meridionali caput, urbs Lacedæmon sive Sparta, alter Græciæ oculus, cujus hodie loco *Misitra:* regio vul. *Tzaconia*. Viginti ferme annis ante bellum Punicum secundum Cleomenes tertius, Lacedæmoniorum rex, sublatis ephoris, liberoque imperandi jure usurpato, in Achæos arma moverat, qui acceptis aliquot cladibus Antigoni, Macedoniam pro Philippo tunc pupillo regentis, auxilium imploraverant, arce Corinthi ei tradita. Ad fœderis illius communionem accesserunt Epirotæ, Phocenses, Bœoti, Arcades, Thessali: unde Cleomenes, capta licet eversaque Megalopoli Arcadiæ civitate primaria, commisso tamen ad Sellasiam Laconiæ oppidum prælio victus, ad Ptolemæum Evergeten Ægypti regem transfugit; apud quem misere periit. Hinc Antigonus Philippi Macedonis adhuc tutor, pacem tota Græcia constituit; qua inter alia cautum, ne Ætoli cum exercitu Achaiam intrarent. At Lycurgus, post obitum Cleomenis rex Lacedæmoniorum creatus, fœdere cum Ætolis inito, Achæos cœpit armis vexare.

[h] *Attalus*] Ex Philetæri Eunuchi, qui Lysimachi thesauros Pergami cum asservaret, urbem eam occupavit, Attalo fratre secundo genito natus Attalus, Eumeni fratri patrueli successit in eam ditionem, primusque se regem Pergami et Asiæ tulit; princeps eruditus ac splendidus, a quo vestes Attalicæ. Is cum Romanis facta societate, eorum semper fidem coluit.

[i] *Pleuratus*] Hic Thracum rex dicitur: sed a Polybio non uno loco inter Illyriorum regulos numeratur. Ejus meminit Liv. lib. quoque XXVII. cap. 30. alius hic fuit a Pleurato Scerdilædi filio, Gentii patre, de quo sequenti decade.

[k] *Scerdilædus*] Sive *Scerdilaidas*, Illyriorum dux fuit, sub Teuta regina Epirum depopulatus. Postea Epirotæ societatem, missis ad Teutam legatis, cum ea, cumque Acarnanibus et Illyriis iierunt; quos deinceps secuti, Achæis atque Ætolis hostes fuere, a quibus adversus Illyrios adjuti fuerant, ut Polyb. est auctor. Scerdilædus autem occupata deinde Illyrici parte rex appellatus.

[l] *Asiæ*] Intellige Minoris Asiæ circa Pergamum, Mysiam nempe, et Æolidem cum Phrygiæ parte.

[m] *Hi Thracum*] Thracia Europæ extrema versus ortum ad Proponti-

extemplo Ætoli cum Philippo terra gererent. Navibus ne minus viginti quinqueremibus adjuvaret Romanus. Urbium Corcyræ tenus[5] ab Ætolia incipienti solum tectaque et muri cum agris Ætolorum; alia omnis præda populi Romani esset. Darentque operam Romani, ut Acarnaniam Ætoli haberent. Si Ætoli pacem cum Philippo facerent, fœderi ascriberent, ita ratam eorum[6] pacem, si Philippus arma ab Romanis sociisque, quique eorum ditionis essent, abstinuisset. Item, si populus Romanus fœdere jungeretur regi, ut caveret, ne jus ei belli inferendi Ætolis sociisque eorum esset.' Hæc convenerunt, conscriptaque biennio post Olympiæ[p] ab Ætolis,[7] in Capitolio ab Romanis, ut testata sacratis monumentis essent, sunt posita. Moræ causa fuerant retenti Romæ diutius legati Ætolorum. Nec tamen impedimento id rebus gerendis fuit. Et Ætoli extemplo moverunt adversus Philippum bellum, et Lævinus Zacynthum[q] (parva insula est propinqua Ætoliæ: urbem

τὸ *Thracum* abest.—5 *Corcyra tenus* Edd. ante Gron.—6 ' Pro *eorum* eleganter tentat Muretus, *fore*.' Doering.—7 Olim legebatur *Olympiæ Ætolis*.—

NOTÆ

dem, ac mare hinc Ægæum, inde Euxinum regio, supra Macedoniam, atque in plures populos regesque olim divisa, sub Romanis post Constantinopolin in Byzantii solo conditam, sedes fuit Orientalis imperii: idcirco Romania dicta, Turcis corrupto nomine *Rumeli*. Quod nomen ad Græciam et reliqua ferme Europæ suæ Barbari protulerunt.

[n] *Illyriorum*] Primis temporibus Illyrii totam fere dextram maris Adriatici oram ad Epirum usque occuparunt, donec meridionalia reges Macedonum suæ ditionis fecerunt. Hic nomine Illyriorum, qui Pleurato, ex parte etiam Scerdilædo parebant, intelliguntur Dalmatæ inprimis meridionales, cum proximis Macedoniæ occiduæ gentibus. Ubi nunc pars Albaniæ, quæ Turcis *Arnautarum* regio. Sub Romano imperio Illyricum latius aquilonem, atque ortum versus patuit, in Thraciam usque.

[o] *Corcyræ tenus*] In Ionio mari et sinus Adriatici ore juxta Epirum est insula Corcyra, nunc *Corfu*. Venetis hodie paret, diversa ab alia Corcyra, quæ Illyrico adjacet.

[p] *Olympiæ*] Olympia urbs Elidis ad Alpheum fl. unde Olympici ludi: juxta quam celebre Jovis Olympici templum et statua ejusdem, a Phidia ad artis miraculum efformata. Eadem Pisa dicta: unde Pisatis regio in Peloponneso; hodie *Languico* dici volunt.

[q] *Zacynthum*] Nomen est insulæ in Ionio mari ad occidentalem oram Peloponnesi, ex adverso Chelonitis pro-

unam eodem, quo ipsa est, nomine habet) eam præter arcem vi cepit, et Œniadas[r] Nasumque[s] Acarnanum captas Ætolis contribuit. Philippum quoque satis implicatum bello finitimo ratus, ne Italiam Pœnosque et pacta cum Hannibale posset respicere,[t] Corcyram ipse se recepit.

25. Philippo Ætolorum defectio Pellæ hybernanti[t] allata est. Itaque, quia primo vere moturus exercitum in Græciam[u] erat, Illyrios finitimasque eis urbes alterno metu[9] quietas ut Macedonia haberet,[y x] expeditionem subitam

[t] *Ne posset cogitare de fœdere cum Hannibale inito, illudque exequi.*
[y] *Ut Illyrii et proximi populi abstinerent a bello Macedoniæ inferendo.*

8 Vid. Not. Var.
9 Sic plerique Mss. *alieno metu* Edd. ante Gron. *altergo metu* Put. unde *ab*

NOTÆ

montorii, a quo millibus quindecim dissita est, inter Cephaleniam et Strophades: ambitu 60. milliarium. Hodie *Zante* dicitur, una ex tribus Venetorum in eo mari insulis.

[r] *Œniadas*] Legebatur vulgo *Oleniadem*: recte Glar. emendavit. Est enim Œniadæ oppidum Acarnanum ad ostia Acheloi, cujus territorium Œnias, in Ætoliæ confinio: putatur hodie *Dragomesto* dici.

[s] *Nasumque*] Alias perperam *Naxumque Acarnanum*. Scripti *Nasum*: et Polyb. Ἀκαρνάνων Οἰνιάδας καὶ Νᾶσον. Dores Νᾶσον, hic ut Syracusis pronuntiabant; quod nomen insulam significat. Apparet itaque oppidum fuisse Acarnaniæ provinciæ, quæ Epiro contributa, haud procul Œniadis, et forte in ostio Acheloi fluminis.

[t] *Pella hybernanti*] Pella, ubi Philippus hybernabat, Macedonum regia fuit, jam ab Philippi et Alexandri temporibus, qui inde Pellæus juvenis: cum antea Macedonum reges apud Ædessam ad Erigonum fluvium in Æmathia sedem habuissent. Fuit in Bottiæa regione Macedoniæ Orientalis, inter Axium et Ludiam fluvios, interque Thessalonicam et Pydnam, duodecim ferme milliaribus ab Thermaico sinu: hodie *Zuchria* dici creditur a Turcis, a Græcis Παλατιόλα, sive parva palatia: diversa ab *Jenizza*, cujus nomen ipsum Turcice novum oppidum sonat.

[u] *In Græciam*] De Græcia, de Macedonia, deque Apollonia actum supra.

[x] *Alterno* [*alieno*] *metu quietas ut Macedonia haberet*] In duobus Palatinis, Voss. et Busl. est *alterno metu*. Et potuit Liv. ita dicere *alterno metu*, ut lib. XXIII. 'alterno pavore;' quod Tacitus de Morib. German. dixit 'mutuo metu:' Illyriorum scilicet a Macedonibus, non minus quam Macedonum ab Illyriis. Sed plerique omnes habent *alieno metu*: quæ scriptura non absurdum sensum habere posset: ideo nempe expeditionem suscepisse Philippum in Oricinos, Apolloniatas, et finitimos Illyriorum populos; ut terrore his illato, Illyriis vicinæ civitates Epiri, et reliqui Illyriorum populi, moti periculo illorum qui ipsius arma sensissent, quieti manerent, pa-

in Oricinorum [y] atque Apolloniatium fines fecit, egressosque Apolloniatas cum magno terrore atque pavore compulit intra muros. Vastatis proximis Illyrici,[10] in Pelagoniam [z] eadem celeritate vertit iter: inde Dardanorum [a] urbem, sitam in Macedonia,[b 11] transitum Dardanis facturam, cepit. His raptim actis, memor Ætolici junctique cum eo Romani belli, per Pelagoniam et Lyncum [c] et Bottiæam [d] in

tergo conj. Salmas. et Ruben. Dein *ei* dat Gron.—10 *Illyriis* et *Illyricis* in Edd. ante Gron. et paulo ante *Apolloniatum* habent scripti.—11 ' Urbis nomen, quod desideratur, suppeditat Rubenius hac docta et ingeniosa hujus loci correctione: *inde Dardanorum urbem Sintiam, in Macedoniam transitum Dardanis facturam.*' Doering. Laudat J. F. Gronov. nec non probat Rupert. *Mace-*

NOTÆ

cemque cum Macedonibus mallent quam bellum.

[y] *In Oricinorum*] Dicti Oricini ab Orico sive Oreo Epiri urbe in Chaonia regione, ad radices Acroceraunionum montium, oramque Ionii maris, non procul Aulone urbe Macedoniæ, e regione Hydruntis Salentinorum in Italia civitatis, a qua nonnisi sexaginta milliaribus distat: hodie *Orco* appellatur, habetque portum satis amplum.

[z] *In Pelagoniam*] Tractus est Macedoniæ septemtrionalis sub Orbelo monte, quo a Dardania dividitur; ejus urbs e præcipuis *Stobi* ad Axium fluv.

[a] *Dardanorum*] Nomine Dardaniæ intelligitur aliquando Troas, et Dardanorum nomine Trojani, a Dardano vel Dardania oppido maritimo: hic vero Dardani sunt populi boreali Macedoniæ contermini, et perpetui Macedonum hostes, in parte Mæsiæ latius sumtæ, ubi postea, labente imperio Romano, Dacia Mediterranea, cujus pars fuit hæc Dardania. Nunc vero pars est Serviæ sub Turcarum ditione.

[b] *Urbem, sitam in Macedonia*] Codicum scriptorum non pauci habent *in Macedoniam*; probabilis admodum fuit Rubenii correctio *Sintiam* legentis, pro *sitam*: sic enim facile potest intelligi *Heraclea Sintica* in tractu Macedoniæ borealis sita versus Thraciam, ubi Sintiam urbem agnoscit Steph. haud procul fontibus Strymonis fluvii: quæ urbs vicinis Dardanis transitum in ulteriorem Macedoniam præbere facile potuit. *Chesia*, seu *Chesia*, hodie vocatur, ex Castaldo: etsi in nonnullis tabulis vetus nomen adhuc servat. Nec tamen rejicienda omnino vulgaris lectio: revera enim hæc urbs in Macedonia sita fuit, licet a Dardanis occupata: et potuit de alia Macedoniæ borealis urbe Livius loqui. Dardanos certe ad Axium usque flumen promovet Plinius.

[c] *Et Lyncum*] Lynci oppidi in hoc tractu auctores non meminere; niai idem sit cum Lyncæa; cujus mentio apud Hesychium. Lyncestas populum, et Lyncestidem regionem in Macedonia geographi memorant, inter Pæoniam et Æmathiam. Ea forte nomen sortita est ab amne in Erigonem defluente, cujus aqua acidula vini modo temulentos facit, auctore Plin. lib. II. c. 103. post Ovid. XV. Metamorph. et qui nunc *Linceo*.

[d] *Bottiæam*] Pars fuit Macedoniæ ad sinum Thermaicum, Æmathiæ ad oc-

Thessaliam[e] descendit.[12] Ad bellum secum adversus Ætolos capessendum incitari posse homines credebat; et, relicto ad fauces Thessaliæ[f] Perseo[g] cum quatuor millibus armatorum ad arcendos aditu Ætolos, ipse, prius quam majoribus occuparetur rebus, in Macedoniam atque inde in Thraciam exercitum ac Mædos[13 h] duxit. Incurrere ea gens in[14] Macedoniam solita erat, ubi regem occupatum externo bello ac sine præsidio esse regnum sensisset. Ad Phragandas[i] igitur vastare agros, et urbem Jamphorinam,[15 k] caput arcemque Mædicæ, oppugnare cœpit. Scopas, ubi profectum in Thraciam regem occupatumque ibi bello audivit, armata omni juventute Ætolorum, bellum inferre Acarnaniæ parat. Adversus quos[16] Acarnanum

doniam in Editt. ante Mogunt. quod etiam dat Doering.—12 '*Per Pelagoniam et Nymphæum et Boleam in Thessaliam descendit.* Scripti, *per Pelagoniam et Lyncum et Bottiæam.* Non ut Sigonius *Bœotiam* aut *Beræam.* Utriusque urbis mentio apud Plinium, Stephanum, aliosque geographos.' *J. F. Gronov.* Τὸ *et* ante *Bottiæam* delevit Drak. *Lyncestidem* pro *Lyncum* malit scribere Rupert.—13 In Editt. ante Gronov. *Medi.* Polybius lib. II. Μαίδους. Et Stephanus: Μαῖδοι ἔθνος Θρᾴκης πλησίον Μακεδονίας. Dein *eduxit* Gronov. Crev. Doujat.—14 In Editt. ante Gronov. τὸ *in* abest.—15 Al. *Jampharinam*, et mox *Medicæ* ut supra.—16 '*Adversus quos* (sc. Ætolos) Edd. ante Drak. qui e plerisque Mss. dedit *quod*, sc. bellum. Sed *adversus bellum instruere bellum* minus bene dicitur.' *Rupert. Adversus quod* dant Doering. et

NOTÆ

casum, Mygdoniæ ad septemtrionem, Pieriæ ad meridiem, per quam adeunda Thessalia: hi omnes tractus ad Macedoniam proprie pertinent.

[e] *Thessaliam*] Thessalia late sumta Candaviis, Pierio et Olympo montibus a Macedonia divisa, quinque in se minores regiones continet, Pelasgiotin, Magnesiam, Estiotin, Phthiotin, Thessaliotidem, quæ duæ Helladi proximæ. Adhuc Thessalia, seu Thettalia Græcis, Turcis *Comenolitari*, dicitur, Castaldo teste; Brietio *Janna* vocatur magna ex parte, ab urbe ejus nominis.

[f] *Ad fauces Thessaliæ*] Circa Thermopylas, ac montem Œtam, qua parte a Locris, Phocensibus, ac Doribus Thessalia sejungitur.

[g] *Perseo*] Filio natu majori Philippi.

[h] *Ac Mædos*] Longe absunt hi Mædi ab Asiaticis Medis, qui orienti post Assyrios atque ante Persas imperasse dicuntur. Hi forte a Mæsis orti in Thraciæ parte occidentali fuere, Edonis finitimi, ultra Strymonem fluvium, et cis Rhodopen montem, circa Abderam. Regio eorum Mædica Strymonio imminens sinui.

[i] *Ad Phragandas*] Ignotum seu populi, seu potius castelli nomen.

[k] *Urbem Jamphorinam*] Vitiose, ni fallor, scriptum urbis nomen: cujus nulla, quod sciam, alibi mentio. Scribendum forte *urbem Topirinam.* Est

gens et viribus impar, et jam Œniadas Nasumque[17] amissa cernens, Romanaque insuper arma ingruere, ira magis instruit, quam consilio, bellum. Conjugibus liberisque et senioribus supra sexaginta annos in propinquam Epirum missis, ab quindecim ad sexaginta annos conjurant, nisi victores, se non redituros. Qui victus acie excessisset, eum ne quis urbe, tecto, mensa, lare reciperet, diram execrationem in populares, obtestationem quam sanctissimam potuerunt adversus hospites,[z] composuerunt. Precatique simul Epirotas sunt, ut, qui suorum in acie cecidissent, eos uno tumulo contegerent, adhiberentque[18] humatis titulum: HIC SITI SVNT ACARNANES, QVI, ADVERSVS VIM ATQVE INJVRIAM AETOLORVM PRO PATRIA PVGNANTES, MORTEM OCCVBVERVNT.[19] [l] Per hæc incitatis animis, castra in extremis finibus suis obvia[20] hosti posuerunt. Nuntiis ad Philippum missis, quanto res in discrimine esset, omittere Philippum id, quod in manibus erat, coëgerunt bellum, Jamphorina per deditionem recepta, et prospero alio successu rerum. Ætolorum impetum tardaverat primo conjurationis fama Acarnanicæ: deinde auditus Philippi adventus regredi etiam in intimos coëgit fines. Nec Philippus, quanquam, ne opprimerentur Acarnanes, itineribus magnis ierat, ultra Dium[m] est progressus. In-

[z] *Erga Epirotas.*

Kreyssig.—17 Put. *et jam Mæniadas Nasumque.* Vide Not. Var. Dein ‘in quibusdam Editt. *amissas*, sc. urbes. Sed *amissa* (sc. oppida, sive quod sæpius apud Nostrum adjectiva neutrius generis in plurali posita respondere solent duobus nominibus pluralibus) constanter servant Codd.’ *Doering.*—18 Put. *adliberentque.* J. F. Gronov. conj. *adscriberentque.*—19 Olim legebatur *oppetierunt.*—20 *Obviam* Gronov. Doujat.—1 *Ultra Clinem* edd. ante Gronov.

NOTÆ

enim eo Thraciæ ad Macedoniam vergentis tractu, circa Nessi fluvii ostia *Topiris* Plinii et Ptolemæi, quæ Antonino *Topinium*, vel *Topirium*: Thucydidi *Doberus*, ut volunt: hodie *Pusio*, ut Sophianus vult, aut, ut Lydo Joanni placet, *Rusio.*

[l] *Mortem occubuerunt*] Alias *mortem oppetierunt.* Sed prior lectio meliorum est, Reg. et Put. atque hoc regimen verbi *occumbere* usurpavit noster lib. XXXI. ‘qui pugnantes mortem occubuissent.’ At Cicer. I. Tusc. ‘ut esset qui pro patria morte non dubitaret occumbere.’ Virg. ‘Seu certæ occumbere morti.’

[m] *Ultra Dium*] Hujus nominis urbs fuit in Pieria Macedoniæ regione ad

de, cum audisset reditum Ætolorum ex Acarnania, et ipse Pellam rediit.

26. Lævinus, veris principio a Corcyra profectus navibus, superato Leucata[2] promontorio, cum venisset Naupactum, Anticyram inde se petiturum edixit, ut præsto ibi Scopas Ætolique essent. Sita Anticyra est in Locride[3] læva parte sinum Corinthiacum intrantibus. Breve terra iter eo, brevis navigatio ab Naupacto est. Tertio ferme post die utrimque oppugnari cœpta est. Gravior a mari oppugnatio erat; quia et tormenta machinæque omnis generis in navibus erant, et Romani inde oppugnabant. Itaque intra paucos dies recepta urbs per deditionem Ætolis traditur, præda ex pacto[4] Romanis cessit. Literæ Lævino redditæ, consulem eum absentem declaratum, et successorem venire P. Sulpicium. Ceterum, diuturno ibi morbo

---

2 'Pro *Leucata* in quibusdam Editt. *Leucate*. Sed tam *Leucates* quam *Leucata* appellari solet hoc promontorium; vide quæ in hanc rem disputat Drakenb. infra ad XLIV. 1. § 4.' *Doering*.—3 Rupert. conj. *in Phocide*, ut XXXII. 18. vel *e Locride*.—4 '*Ex pacto*, nam conscriptis conditionibus, ut supr. c. 24. Noster refert, additum fuit: 'alia omnis præda populi Romani esset.' Inepte igitur in quibusdam librr. vett. *ex Naupacto*, pro *ex pacto*, legitur.' *Doering*.—

NOTÆ

sinum Thermaicum; apud quem dicitur Alexandro Magno pontificis Hebræi species in somnis oblata invitantis ad bellum in Persas. Recte igitur ex manuscriptis correxit Gronov. cum in editis esset, *ultra Clinen est progressus*.

[2] *Leucata*] Leucates sive Leucas promontorium est Acarnaniæ, seu potius prominens insula, alio nomine Neritus olim dicta, hodie Græcis *Leucada*. Exiguo freto a continenti dirimitur insula, quod quinquaginta non amplius passus alicubi patet; nec nisi monoxylis ob vada navigari potest. Leucadia urbs freto imminebat, qua angustissimum est: unde arx, cui a Santa Maura nomen, prædonum Turcarum celebre receptaculum, tribus passuum millibus distat, Sponio teste.

[3] *Anticyra est in Locride*] Quam noster Locris (Ozolis) assignat Anticyram, geographi Phocidi tribuunt. Est enim decimo a Delphis milliari, haud procul Helicone, ad oram sinus Corinthiaci, qui nunc *Golfe de Lepante* nostris. Sunt qui Anticyrrham dixere, quasi Cyrrhæ, sive Cirrhæ oppositam, ubi Delphorum navale, a qua sinus ipse Cyrrhæi quoque nomen habuit. Pinetus Anticyram hanc putat hodie appellari *Suola*. Nardo est *Aspropiti*. Fuit alia quoque Anticyra ad sinum Œtæum sive Maliacum in finibus Locrorum Epicnemidiorum, in qua elleborus nascebatur curandæ amentiæ.

implicitus, serius spe omnium Romam venit. M. Marcellus, cum Idibus Martiis consulatum inisset,* senatum eo die, moris modo causa, habuit, professus, 'nihil se, absente collega, neque de re publica, neque de provinciis, acturum. Scire se, frequentes Siculos prope Urbem in villis obtrectatorum suorum esse. Quibus, tantum abesse, ut per se non liceat palam Romæ crimina edita fictaque ab inimicis vulgare, ut, ni simularent, aliquem sibi timorem, absente collega, dicendi de consule esse, ipse eis extemplo daturus senatum fuerit. Ubi quidem collega venisset, non passurum quicquam prius agi, quam ut[5] Siculi in senatum introducantur. Delectum prope a M. Cornelio per totam Siciliam habitum, ut quam plurimi questum de se Romam venirent. Eundem literis falsis Urbem implesse, bellum in Sicilia esse, ut suam laudem minuat.' Moderati animi gloriam eo die adeptus consul, senatum dimisit; ac prope justitium omnium rerum futurum videbatur, donec alter consul ad Urbem venisset. Otium, ut solet, excitavit plebis rumores: 'belli diuturnitate[6] et vastatos agros circa Urbem, qua infesto agmine isset Hannibal, et exhaustam delectibus Italiam, et prope quotannis exercitus cæsos[p] querebantur;[7] et consules bellicosos ambo, viros acres nimis et feroces, creatos, qui vel in pace tranquilla bellum excitare possent, nedum in bello respirare civitatem forent passuri.'

5 Al. omittunt τὸ *ut*.—6 *Diuturnitatem* dat Kreyssig.—7 In Edd. ante Gron. *et pro republica Cannis exercitus cæsos querebantur*. Pall. Men. Pet. Voss. *pro re quod Cannensis*. Put. *pro re quod annis*. Dein τὸ *et* del. Gron. Crev. Doujat.

NOTÆ

* A. U. C. 543.

p *Prope quotannis exercitus cæsos*] Egregie hunc locum emendat Gronov. mutatis duabus ex codice Puteano literis, ubi scriptum erat *pro re quod annis*, tueturque conjecturam simili loco libri proxime sequentis, 'decimum annum delectibus et stipendiis exhaustos esse, quotannis ferme clade magna pugnare.' Nam ferri non potest quod in aliis scriptis codicibus legitur *pro re quod Cannensis*: longe minus vulgata lectio, *et pro rep. Cannis exercitus cæsos querebantur*. Etenim longinquior erat hæc Cannensis clades, quam ut novi nunc ex ea questus orirentur.

27. Interrupit hos sermones, nocte, quæ pridie Quinquatrus[q] fuit, pluribus simul locis circa forum incendium ortum. Eodem tempore septem tabernæ, quæ postea quinque, et argentariæ,[r] quæ nunc novæ appellantur, arsere. Comprehensa postea privata ædificia; neque enim tum basilicæ erant:[s] comprehensæ lautumiæ[8 t] forumque piscatorium[u] et atrium regium. Ædes Vestæ[x] vix defensa est tredecim maxime servorum opera, qui in publicum redemti ac manumissi sunt. Nocte ac die continuatum incendium fuit. Nec ulli dubium erat, humana id fraude factum esse, quod pluribus[9] simul locis et iis diversis ignes coorti essent. Itaque consul ex auctoritate senatus pro concione edixit, qui, quorum opera id conflatum incendium, profiteretur, præmium fore, libero pecuniam, servo libertatem. Eo præmio inductus Campanorum Calaviorum servus (Mannus ei nomen erat)[10] indicavit, 'do-

8 Quidam scribunt *latomia* et *latumia*: sed rectius *lautumia* putat Rupert. ex sententia Gron. ad lib. XXXVII. 3. Vide Not. Var. Dein *regiæ* conj. Gron. —9 *Plurimis* Gron. Crev. Doujat.—10 'Forte leg. *Manius ei*, vel cum Gron. *Manio nomen erat*. Id enim nomen servile fuit.' *Rupert*. 'Verba *quorum parentes... erant* parenthesi forte includenda et Livio tribuenda sunt, non

NOTÆ

[q] *Pridie Quinquatrus*] Ut pridie Kalendas. Festum fuit Minervæ *Quinquatrus* (corrupte quibusdam, *Quinquatria*) haud absimile Panathenaicis Atheniensium. Nomen, auctore Varr. et Festo, inditum imitatione vicinorum populorum, qui sextum et septimum Iduum dicebant sexatrum et septimatrum. Celebrabatur enim hoc festum, initio, post quintum Idus Martias, uno die; postea per quinque dies; creditumque ex eo deductam vocem. Qua de re Ovid. III. Fastor. v. 410. et seqq. Sosipater Grammaticus, a Quinquando, id est, lustrando. *Quinquatrus* antiquis dictas ait, quoniam eo die lustrari ancilia solerent. Fuere præterea Quinquatrus minores, quas idibus Juniis tibicines personati celebrabant.

[r] *Et argentariæ*] Officinæ seu tabernæ argentariorum (qui et trapezitæ) in foro Romano erant.

[s] *Neque enim tum basilicæ erant*] Publica et magnifica ædificia *basilicæ* dicuntur, quasi regia opera, qualia postea in foro exstructa.

[t] *Lautumiæ* [*Latumiæ*] Fuere Romæ sicut Syracusis Lautumiæ, Græcis Λατομίαι, quæ proprie lapidicinæ sunt; sed carceris loco habebantur.

[u] *Forumque piscatorium*] Regione fori Romani, quæ octava sub Augusto urbis regio, fuit hoc forum quod piscarium appellant Sex. Rufus et P. Victor, haud longe a foro boario.

[x] *Ædes Vestæ*] In palatio erat templum hoc Vestæ rotundum, a Numa exstructum.

minos et quinque præterea juvenes nobiles Campanos, quorum parentes a Q. Fulvio securi percussi erant, id incendium fecisse; vulgoque facturos alia,[a] ni comprehendantur.' Comprehensi ipsi familiæque eorum.[11] Et primo elevabatur index indiciumque:[b] 'pridie eum verberibus castigatum ab dominis discessisse, per iram ac levitatem ex re fortuita crimen commentum.' Ceterum ut coram coarguebantur, et quæstio ex ministris facinoris foro medio haberi cœpta est, fassi omnes, atque in dominos servosque conscios animadversum est. Indici libertas data et viginti millia æris.[y] Consuli Lævino Capuam prætereunti circumfusa multitudo Campanorum est, obsecrantium cum lacrymis, ut sibi Romam ad senatum ire liceret, oratum, si qua misericordia tandem flecti possent, ne se ad ultimum perditum irent nomenque Campanorum a Q. Flacco deleri sinerent. Flaccus, 'sibi privatam simultatem cum Campanis,' negare, 'nullam esse: publicas inimicitias et hostiles[z] esse et futuras, quoad eo animo[a] esse erga populum Romanum[12] sciret. Nullam enim in terris gentem esse, nullum infestiorem populum nomini Romano.

[a] *Et alia incendia (vel mala) passim perpetraturos esse.*
[b] *Minuebatur et levior reddebatur servi, qui rem indicaverat, fides, ejusque indicatio.*

servo; aut *essent* leg. pro *erant*.' Rupert.—11 In Edd. ante Gron. *Comprehensi familiæque eorum*.—12 Al. *Quoad eo animo in populum Romanum*. Sigonius affert, *alieno animo a populo Romano:* quod nusquam inveniri ait J. Fr. Gron. et manum esse audacissimi corruptoris. Omnes autem Gallicani et optimus Pal. *eo animo erga populum R.* quod dat Gron. Crev. et Doujat.

NOTÆ

[y] *Viginti millia æris*] Essent ex nostro calculo 583 l. 6 s. 8 d. pecuniæ nostratis.

Viginti millia æris] Hoc est, monetæ Hollandicæ sexcentos florenos. *J. Clericus.*

[z] *Publicas inimicitias et hostiles*] Simultates et inimicitiæ privatorum inter se infensorum proprie sunt: animus hostilis populorum bellum invicem gerentium. Hoc genus ut a priori distinguat Fulvius, inimicitias vocat publicas et hostiles.

[a] *Quoad eo animo*] Per *eum animum* significat quidem animum alienum atque infensum, quali tunc erant Campani, aut quali eos credi Flaccus volebat; sed tamen nihil necesse erat mutari a Sigonio textum quem præferunt optimi Libri, et pro *eo animo*, subjici *alieno animo*.

Ideo se mœnibus inclusos tenere eos, quia, si qui evasissent aliqua, velut feras bestias per agros vagari [b] et laniare et trucidare, quodcumque obvium detur. Alios ad Hannibalem transfugisse, alios ad Romam incendendam profectos. Inventurum in semiusto foro consulem vestigia sceleris Campanorum. Vestæ ædem petitam,[13] et æternos ignes, et conditum in penetrali fatale pignus [c] imperii Romani. Se minime censere tutum esse, Campanis potestatem intrandi Romana mœnia fieri.' Lævinus Campanos, jure jurando a Flacco adactos, quinto die, quam ab senatu responsum accepissent, Capuam redituros, sequi se Romam jussit. Hac circumfusus multitudine, simul Siculis obviam egressis Ætolisque, Romam præivit,[14] [d] clarissimarum urbium excidio celeberrimis viris victos bello accusatores in Urbem adducens.[e] De re publica tamen

[e] *Secum Romam ducens Siculos et Campanos, qui a viris excidio Syracusarum et Capuæ illustribus victi, eos accusaturi veniebant.*

Paulo ante *ullam* conj. Rupert.—13 Al. *Vestæ ædem etiam.*—14 Ita e Mss. locum restituit Gron. Vide Not. Var.

NOTÆ

[b] *Per agros vagari, &c.*] Videtur deesse quippiam; veluti, destinasse, aut paratos esse sciret, atque exploratum haberet.

[c] *Fatale pignus*] In æde Vestæ conditum dicebatur Palladium Troja advectum in Italiam ab Ænea, quod æterni imperii pignus putabatur.

[d] *Simul Siculis obviam egressis Ætolisque, Romam præivit* [*egressis, Romam pervenit*] Hæc lectio mihi præ ceteris placet, ut quæ maxime perspicua sit. Cum olim vulgo legeretur *Romam præbuit*, Laur. Valla, quasi rimæ essent, necessario explendæ, multa inferserat, hac excogitata scriptura: *Hac circumfusus multitudine, simul Siculis obviam egressis* [*potestatem*] *Romam* [*adeundi fecit, et nonnullis vel annalis querimoniam*] *præbuit; clarissimarum, &c.* Sigon. *veteri adhærens scripturæ*; unius verbi levi mutatione sensum ejus explicuit, pro *præbuit* restituendo *pervenit*. Sed quia in editionibus quibusdam scriptum erat, *Simul Siculis obviam egressis, Siculisque Romam præbuit*, insulse repetito nomine *Siculis;* Gron. velut expeditam lectionem protulit, *Simul Siculis obviam egressis Ætolisque, Romam præivit.* Rationem hujus emendationis reddidit IV. Observat. 16. hanc opinor, (neque enim ejus observationum libri IV. exemplar nanciscimihi licuit,) quod Siculi ad Marcellum accusandum, Ætoli ad fœdus faciendum, Romam venerant; et quia paulo major literarum affinitas videtur verbi *præivit*, quam verbi *pervenit*, cum verbo *præbuit*.

primum ac de provinciis ambo consules ad senatum retulere.

28. Ibi Lævinus, quo statu [15] Macedonia et Græcia, Ætoli, Acarnanes, Locrique essent,[e] quasque ibi res ipse egisset terra marique, exposuit: 'Philippum, inferentem bellum Ætolis, in Macedoniam retro ab se compulsum, ad intima penitus regni abisse, legionemque inde deduci posse: classem satis esse ad arcendum Italia regem.' Hæc de se deque provincia, cui præfuerat. Consulum de provinciis communis relatio fuit. Decrevere Patres, 'Ut alteri consulum Italia bellumque cum Hannibale provincia esset: alter classem, cui T. Otacilius præfuisset, Siciliamque provinciam cum L. Cincio prætore obtineret.' Exercitus eis duo decreti, qui in Etruria Galliaque essent. Eæ quatuor erant legiones.[16 f] Urbanæ duæ superioris anni [g] in Etruriam; duæ, quibus Sulpicius consul præfuisset, in Galliam mitterentur. Galliæ et legionibus præesset, quem consul, cujus Italia provincia esset, præfecisset.[d] In Etruriam C. Calpurnius, post prætoram prorogato in annum imperio, missus; et Q. Fulvio Capua provincia decreta, prorogatumque in annum imperium. Exercitus civium sociorumque minui jussus, ut ex duabus legionibus una legio, quinque millia peditum et trecenti equites essent; dimis-

[d] *Ut is Galliæ Cisalpinæ provinciæ, et legionibus in eam mittendis, imperaret, qui iis præponeretur ab eo consule cui sorte obvenisset Italia provincia.*

15 Olim legebatur *quo in statu*.—16 'Ita ex emend. Periz. pro vulg. *quæ in E. G. essent* (*eæ q. erant*) *legiones* edidi.' *Rupert.* Sic etiam Moguntina

NOTÆ

[e] *Locrique essent*] Indicat Anticyram quasi Locris ademtam, quæ tamen non Locridis, sed Phocidis erat: nisi si forte per ea tempora Locri Ozolæ oram Phocensem occupaverant. Vide supra c. 24.

[f] *Eæ quatuor erant legiones*] Ita lib. XXIV. cap. 44. 'et exercituum, unus quem ipse Sempronius habuerat; alter quem Fabius Consul: eæ binæ erant legiones.' Item XXXII. 16. 'una (classis) cum Attalo: eæ quatuor et viginti quinqueremes erant.' Id est, exercitus tot legionibus, classis tot quinqueremibus constabat.

[g] *Urbanæ duæ superioris anni*] Quæ scilicet in urbe conscriptæ, nec in provinciam profectæ fuerant.

sis, qui plurima stipendia haberent: et sociorum septem millia peditum et trecenti equites relinquerentur, eadem ratione stipendiorum habita[h] in veteribus militibus dimittendis. Cn. Fulvio consuli superioris anni, nec de provincia Apulia, nec de exercitu, quem habuerat, quicquam mutatum. Tantum in annum prorogatum imperium est. P. Sulpicius collega ejus omnem exercitum, præter socios navales, jussus dimittere est. Item ex Sicilia exercitus, cui M. Cornelius præesset, ubi consul in provinciam venisset, dimitti jussus. L. Cincio prætori ad obtinendam Siciliam Cannenses milites dati, duarum instar legionum. Totidem legiones in Sardiniam P. Manlio Vulsoni prætori decretæ, quibus L. Cornelius in eadem provincia priore anno præfuerat. Urbanas legiones ita scribere consules jussi, ne quem militem facerent, qui in exercitu M. Claudii, M. Valerii, Q. Fulvii, fuissent:[17] neve eo anno plures, quam una et viginti, Romanæ legiones essent.

29. His senatus consultis perfectis, sortiti provincias consules. Sicilia et classis Marcello, Italia cum bello adversus Hannibalem Lævino evenit. Quæ sors, velut iterum captis Syracusis, ita exanimavit Siculos, expectatione sortis in consulum conspectu stantes, ut comploratio eorum flebilesque voces et extemplo oculos hominum converterent,[18] et postmodo sermones præbuerint. Circumibant enim senatum cum veste sordida, affirmantes, 'se non modo suam quisque patriam,[19] [i] sed totam Siciliam, relicturos, si eo Marcellus iterum cum imperio redisset. Nullo suo

Ed. nisi quod non distinguit post *legiones*.—17 'In quibusdam Editt. *fuisset*; sed recte se habet *fuissent*, modo ad *ne quem militem* suppleveris *eorum*.' Doering. Paulo ante *M. Valerii Fulvique* Gron. et Doujat.

18 Put. *converterint*: mox alii *postmodum*.—19 *Suam quemque patriam* ma-

NOTÆ

[h] *Eadem ratione stipendiorum habita*] In dimittendis nempe Latinis sociis, ut sacramento militiæ solverentur, qui, ultra numerum præscriptum, plura ceteris stipendia mernissent.

[i] *Suam quisque patriam*] Num potius, *suam quemque patriam relicturos*, &c.

merito eum ante implacabilem in se fuisse: quid iratum, quod Romam de se questum venisse Siculos sciat, facturum? Obrui Ætnæ ignibus,[20 k] aut mergi freto, satius illi insulæ esse, quam velut dedi noxæ inimico.' Hæ Siculorum querelæ, domos primum nobilium circumlatæ celebratæque sermonibus, quos partim misericordia Siculorum, partim invidia Marcelli excitabat, in senatum etiam pervenerunt. Postulatum a consulibus est, ut de permutandis provinciis senatum consulerent. Marcellus, 'si jam auditi ab senatu Siculi essent, aliam forsitan futuram fuisse sententiam suam,' dicere. 'Nunc, ne quis timore frænari eos dicere posset, quo minus de eo libere querantur, in cujus potestate mox futuri sint, si collegæ nihil intersit, mutare se provinciam paratum esse. Deprecari senatus præjudicium; nam cum extra sortem collegæ optionem dari[1] provinciæ iniquum fuerit, quanto majorem injuriam, immo contumeliam esse, sortem suam ad eum transferri?'[a] Ita senatus, cum, quid placeret, magis ostendisset, quam decresset, dimittitur. Inter ipsos consules permutatio provinciarum, rapiente fato[l] Marcellum ad Hannibalem, facta est; ut, ex quo primus adversæ pugnæ gloriam ceperat,[m]

[a] *Aiebat Marcellus, in alia forsitan sententia se futurum, si jam auditæ essent Siculorum querelæ in senatu (tunc enim non ita facile remissurum fuisse jus sibi sorte quæsitum administrandæ Siciliæ): nunc vero se paratum esse Siciliam provinciam, quæ sibi obtigerat, permutare cum Italia et bello in Hannibalem, modo Lævinus collega, cui hæc provincia evenerat, non repugnet, ac profiteatur nihil sua referre, ut Italiam potius administraret. Idque ideo se facere dicebat Marcellus, ne quis ei objicere posset, Siculos a querelis suis in eum libere proferendis impediri, quod viderent in ejus se potestate mox jure magistratus atque imperii futuros; verum id se orare, ut senatus judicium suum ea de re non interponat, neu decreto suo id constituat. Satis iniquum esse quod ipse ultro optionem deferat Lævino utram provinciam malit; at longe adhuc magis injuriosum sibi magisque contumeliosum fore, si provincia, quæ sibi forte obvenit, in collegam transferretur, decernente senatu.*

---

lint Crev. Gron. Rupert. et all. *Quemque* dat Kreyssig.—20 Vet. lib. apud Sigon. *Obrui ab Ætnæ ignibus;* et mox al. *per domos* minus eleganter, judice Gronov.—1 In Edd. ante Gron. *dare;* et mox *decrevisset.*

NOTÆ

[k] *Ætnæ ignibus*] Ætna mons Siciliæ flammivomus, omnibus cognitus, hodie *Monte Gibello.*

[l] *Rapiente fato*] Quasi fatale fuisset Marcellum ab Hannibale vinci atque interfici.

in ejus laudem postremus Romanorum imperatorum, prosperis tum maxime bellicis rebus, caderet.

30. Permutatis provinciis, Siculi, in senatum introducti, multa de Hieronis regis fide perpetua erga populum Romanum verba fecerunt, in gratiam publicam avertentes,[2] [a] [c] Hieronymum ac postea Hippocratem et Epicyden tyrannos, cum ob alia, tum propter defectionem ab Romanis ad Hannibalem, invisos fuisse sibi. Ob eam causam et Hieronymum a principibus juventutis prope publico consilio interfectum, et in Epicydis Hippocratisque cædem septuaginta nobilissimorum juvenum conjurationem factam; quos, Marcelli mora destitutos, quia ad prædictum tempus exercitum ad Syracusas non admovisset, indicio facto, omnes ab tyrannis interfectos. Eam quoque Hippocratis atque Epicydis tyrannidem Marcellum excitasse, Leontinis crudeliter direptis. Nunquam deinde principes Syracusanorum desisse ad Marcellum transire pollicerique, se urbem, cum vellet, ei tradituros. Sed eum primo vi capere maluisse: dein, cum id neque terra, neque mari, omnia expertus, potuisset, auctores traditarum Syracusarum fabrum ærarium Sosim et Mericum Hispanum, quam principes Syracusanorum habere, toties id nequicquam ultro offerentes, præoptasse: quo scilicet justiore de causa vetustissimos socios populi Romani trucidaret ac diriperet. Si non Hieronymus ad Hannibalem defecisset, sed populus Syracusanus et senatus, si portas Marcello Syracusani publice, et non, oppressis Syracusanis, tyranni eorum Hippocrates et Epicydes, clausissent, si Carthaginiensium animis bel-

2 ' *Vertentes* malebat Gron. Sed similiter *avertere* pro vulg. *vertere* et synon. passim dicitur, v. c. XXII. 19. XXXI. 11. XXXVI. 7. XL. 42. ' Averten-

NOTÆ

[a] *Primus adversæ pugnæ gloriam ceperat*] Nam victis semper antea Romanis ab Hannibale, primus omnium Marcellus prospere adversus eum pugnaverat apud Nolam lib. XXIII. cap. 46. Idem postremo loco pugnæ cum eo commissa occubuit ad Petelliam lib. XXVII. cap. 27.

[b] *In gratiam publicam avertentes*] Sive, ut mavult Gronov. *vertentes*, id est, trahentes ad laudem populi Syracusani, &c.

lum cum populo Romano gessissent; quid ultra, quam quod fecerit, nisi ut deleret Syracusas, facere hostiliter Marcellum potuisse? Certe præter mœnia et tecta exhausta urbis, et refracta ac spoliata[3] Deum delubra, Diis ipsis ornamentisque eorum ablatis, nihil relictum Syracusis esse. Bona quoque multis ademta, ita ut ne nudo quidem solo[o] reliquiis direptæ fortunæ alere sese ac suos possent.[4] Orare se Patres conscriptos, ut, si nequeant omnia, saltem, quæ compareant cognoscique possint, restitui dominis jubeant.' Talia conquestos cum excedere ex[5] templo,[p] ut de postulatis eorum Patres consuli possent, Lævinus jussisset, 'Maneant immo,' inquit Marcellus,[6] 'ut coram his respondeam, quando ea conditione pro vobis, Patres conscripti, bella gerimus, ut victos armis accusatores habeamus. Duæ captæ hoc anno urbes, Capua Fulvium reum, Marcellum Syracusæ habeant.'

31. Reductis in curiam legatis, tum consul, 'Non adeo majestatis,' inquit, 'populi Romani imperiique hujus oblitus sum, Patres conscripti, ut, si de meo crimine ambigeretur, consul dicturus causam, accusantibus Græcis, fuerim. Sed non, quid ego fecerim, in disquisitionem venit, quam quid isti pati debuerint.[7] Qui si non fuerunt hostes, nibil

---

tes, i. e. detorquentes, significantius est;' Doer.' *Rupert.*—3 Al. omittunt *ac spoliata.*—4 Tan. Faber leg. *ita ut nec nudo frugum solo reliquiis.* 'Ne *nudo quidem solo.* J. F. Gronovius, qui non capiebat hujus loci sensum, ad correctionem confugit hanc: *ita, ut ne nunc quidem salvi reliquiis direptæ fortunæ alere sese ac suos possent.* Sed bene se habet nostra lectio.' *Doering.*—5 *Ex* del. Gron. Crev. Doujat.—6 'In omnibus quidem Edd. non male *immo* vel ante, vel auctore Rhen. post *maneant* legitur; sed in nullo Ms. præter Rhen. *Maneant imo, ait Marcellus* bene conj. Jac. Gron.' *Rupert.*

7 In Edd. ante Gron. *in disquisitionem venit, quam quicquid in hostibus feci,*

NOTÆ

[o] *Ita ut ne nudo quidem solo*] Reponendum censet Gronovius contra librorum fidem, *ne nunc quidem salvi,* quod scilicet receptæ lectionis nullus sit sensus: mihi tamen sic explicari posse hic locus videtur, ut velint Syracusani multis ipsorum bona ita fuisse ademta, ut ne alere quidem sese ac suos possent reliquiis fortunarum suarum, quod scilicet nudum tantum solum ipsis relictum esset.

[p] *Excedere ex templo*] Templi nomine continentur quævis sacrata loca: hujusmodi autem fuere curiæ, cum senatus non nisi sacrato loco haberi posset.

interest, nunc, an vivo Hierone, Syracusas violaverim. Sin autem desciverunt,[8 r] legatos nostros ferro atque armis petierunt, urbem ac mœnia clauserunt, exerci'uque Carthaginiensium adversus nos tutati sunt;[s] quis passos esse hostilia, cum fecerint,[t] indignatur? Tradentes urbem principes Syracusanorum aversatus sum: Sosim et Mericum Hispanum, quibus tantum crederem,[9 u] potiores habui. Non estis extremi Syracusanorum, quippe qui aliis humilitatem objiciatis.*f* Quis est vestrum, qui se mihi portas aperturum, qui armatos milites meos in urbem accepturum promiserit? Odistis et execramini eos, qui fecerunt, et ne hic quidem contumeliis in eos dicendis parcitis: tantum abest, ut et ipsi tale quicquam facturi fueritis. Ipsa humilitas eorum, Patres conscripti, quam isti objiciunt, max-

f Vos qui hic adestis non postremo estis inter Syracusanos loco, quandoquidem alios tanquam abjectos et humiles despicitis.

jus belli defendit. Vide Not. Var.—8 ' Post *desciverunt* Ms. Put. et alii addunt *portas;* unde Gron. conj. *desciverunt ad Pœnos*, vel *aperte*, et Ruben. *ad portas* vel *in portu legatos* cet. ex XXIV. 33. mox *exercituque C. tutati sunt* passive: *exercitumque* Edd. ante Gron.' *Rupert.*—9 In Edd. ante Gron. *quibus*

NOTÆ

[9] *Quam quid isti pati debuerint*] Adjecerat Rhen. *quam quicquid in hostibus feci jus belli defendit.* Libri tamen fere omnes, *nam quicquid isti pati debuerunt*, vel *debuerant, qui si non fuerint hostes, &c.* Quæ sane haud cohærent; optimeque, et quam minima potuit mutatione, Gron. correxit, *quam quid isti pati debuerint:* ita ut in proxime superiori membro intelligatur particula *tam*, de qua Livii et Taciti ellipsi annotatum est antea. Quo pacto plena erit sententia, *sed non tam quid ego fecerim in disquisitionem venit, quam quid isti pati debuerint.*

[r] *Sin autem desciverunt*] Omnes libri Gallicani cum Puteano scribunt, *desciverunt, portas legatos nostros, &c.* Quod ita legendum Rubenio visum, *ad portas*, vel *in portu legatos nostros ferro atque armis petierunt.* Qua de re lib. XXIV. c. 33.

[s] *Exercituque Carthaginiensium adversus nos tutati sunt*] Ita melius quam quod vulgo legitur, *exercitumque Carthaginiensium:* non enim Syracusani Punicum præsidium tuebantur, sed magis Punicis armis urbem suam, et muros contra Romanos defendebant, ut Gron. notat.

[t] *Cum fecerint*] Zeugma est, et e proximo repetendum 'hostilia,' ut sit, 'cum fecerint hostilia.'

[u] *Quibus tantum crederem*] Vulgo *quibus tantam rem.* Plerique scripti, *quibus tantam crederem.* Duo Palatini, *quibus tanta crederem.* Colb. unus, *quibus tamen crederem;* quod forte non deterius.

imo argumento est, me neminem, qui navatam operam rei publicæ nostræ velit,[10] aversatum esse. Et ante quam obsiderem Syracusas, nunc legatis mittendis, nunc ad colloquium eundo, tentavi pacem; et, postquam neque legatos violandi verecundia erat, nec mihi ipsi congresso ad portas cum principibus responsum dabatur, multis terra marique exhaustis laboribus, tandem vi atque armis Syracusas cepi. Quæ captis acciderint, apud Hannibalem et Carthaginienses victosque justius,[11] [x] quam apud victoris populi senatum, quererentur. Ego, Patres conscripti, Syracusas spoliatas si negaturus essem, nunquam spoliis earum urbem Romam exornarem. Quæ autem singulis victor aut ademi, aut dedi, cum belli jure, tum ex cujusque merito, satis scio me fecisse.[e] Ea vos rata habeatis, Patres conscripti, næ [12] [y] magis rei publicæ interest, quam mea. Mea quippe fides exsoluta est: ad rem publicam pertinet, ne acta mea rescindendo alios in posterum segniores duces faciatis. Et quoniam coram et Siculorum et mea verba audistis, Patres conscripti, simul templo excedemus, ut, me absente, liberius consuli senatus possit.' Ita dimissis Siculis, et ipse in Capitolium ad delectum discessit.

32. Consul alter de postulatis Siculorum ad Patres retulit. Ibi cum diu de [13] sententiis certatum esset, et magna

[e] *Probe scio, cognitum habeo.*

tantam rem crederem.—10 'Rectius Gron. *vellet.*' Doering.—11 '*Victos se* vel *sese* quidam Mss. *victos secum* conj. Gron. *victos* simpl. dedit Doer. ex Colbert. 2.' *Rupert.*—12 In quibusdam Edd. *nec ne.* exulat τὸ *nec* in plurimis Mss.

13 'J. F. Gron. præpositionem *de* invitis Mss. expungendam censet. Sed non video cur non recte quoque dici possit *certare de sententiis*, h. e. quod at-

NOTÆ

[x] *Apud Hannibalem et Carthaginienses victosque justius*] In plurimis codicibus scriptum est *victos se justius.* Malim quod Colb. alter habet, *apud Carthaginienses victos, justius, quam apud victoris populi senatum*; erat enim quod quererentur Syracusani se male defensos a Carthaginiensibus qui se vinci passi essent. Eleganter Gronov. scribendum putat *victos secum*, quod et mihi haud dubie placeret, si vetus aliquis codex astipularetur.

[y] *Rata habeatis.... næ* [*necne*] Testatur Jac. Gronov. a Put. aliisque optimis libris abesse particulam *nec.* Unde colligit legendum *næ*: ut sit, næ magis reip. interest, ut ea vos rata habeatis.

pars senatus, principe ejus sententiæ T. Manlio Torquato, 'cum tyrannis bellum gerendum fuisse,' censerent, 'hostibus et Syracusanorum et populi Romani; et urbem recipi, non capi; et receptam legibus antiquis et libertate stabiliri, non fessam miseranda servitute bello affligi. Inter tyrannorum et ducis Romani certamina præmium victoris in medio positam urbem pulcherrimam ac nobilissimam perisse, horreum atque ærarium quondam populi Romani, cujus munificentia ac donis multis tempestatibus, hoc denique ipso Punico bello, adjuta ornataque res publica esset. Si ab Inferis existat[14] rex Hiero, fidissimus imperii Romani cultor, quo ore aut Syracusas, aut Romam ei ostendi posse? cum, ubi semirutam ac spoliatam patriam respexisset, ingrediens Romam, in vestibulo urbis, prope in porta, spolia patriæ suæ visurus sit?' Hæc taliaque cum ad invidiam consulis miserationemque Siculorum dicerentur, mitius tamen decreverunt Patres causa Marcelli: 'Quæ is gerens bellum victorque egisset, rata habenda esse. In reliquum curæ senatui fore rem Syracusanam, mandaturosque consuli Lævino, quod[15] sine jactura[a] rei publicæ fieri posset, fortunis ejus civitatis consuleret.' Missis duobus senatoribus in Capitolium ad consulem, uti rediret in curiam, et introductis Siculis, senatus consultum recitatum est: legatique, benigne appellati ac dimissi, ad genua se Marcelli consulis projecerunt, obsecrantes, 'ut, quæ deplorandæ ac levandæ calamitatis causa dixissent, veniam eis daret, et[16] in fidem clientelamque[a] se urbemque Syracusas acciperet.' Post hæc consul clementer appellatos[A] dimisit.

[A] *Cum eos benigne compellasset, suaque ipsis officia promisisset.*

---

tinet ad sententias.' *Doering.*—14 Al. *si ab inferiis existat:* et mox Put. *imperio Romano.*—15 *Quoad* Edd. ante Gron. qui docet *quod* sæpe pro *quoad* dici.—16 In Edd. ante Gron. τὸ *et* omissum est. Mox vet. lib. apud Sigon. *reciperet.*

NOTÆ

[a] *Quod sine jactura*] Vulgatior lectio, *quoad sine jactura:* idem sensus; sed illa phrasis elegantior: nam et apud Cicer. 'quod tuo commodo fiat;' 'aliæque similes loquendi formæ extant.

[a] *In fidem clientelamque*] Hoc in more positum, ut victæ urbes victo-

33. Campanis deinde senatus datus est, quorum oratio miserabilior, causa durior erat.[f] Neque enim meritas poenas negare poterant, nec tyranni erant,[b] in quos culpam conferrent: sed satis pensum poenarum, tot veneno absumtis, tot securi percussis senatoribus, credebant. 'Paucos nobilium superstites esse,[17] quos nec sua conscientia, ut quicquam de se gravius consulerent,[h] impulerit, nec victoris ira capitis damnaverit; eos libertatem sibi suisque et bonorum aliquam partem orare, cives Romanos,[c] affinitatibus plerosque et propinquis jam cognationibus[d] ex connubio vetusto junctos.'[18] Summotis deinde e templo, paulisper dubitatum, an arcessendus a Capua Q. Fulvius esset, (mortuus enim post captam Claudius consul[19 e] erat,) ut

[f] *Campanorum oratio magis miseranda erat quam Syracusanorum, quia illi pejus habiti a Fulvio; sed eorum causa minus favorabilis quod aperte rebellassent.*
[h] *Ut voluntaria morte a se poenas expeterent.*

17 Put. et Reg. *superior esse*, unde J. F. Gron. conj. *super iis esse*. Voss. *superiore, esse*.—18 Quidam codd. *jam jam*. Conj. Jac. Gron. *propinquis jam etiam cognationibus*.—19 Sigon. conj. *pro consule*, probante J. F. Gron.—

NOTÆ

res suos, eorumque familias sibi patronos asciscerent. Syracusani Marcellea festum in gratiam Marcelli instituerunt, aliosque in suis stirpi honores decreverunt, de quibus Plut.

[b] *Nec tyranni erant*] Nulli fuerant Capuæ tyranni, sed omnia publico consilio adversus Romanos a Campanis gesta.

[c] *Cives Romanos*] Campani quippe saltem aliqua ex parte civitate donati fuerant: unde 'cives Romanos' accipiendum est per appositionem, ut intelligatur paucos nobilium Campanorum, qui cives Romani sint, et affinitate conjuncti cum Patriciis Romanis, puta cum Fabiis, Claudiis, ut paulo post Atilius notat.

[d] *Propinquis jam cognationibus ex connubio vetusto junctos*] Cum in Put. aliisque habeatur, *propinquis jam jam cognat.* censet Jac. Gronov. veram scripturam esse *propinquis jam etiam cognationibus*. Sed erit forte qui dubitet quomodo ex vetusto connubio propinquæ cognationes? Et sane si connubium pro conjugio sumas, ex vetustis inter Romanos et Campanos nuptiis non nisi longinquæ cognationes essent. Verum connubium hic proprie accipiendum pro jure legitimi matrimonii, quod jam olim Campanis datum.

[e] *Claudius consul*] Melius, vel *Claudius*, sine addito, ut in quibusdam libris; vel *Claudius proconsule*. Capta enim fuit Capua non a Fulvio et Claudio, adhuc consulibus, sed cum jam consulatu excessissent, et proconsulari imperio urbem eam obsiderent. Ita quoque paulo post accipiendum τὸ *consulibus*, pro his ipsis qui consules anno priore fuerant.

coram imperatore, qui res gessisset, sicut inter Marcellum Sioulosque disceptatum fuerat, disceptaretur: dein, cum M. Atilium, C. Fulvium fratrem Flacci, legatos ejus,[20] ac Q. Minucium et L. Veturium Philonem, item Claudii legatos, qui omnibus gerendis rebus affuerant,[1] in senatu viderent, nec Fulvium avocari a Capua, nec differri Campanos vellent; interrogatus sententiam M. Atilius Regulus, cujus, ex iis, qui ad Capuam fuerant, maxima auctoritas erat, 'In consilio,' inquit, 'arbitror me fuisse consulibus, Capua capta,[2] cum quæreretur, ecquis Campanorum de re publica nostra bene meritus esset: duas mulieres compertum est, Vestiam Oppiam Atellanam Capuæ habitantem et Faculam Cluviam, quæ quondam quæstum corpore fecisset; illam quotidie sacrificasse pro salute et victoria populi Romani; hanc captivis egentibus alimenta clam suppeditasse. Ceterorum omnium Campanorum eundem erga nos animum, quem Carthaginiensium, fuisse; securique percussos a Q. Fulvio esse[3] magis, quorum dignitas inter alios, quam quorum culpa eminebat. Per senatum agi de Campanis, qui cives Romani sunt, injussu populi[f] non video posse. Idque et apud majores nostros in Satricanis factum est, cum defecissent, ut M. Antistius tribunus plebis prius rogationem ferret, sciretque plebs,[4 g] uti senatui de Satricanis sententiæ dicendæ jus esset. Itaque censeo, cum tribunis plebis agendum esse, ut eorum unus pluresve

20 'M. *Atilium* et *C. Fulvium fratrem* Q. Fulvii *Flacci, legatos ejus*, Q. Fulvii. Quidam Mss. ignorant *ejus* et *fratris* habent; unde Gron. emend. *M. Atilium, C. Fulvium fratris Flacci legatos*, ut τὸ *fratris* respiciat solum Fulvium, quasi dictum esset *hunc fratris Flacci*. In plerisque Mss. *fratres Flacci*, non improb. Crev. qui nihil vetare putabat, M. Atilium fratrem esse Flacci, etsi diverso nomine sit, sive ex eadem tantum matre ortus, sive per adoptionem in Atiliorum gentem ascitus fuerit. Mox τὸ *item* forte delendum, et ex ultima syll. vocis præc. ortum.' *Rupert.*—1 Vet. lib. apud Sigon. *interfuerat.*—2 'Post *capta* maximam distinct. ponere malebat Duk. Idem quærit: cur *arbitrari* se dicit, quod haud dubie pro certo sciebat? Forte leg. *recordor me affuisse c.*' Rupert.—3 Al. *percussos fuisse*; et mox *Satricanis.*—4 J. F. Gron.

NOTÆ

f *Injussu populi*] Nam de capite civis Romani, nonnisi populi cognitio erat ex lege Valeria.

g *Sciretque plebs*] Pro, *sciscerelque plebs.*

rogationem ferant ad plebem, qua nobis statuendi de Campanis jus fiat.' L. Atilius tribunus plebis ex auctoritate senatus plebem in hæc verba rogavit: 'Omnes Campani, Atellani, Calatini, Sabatini,[h] qui se dediderunt in arbitrium ditionemque populi Romani Fulvio proconsuli,[5] quæque una secum dediderunt, agrum urbemque, divina humanaque utensiliaque, sive quid aliud dediderunt; de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo, Quirites.' Plebes sic jussit: 'Quod senatus juratus,[i] maxima pars,[k] censeat, qui assident,[6 l] id volumus jubemusque.'

conj. *scisceretque*. '*Sciretque plebs* antique pro *sciscerelque*.' Doering.—5 *Proconsule* Gron. Crev. Doujat.—6 '*Assidetis* edidere Sigon. Gron. Drak. sed parum apte; et in omnibus fere Mss. primisque Edd. extat *assidens:* unde *assident* reposui. Ipsum *assidens* recte et antique dictum esse pro *maxima* pars ex eo, qui *assidens* est, h. e. assidet; Doer. qui conf. ad Catull. LXIII. 57. LXIV. 308. Sed ita potius leg. *maxima pars* eorum, *qui assidentes* sc. sunt. *assederint* vel *assidebunt* conj. Gron. qui bene monet, verba *maxima pars qui a.* per epexegesin adjecta esse τῷ *senatus*, ut ostenderetur, non intelligi omnes et singulos, neque certum requiri numerum.' *Rupert.* Vide Not. Var.

NOTÆ

[h] *Campani, Atellani, Calatini, Sabatini*] De Capua, Atella, Calatia, unde his populis nomen, actum antea. *Sabatinos* a Sabato fl. Hirpinorum dictos puto, qui per Beneventum cum amne Calore in Vulturnum defluit. Oppidum ejus nominis nullum hoc tractu invenio. Neque huc pertinet *Sabata* Etruriæ; neque *Vada Sabatia* Liguriæ, de quibus alias.

[i] *Quod senatus juratus*] De gravioribus rebus senatus juratus decernebat. Sic lib. XXX. 'Patres igitur jurati (ita convenerat) censuerunt,' &c. Et lib. XLII. ut 'juratus senatus decerneret,' &c.

[k] *Maxima pars*] Appositio est, ut lib. I. 'aversos boves, eximium quemque.' Significatur non omnium et singulorum senatorum requiri suffragia, sed majoris eorum partis. Alioqui legendum esset, *senatus jurati maxima pars.*

[l] *Qui assident* [*assidetis*] A Sigonio est. Difficilis visus Lipsio locus: tolerari posse ut Gronov. sic et mihi videtur Sigonianum illud, *qui assidetis:* ita scilicet ut referatur ad senatores, qui Attilio tribuno plebem roganti aderant; et mox Campanorum causam disceptaturi videbantur. In libris plerisque legitur *qui adsidens.* An *senatus, qui adsidens*, pro senatoribus qui præsentes adessent, cum ea de re ageretur? Facilius explicari res posset, si in libris scriptis occurreret quod suggerit idem Gronov. *qui adsederint*, vel *adsidebunt*, aut certe *qui adsidebitis.* Ut scilicet sufficere plebi videatur ad eam rem decernendam, si senatorum, qui ad rem illam consultandam jurati assederint, maxima pars aliquid de ea decernat; etiam si non totus senatus, ac ne major quidem pars totius ordinis, aut etiam certus numerus senatorum adsit consultationi: sæpe enim definiebatur numerus senatorum, quem ad-

34. Ex hoc plebeiscito senatus consultus 'Oppiæ Cluviæque primum bona ac libertatem restituit. Si qua alia præmia petere ab senatu vellent, venire eas Romam.' Campanis in familias singulas decreta facta, quæ non operæ pretium est omnia enumerare. 'Aliorum bona publicanda: ipsos liberosque eorum et conjuges vendendas, extra filias, quæ enupsissent[7] prius, quam in populi Romani potestatem venirent. Alios in vincula condendos, ac de his posterius consulendum.' Aliorum Campanorum summam etiam census[8] distinxerunt,[m] publicanda necne bona essent; 'pecua captiva, præter equos, et mancipia, præter puberes virilis sexus,[9] et omnia, quæ solo non continerentur,[n] restituenda,' censuerunt, 'dominis. Campanos omnes, Atellanos, Calatinos, Sabatinos, extra quam qui eorum, aut ipsi aut parentes eorum, apud hostes essent, liberos esse,' jusserunt, 'ita ut nemo eorum civis Romanus aut Latini nominis esset: neve quis eorum, qui Capuæ fuissent, dum portæ clausæ essent, in urbe agrove Campano intra certam diem maneret.[o] Locus, ubi habitarent, trans Tiberim, qui non contingeret Tiberim, daretur. Qui nec Capuæ, nec in urbe Campana, quæ a populo Romano defecisset, per bellum fuissent, eos cis Lirim amnem Romam versus; qui ad Romanos transissent prius, quam Hannibal Capuam veniret, cis Vulturnum emovendos,' censuerunt. 'Ne quis eorum propius mare quindecim millibus passuum agrum ædificiumve haberet. Qui eorum trans Tiberim

[l] *Quæ per nuptias e paterna domo exissent, et in domum mariti transissent.*
[m] *Quæ mobilia essent.*
[n] *Intra certum tempus Capua, ejusque territorio omnes excederent.*

7 Ante Sigon. vulgo legebatur *nupsissent*.—8 'Voci *census* perperam Doujat. et Crev. signum genitivi in singulari addendum curarunt.' *Doering*.—9 Put. *viriles*; unde Jac. Gron. conj. *virile secus*.

NOTÆ

esse oportebat, ut lib. XXXVIII. 'Prætor senatum consuleret, cum in senatu centum non minus essent.'

[m] *Summam etiam census distinxerunt*] Decreverunt ut pro ratione majoris vel minoris patrimonii, aliorum bona publicarentur, aliis sua relinquerentur.

emoti essent, ne ipsi posterive eorum uspiam pararent haberentve, nisi in Veiente aut Sutrino Nepesinove agro; dum ne cui major, quam quinquaginta jugerum, agri modus esset. Senatorum omnium, quique magistratus Capuæ, Atellæ, Calatiæ gessissent, bona venire Capuæ,' jusserunt. 'Libera corpora, quæ venum dari placuerat, Romam mitti ac Romæ venire. Signa, statuas æneas, quæ capta de hostibus dicerentur, quæ eorum sacra ac profana essent, ad pontificum collegium' rejecerunt. Ob hæc decreta mœstiores aliquanto, quam Romam venerant, Campanos dimiserunt. Nec jam Q. Fulvii sævitiam in sese, sed iniquitatem Deum atque execrabilem fortunam suam incusabant.

35. Dimissis Siculis Campanisque, delectus habitus. Scripto deinde exercitu, de remigum supplemento agi cœptum. In quam rem cum neque hominum satis, nec, ex qua pararentur stipendiumque acciperent, pecuniæ quicquam ea tempestate in publico esset, edixerunt consules, ut privati ex censu ordinibusque, sicut antea, remiges darent cum stipendio cibariisque dierum triginta. Ad id edictum tantus fremitus hominum, tanta[10] indignatio fuit, ut magis dux, quam materia, seditioni deesset. 'Secundum Siculos Campanosque' plebem Romanam perdendam lacerandamque sibi consules sumsisse. Per tot annos tributo exhaustos nil reliqui, præter terram nudam ac vastam, habere. Tecta hostes incendisse, servos agri cultores[a] rem publicam abduxisse,[11] nunc ad militiam parvo ære emendo, nunc

* *Post Siculos et Campanos.*

10 Vet. lib. apud Sigon. *tantaque*, et sic Gron. Doujat.—11 Sigon. leg.

NOTÆ

[a] *Servos agri cultores*] Servi enim post Cannensem cladem exiguo pretio redemti fuerant ut armarentur, et milites fierent. Dicitur autem eos abduxisse resp. quoniam abstracti fuerant in publicum commodum: quod autem magistratus in commune bonum facit auctoritate publica, id resp. facere censetur. Ita Cic. in Bruto, de Tib. Graccho, ait 'ab ipsa rep. est interfectus.' Neque erat quod hic Sigonius laboraret, ut Gron. observat.

remiges imperando. Si quid cui argenti ærisve fuerit, stipendio remigum et tributis annuis ablatum. Se, ut dent, quod non habeant, nulla vi, nullo imperio cogi posse. Bona sua venderent: in corpora, quæ reliqua essent, sævirent. Ne unde redimantur quidem quicquam superesse.' Hæc non in occulto, sed propalam in foro atque oculis ipsorum consulum ingens turba circumfusi fremebant: nec eos sedare consules, nunc castigando, nunc consolando, poterant. Spatium deinde his tridui se dare[12] ad cogitandum[o] dixerunt: quo ipsi ad rem inspiciendam expediendamque usi sunt. Senatum postero die habuerunt de remigum supplemento. Ubi cum multa disseruissent, cur æqua plebis recusatio esset,[p] verterunt orationem eo, ut dicerent, 'Privatis id, seu æquum, seu iniquum, onus injungendum esse. Nam unde, cum pecunia in ærario non esset, paraturos navales socios? Quomodo autem sine classibus aut Siciliam obtineri, aut Italia Philippum arceri posse, aut tuta Italiæ littora esse?'

36. Cum in hac difficultate rerum consilium hæreret, ac prope torpor quidam occupasset hominum mentes, tum Lævinus consul, 'Magistratus senatui et senatum populo, sicut honore præstent,[13] ita ad omnia, quæ dura atque aspera essent, subeunda duces[14] debere esse. Si quid

prætores abduxisse.—12 '*Spatium deinde his tribuere se dareque ad cogitandum.* Put. *Spatium deinde iis tribui se dare ad cogitandum.* Optime, modo literam mutes, faciasque *tridui*, quod anticipavit Sigonius. Voss. *tribuisse dareque.*' J. F. Gron.

13 Al. *et senatus populo sicut honore præstet.*—14 *Ducem* Gron. Doujat.—

NOTÆ

° *Spatium deinde his* [*iis*] *tridui se dare ad cogitandum*] Sigon. hanc scripturam e veteribus libris hausisse videri vult. Gronov. in Put. *tribui* legit, non *tridui*: videndum num præstet vulgata lectio, *spatium deinde his tribuere se, dareque ad cogitandum.* Etsi enim redundare videatur τὸ *dareque*, post verbum *tribuere*, et verisimile videatur certum dierum spatium esse datum; his tamen non parum repugnat, quod statim subjicitur, senatum postero die hac de re consultum ab consulibus. Est enim postero die idem ac postridie: ut non aliud quam unius diei spatium plebi datum videatur.

p *Cur æqua plebis recusatio esset*] In Colb. vetustiori est, *Curaque plebis recusatio esset*, quod Salmasio placebat.

injungere inferiori velis,[q] id prius in te ac tuos si ipse juris statueris, facilius omnes obedientes habeas. Nec impensa gravis est, cum ex ea plus quam pro virili parte sibi quèmque capere principum vident. Itaque classes habere[r] atque ornare volumus[15] populum Romanum? privatos sine recusatione remiges dare? nobismet ipsis primum imperemus. Aurum, argentum, æs signatum omne senatores crastino die in publicum conferamus; ita ut annulos sibi quisque et conjugi et liberis, et filio bullam,[s] et, quibus uxor filiæve[16] sunt, singulas uncias pondo auri[t] relinquant; argenti, qui curuli sella sederunt, equi ornamenta et libras pondo, ut salinum[17] patellamque[u] Deorum causa habere

15 Vulg. *Itaque ut classem habeat quam ornare volumus: 'Itaque classes habere* cett. pro vulgari: quodsi igitur volumus et optamus, ut populus Romanus classes habeat, atque eas rebus navalibus instruat, privatique sine recusatione remiges dent, opus est, ut primum nobismet ipsis, quæ conferamus, imperemus. Sed oratio per interrogationem elata multo gravior fit et concitatior, et sic, uti in vernacula, particula *si* omitti solet. Cæterum huic loco, in vett. librr. fœde inquinato, honorem suum restituit J. Fr. Gronovius.' *Doering*. Vid. Not. Var.—16 J. F. Gron. conj. *filiæque*. Vide Not. Var. Mox, legebatur ante Gron. *singulas uncias auri pondo*.—17 'Libri *lignum*, unde illud Valla. Lipsius *culignam* lib. I. Epist. Q. 8. Put. *ut alinum*. Inter versus supra i et n interpositum *g*.' J. F. Gron. Paulo ante pro *argenti* conj.

NOTÆ

[q] *Si quid injungere inferiori velis, &c.*] Ailudit Claud. in Paneg. de IV. Consulatu Honorii: 'Tunc observantior æqui Fit populus: nec ferre negat, cum viderit ipsum Auctorem parere sibi.'

[r] *Itaque classes habere*] Hæc Gron. scriptura dilucida est atque aperta. Vulgaris lectio, *itaque ut classem habeat, quam ornare volumus, populus Romanus: privatos sine recusatione remiges dare nobismetipsi primum imperemus.* Quod Colb. uterque sequitur, nec in hac lectione multum vitii. Est enim *Populus Romanus classem habeat, quam ornare volumus. Nos* itaque *primi nobis ipsi imperemus, ut privatim propriis cujusque nostrum sumtibus remiges demus, absque* ulla *recusatione.*

[s] *Filio bullam*] Pueris ingenuis *bulla*, sive icuncula, e collo suspendebatur, qua credebatur averti fascinationes. Ea primum donatus a patre fuerat Tarquinii Prisci filius, quod nondum pubes hostem in bello vulnerasset.

[t] *Singulas uncias pondo auri, &c.*] Non plus quam pondus unciæ servent, uxoris, et unius cujusque filiæ gratia. Lege Oppia cautum postea ne qua mulier plus semuncia auri haberet. Inf. XXXIV. 1.

[u] *Ut salinum patellamque*] Ad hæc itaque duo sufficiebat argenti libra decem uncias nostrates cum semisse pendens. 'Patellæ' Festo sunt 'vasa picata parva sacrificiis faciendis apta.' Est enim patella diminutivum a patera, cui a patentibus labris nomen. Gall. *une tasse*. In sacrificando

possint: ceteri senatores libram argenti tantum, æris signati quina millia[x] in singulos patres familiæ relinquamus. Ceterum omne aurum,[p] argentum, æs signatum, ad triumviros mensarios[y] extemplo deferamus, nullo ante senatus consulto facto; ut voluntaria collatio et certamen adjuvandæ rei publicæ excitet ad æmulandum animos primum equestris ordinis, dein reliquæ plebis. Hanc unam viam, multa inter nos collocuti, consules invenimus. Ingredimini,[z] Diis bene juvantibus. Res publica incolumis et privatas res facile salvas præstat. Publica prodendo,[18] tua nequicquam serves.' In hæc tanto animo consensum est, ut gratiæ ultro consulibus agerentur. Senatu inde misso, pro se quisque aurum, argentum, et æs in publicum conferunt, tanto certamine injecto, ut prima inter primos nomina sua vellent in publicis tabulis esse; ut nec triumviri accipiundo,[19] nec scribæ referundo sufficerent.[q] Hunc consensum senatus equester ordo est secutus; equestris ordinis plebes. Ita sine edicto, sine coërcitione[20] magistratus,† nec remige in supplementum, nec stipendio res publica eguit; paratisque omnibus ad bellum, consules in provincias profecti sunt.

37. Neque aliud magis[1] tempus belli[a] fuit, quo Cartha-

[p] *Reliquum auri quicquid erit.*
[q] *Nec scribæ ad referendum in tabulas sufficerent.*

Rupert. *ex argento* vel *argentea.*—18 Vet. lib. apud Sigon. *perdendo.*—19 Al. *accipiendo*, et mox *referendo.*—20 Ita ex emendatione Gron. pro vulg. *sine cohortatione.*

NOTÆ

magistratus hoc poculi genere dabat Deo vinum.

[x] *Æris signati quina millia*] Quinque scilicet assium millia, qui hoc tempore semunciales erant. Hæc quantitas exiguam nunc summam redderet, vix ultra 145 l. 16 s. 8 d.

[y] *Ad triumviros mensarios*] De his actum lib. XXIII. c. 21.

[z] *Ingredimini*] Intellige e proximo, hanc unam viam. Gall. *Prenez cet expédient.*

† *Sine coërcitione* [*coërtione*] *magistratus*] Ita Pal. unus: nec abludunt alii scripti: quod idem est ac sine coërcitione; utrumque enim perinde dicitur. Vulgo *sine cohortatione*; sed hæc frustra jam adhibita: nisi interpretere, sine alia, seu nova cohortatione magistratus. Maliem, si liceret, *sine coactione.*

[a] *Magis tempus belli*] Redundare vi-

ginienses Romanique pariter variis casibus immixtis[2] magis in ancipiti spe ac metu fuerint. Nam Romanis et in provinciis, hinc in Hispania adversæ res, hinc prosperæ in Sicilia, luctum et lætitiam miscuerant: et in Italia, cum Tarentum amissum damno et dolori, tum arx cum præsidio retenta præter spem gaudio fuit: et terrorem subitum pavoremque urbis Romæ obsessæ et oppugnatæ Capua post dies paucos capta in lætitiam vertit. Transmarinæ quoque res[r] quadam vice pensatæ. Philippus hostis tempore haud satis opportuno factus; Ætoli novi asciti socii Attalusque Asiæ rex, jam velut despondente fortuna Romanis imperium orientis.[b] Carthaginienses quoque Capuam amissam et Tarentum captum æquabant; et, ut ad mœnia urbis Romanæ nullo prohibente se pervenisse in gloria ponebant, ita pigebat irriti incepti, pudebatque adeo se spretos, ut, sedentibus ipsis ad Romana mœnia, alia porta exercitus Romanus[c] in Hispaniam duceretur. Ipsæ quoque Hispaniæ, quo propius spem venerant, tantis duobus ducibus exercitibusque cæsis, debellatum ibi ac pulsos inde Romanos esse; eo plus, ab L. Marcio[d] tumultuario duce ad vanum et irritum victoriam redactam esse, indignationis præbebat.'[3] Ita æquante fortuna, suspensa omnia utrimque erant, integra spe, integro metu, velut illo tempore primum bellum inciperent.

[r] *Res Macedoniæ et Græciæ.*

[s] *Quanto majorem spem conceperant Carthaginienses fore ut post casus Scipiones, eorumque exercitus, bellum in Hispania, pulsis inde Romanis, confectum esset: tanto majorem indignationis causam præbebant Hispaniæ servatæ ac retentæ a Romanis duce L. Marcio, &c.*

---

1 Tò *magis* delendum censet J. F. Gron. quod etiam Doering.—2 *Immixti* dat Kreyssig.—3 *Præbebat* Edd. ante Drak. qui edidit ex quibusdam Mss. *præbebant*: mox *Ista* aut *æquata* conj. Rupert. vel *æquante* passive dictum putat.

NOTÆ

detur hoc *magis*, utpote mox aptiore loco usurpatum: quod vidisse Gronovium testatur filius.

[b] *Imperium orientis*] Intelligit Asiam, tum minorem, tum præsertim majorem.

[c] *Alia porta exercitus Rom. &c.*] Vid. lib. XXVI. cap. 11.

[d] *Ab L. Marcio*] Supra lib. XXV. cap. 27.

38. Hannibalem ante omnia angebat, quod Capua, pertinacius oppugnata ab Romanis,[t] quam defensa ab se, multorum Italiæ populorum animos averterat: quos neque omnes tenere præsidiis, nisi vellet in multas parvasque partes carpere exercitum,[t] quod minime tum expediebat, poterat; nec, deductis præsidiis, spei liberam vel obnoxiam timori sociorum relinquere fidem.[u] Præceps in avaritiam et crudelitatem animus ad spolianda, quæ tueri nequibat, ut vastata hosti relinquerentur, inclinavit. Id fœdum consilium cum incepto, tum etiam exitu fuit. Neque enim indigna patientium modo abalienabantur animi, sed ceterorum etiam. Quippe ad plures exemplum, quam calamitas, pertinebat. Nec consul Romanus tentandis urbibus, sicunde spes aliqua se ostendisset, deerat. Salapiæ principes erant Dasius et Blattius:[4] Dasius Hannibali amicus; Blattius, quantum ex tuto poterat, rem Romanam fovebat, et per occultos nuntios spem proditionis fecerat Marcello; sed sine adjutore Dasio res transigi non poterat. Multum ac diu cunctatus, et tum quoque magis inopia consilii potioris, quam spe effectus, Dasium appellabat. At ille, cum ab re aversus, tum æmulo potentatus inimicus,[v] rem Hannibali aperit. Arcessito utroque, Hannibal cum pro tribunali quædam ageret, mox de Blattio cogniturus, starentque summoto populo accusator et reus: Blattius de proditione Dasium appellabat.[y] 'Enimvero,' ille, velut in manifesta re, exclamat, 'sub oculis Hannibalis secum de proditione agi.' Hannibali atque eis, qui aderant, quo audacior res erat, mi-

[t] *Copias dividere.*

[u] *Fidem sociorum sinere, aut liberam manere, ut unde melioris conditionis spes ostenderetur, eo se verteret; aut trepidam metu imminentis ab hostibus periculi.*

[v] *Et alienus ab eo consilio, et infensus Blasio æmulo potentiæ in civitate, &c.*

[y] *Solicitabat Dasium ad prodendum Romanis oppidum.*

4 'Blattius Ms. Flor. et Put. In aliis libris *Blatius*, (ut ap. Appian.) *Blactius, Blasius:* apud Valer. *Blasius* et *Blassius.* Cf. Gron. Obss. IV. 11.

NOTÆ

[u] *Blattius* [*Blasius*] In scriptis *Blattius* vocatur: et Appiano Βλάττιος.

nus similis veri visa est. 'Æmulationem profect oatque odium esse; et id crimen afferri, quod, quia testem habere non posset, liberius fingenti sit.'[5][f] Ita inde dimissi sunt. Nec Blattius[6] ante abstitit tamen tam audaci incepto, quam idem obtundendo docendoque, quam ea res ipsis patriæque salutaris esset, pervicit, ut præsidium Punicum (quingenti autem Numidæ erant)[7][g] Salapiaque traderetur Marcello. Nec sine cæde multa tradi potuit. Longe fortissimi equitum[h] toto Punico exercitu erant. Itaque, quanquam improvisa res fuit, nec usus equorum in urbe erat, tamen, armis inter tumultum captis, et eruptionem tentaverunt, et, cum evadere nequirent, pugnantes ad ultimum occubuerunt: nec plus quinquaginta ex his in potestatem hostium vivi venerunt. Plusque aliquanto damni hæc ala equitum amissa Hannibali, quam Salapia, fuit:[s] nec deinde unquam Pœnus (quo longe plurimum valuerat) equitatu superior fuit.

39. Per idem tempus, cum in arce Tarentina vix inopia

[s] *Majori detrimento fuit Hannibali horum equitum, quam Salapiæ urbis amissio.*

p. 166.' *Rupert. Blasius* Gron. Doujat. Crev.—5 ' *Liberius fingenti sit.* Ita egregie hunc locum ex ineptis et corruptis lectionibus, quas conspicere licet apud Drakenborchium, refinxit J. Fr. Gronovius.' *Doering.* Vid. Not. Var. Paulo ante *potuisset* Gron. Douj. Crev—6 Al. *Nec Blasius ante abstitit tum audaci incepto.* Put. *abstitit tament audaci.*—7 Olim *hi autem Numidæ erant.*

NOTÆ

[f] *Liberius fingenti sit*] Vulgo *liberius fingeretur.* In Mss. quibusdam est *liberius fingenti.* In aliis *fingentis ita.* In Put. *fingentis itia:* unde acute Gron. reponit *liberius fingenti sit.* Adducitque eandem loquendi formam ex ipso auctore lib. XXX. ' Colloquium Hannibalis in secreto habitum, ac liberum fingenti, qua velit flecti.' Sensus hujus loci hic est, Hannibalem judicasse Dasium ex simultate eam accusationem in Blasium attulisse, quæ libere fingi posset, seu quæ liberum ei præberet fingendi campum, cum res testibus careret.

[g] *Quingenti autem Numidæ erant*] Desideratur numerus in plerisque scriptis: sed supplendus ex Valerio Max. lib. III. cap. 8. hoc ipsum Blasii factum post Livium narrante. Inde, atque ex more Livii numerum in his rebus adjicere soliti, Sigonio visum, pronomen *Hi,* quod editi habent, mutare in notam numeralem D. seu ID. quam lectionem ex Palatinorum uno confirmat Gron. ubi scriptum, *id autem Numidæ erant.*

[h] *Fortissimi equitum*] Illi scilicet quingenti Numidæ, qui Salapiæ in præsidio.

tolerabilis esset, spem omnem præsidium, quod ibi erat, Romanum præfectusque præsidii atque arcis M. Livius in commeatibus ab Sicilia missis habebant. Qui ut tuto præterveherentur oram Italiæ, classis viginti ferme navium Rhegii stabat.[i] Præerat classi commeatibusque D. Quintius, obscuro genere ortus, ceterum multis fortibus factis gloria militari illustris. Primo quinque naves, quarum maximæ duæ triremes a Marcello ei traditæ erant, habuit: postea rem impigre sæpe gerenti tres additæ quinqueremes: postremo ipse, a sociis Rheginisque et a Velia[k] et a Pæsto[8] debitas ex fœdere exigendo, classem viginti navium,[l] sicut ante dictum est, effecit. Huic ab Rhegio profectæ classi Democrates cum pari classe navium Tarentinarum numero, quindecim millia ferme ab urbe, ad Sacriportum[m] obvius fuit. Velis tum forte, improvidus futuri certaminis, Romanus veniebat. Sed circa Crotonem Sybarimque suppleverat remigio naves, instructamque et armatam egregie pro magnitudine navium classem habebat: et tum forte sub idem fere tempus et venti vis omnis cecidit, et hostes in conspectu fuere, ut ad componenda armamenta expediendumque remigem ac militem ad imminens certamen satis[9] temporis esset.[n] Raro alias tantis

8 Al. omittunt præpositionem ante *Pæsto*, et præterea scribunt *Peste*. Mox Voss. Gallic. et Pall. omnes *triginta navium*.—9 *Vix* ante *satis* in qui-

NOTÆ

[i] *Rhegii stabat*] De hoc Rhegio Brutiorum, deque Pæsto Lucanorum, dictum alibi.

[k] *A Velia*] Velia, quæ et Helia, Lucaniæ maritimum oppidum inter Pæstum et Buxentum fuit: hod. *Castell' à mare della Brucca.*

[l] *Classem viginti navium*] Imo triginta, si manuscriptis fides. Quam classem effecerat hic Quintius additis, ad octo naves sibi a Marcello traditas, aliis octodecim, quas a vicinis eo tractu sociis Romanorum exegerat, qui ad certamina vigiorum numerum Romanis suppeditandum tenebantur ex fœdere cum ipsis inito.

[m] *Ad Sacriportum*] Ejus quidem nominis locus in Latio apud Præneste memoratur Appiano, ubi oppressus est Marius. Sed hic maritimus fuit locus, et vere portus, haud procul Metaponto et Bradani ostio, in Tarentinorum et Lucaniæ confinio, uti ex Livii narratione colligitur, qui XV. millibus ab urbe ponit, nempe a Tarento.

[n] *Ut ... satis temporis esset*] Gall. *En sorte qu'il y eût justement assez de*

animis justæ concurrerunt classes: quippe cum in majoris discrimen rei, quam ipsæ erant, pugnarent;[a] Tarentini, ut, recuperata urbe ab Romanis post centesimum prope annum,[o] arcem etiam liberarent; spe commeatus quoque hostibus, si navali prælio possessionem maris ademissent, interclusuros:†[p] Romani, ut, retenta possessione arcis, ostenderent, non vi aut virtute, sed proditione ac furto, Tarentum amissum. Itaque ex utraque parte signo dato cum rostris concurrissent, neque retro navem inhiberent,[q] nec dirimi ab se hostem paterentur, quam quis indeptus navem erat, ferrea injecta manu;[b] ita conserebant[10] ex propinquo pugnam, ut non missilibus tantum, sed gladiis etiam prope

[a] *Quod certarent de servanda vel capienda arce Tarentina, quæ res majoris erat momenti, quam ipsæ classes.*

[b] *Injecto harpagone in hostilem navem, quam quisque assequi atque apprehendere potuerat, non sinebant hostes ab se distrahi atque avelli.*

busdam libris exhibetur.— †' *Spe commeatus quoque ... interclusuros*, h. e. spe quoque concepta, (sperantes simul,) se commeatus interclusuros esse hostibus. Itaque non opus est, ut nostra lectio cum Crevierio et aliis mutetur in *spem commeatus* (in casu secundo) *quoque interclusuri*. Tentata scilicet est hæc correctio ab iis, qui usum ablativi *spe* non caperent. *Spe quoque* dictum est pro, cum spes quoque esset.' *Doering*. Vulg. non respuit Rupert. Doujat. dat

NOTÆ

tempe, &c. Sigon. ex vet. lib. addita voce, scribi vult, *vix satis temporis esset*, quam usitatiorem loquendi formam nemo negaverit.

[o] *Post centesimum prope annum*] Si numeres a consulatu C. Fabricii secundo, et Q. Æmilii etiam secundo, id est, an. urbis 475. quo de Lucanis, Brutiis, Tarentinis Fabricius triumphavit, fient anni 68. Si cum Sigonio a L. Papirii Cursoris, et Sp. Carvilii secundo consulatu, quo arx et urbs Tarentina in Romanorum venit potestatem, anno urbis 481. existent anni duntaxat 62.

[p] *Spe commeatus quoque .... interclusuros* [*interclusuri*] Plana satis hujus loci sententia, acriter pugnasse Tarentinos, animo non commeatum modo, sed spem ipsam commeatus interclu-dendi hostibus, si eis possessionem maris ademissent navali prælio victis. Quoniam tamen Put. aliique scripti habent *interclusuros*, legit Gronov. *spe* non *spem*, ut sensus sit, eosdem Tarentinos ad pugnam animatos spe concepta fore ut si victores extitissent, Romanorum commeatus intercluderent. Verum præstat meo judicio prior sententia.

[q] *Neque retro navem inhiberent*] Hic fere mos navalium prœliorum fuit, ut post primum concursum naves invicem recederent, iterum impetu majori reversuræ. *Inhibendi* autem verbo uti Livium, pro eo quod est agere, atque impellere, jam antea est annotatum. Erit ergo *neque retro inhiberent*, idem quod non retro agerent.

collato pede gereretur res.[11 r] Proræ inter se junctæ hærebant, puppes alieno remigio circumagebantur.[s] Ita in arcto stipatæ erant naves, ut vix ullum telum in mari vanum intercideret. Frontibus velut pedestris acies urgebant, perviæque naves pugnantibus erant.[e] Insignis tamen inter ceteras pugna fuit duarum, quæ primæ agminis concurrerant inter se. In Romana nave ipse Quintius erat, in Tarentina Nico, cui Perconi fuit cognomen, non publico modo, sed privato etiam odio invisus atque infestus Romanis; quod ejus factionis erat, quæ Tarentum Hannibali prodiderat. Hic Quintium, simul pugnantem hortantemque suos, incautum hasta transfigit. Ille atque præceps[12 t] cum armis procidit ante proram. Victor Tarentinus, in turbatam duce amisso navem impigre transgressus, cum summovisset hostes, et prora jam Tarentinorum esset, puppim male conglobati tuerentur Romani; repente et alia

[e] *Et ex una in alteram navim patebat certantibus aditus.*

spe commeatus... intercluseri.—10 Al. *conferebant.*—11 Olim *collato pede prælia-rentur.* Quidam Mss. *collato pede quereretur.* Tertius Pal. *gereretur.* Put. *quereretur res.*—12 ' *Ille atque præceps procidit*, v. ad Præf. n. 13. *Ille simul atque p. cum armis p. a. proram, victor* cet. Curio et post eum alii edidere. Sed illud *simul* abest a Mss. et antt. Edd. prob. Gron. qui monet *atque* h. l. ut et alibi, inpr. ap. Plautum, positum esse pro continuo vel statim. Cf. Duker. et Drak. ad h. l. et ad XXVII. 21. Gell. X. 29. Burm. et Heyne ad Virg. Georg. I. 208. Davis. ad Cic. Leg. II. 4. et Schelleri Lex. Lat. Forte leg. *transfigit, atque* (et) *ille* cet.' *Rupert.* ' Livium in hoc loco et in hac verborum collocatione *atque* pro statim, continuo, posuisse, nondum, ut crederem, a me impetrare potui. Si vere Livius scripsit *atque*, haud dubie ante

NOTÆ

[r] *Prope collato pede gereretur res*] Plerique scripti habent, *collato pede quereretur.* Gron. ex Put. ubi scriptum *quereretur res*, conjicit *gereretur res.* Vulgo legitur, *prope collato pede prælia rentur.* Quod ceteris facilius, si codicis alicujus testimonio nitatur.

[s] *Puppes alieno remigio circumagebantur*] Cum enim cohærerent inter se naves, necesse erat ut cujus validiores erant remiges, cum ea hostilis quoque circumageretur.

[t] *Ille atque præceps, &c.*] Hic *atque* sumitur pro statim vel continuo, ut observat A. Gell. lib. X. cap. ult. adducto loco Virgilii, I. Georg. ' Si brachia forte remisit, Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.' Ceterum si vulgarem editionem sequamur, proclivior erit intellectus; sic enim habet, *ille simul atque præceps cum armis procidit ante proram; victor Tarentinus, &c.*

a puppi triremis hostium apparuit. Ita in medio circumventa Romana navis capitur. Hinc ceteris terror injectus, ut prætoriam navem captam videre; fugientesque passim, aliæ in alto mersæ, aliæ in terram remis abreptæ, mox prædæ fuere Thurinis Metapontinisque. Ex onerariis,[u] quæ cum commeatu sequebantur, perpaucæ in potestatem hostium venere: aliæ, ad incertos ventos hinc atque illinc obliqua transferentes vela,[x] in altum evectæ sunt. Nequaquam pari fortuna per eos dies Tarenti res gesta. Nam ad quatuor millia hominum frumentatum egressa, cum in agris passim vagarentur; Livius, qui arci præsidioque Romano præerat, intentus in omnes occasiones gerendæ rei, C. Persium, impigrum virum, cum duobus millibus armatorum ex arce emisit; qui, vage effusos per agros palatosque adortus, cum diu passim cecidisset, paucos ex multis, trepida fuga incidentes semiapertis portarum foribus, in urbem compulit, ne urbs eodem impetu caperetur.[13 y] Ita æquatæ res ad Tarentum; Romanis victoribus terra, Tarentinis mari. Frumenti spes, quæ in oculis fuerat, utrosque frustrata pariter.

40. Per idem tempus Lævinus consul, jam magna parte anni circumacta, in Siciliam,[14] veteribus novisque sociis expectatus, cum venisset, primum ac potissimum omnium ratus, Syracusis[15] nova pace inconditas componere res.[z]

atque vocula quædam excidit, v. c. *pronus.*' Doering.—13 ' *Ne urbs eodem impetu caperetur*, verba quæ pendent a *semiapertis*; unde vel illa post hanc vocem, vel *in urbem compulit* post *multis* ponenda suspicari possis. Cf. Jac. Gron. ad Gell. XII. 5. Ante *ne* Pal. sec. inserit *parumque abfuit*, quod probant Gebh. et Doer.' *Rupert.*

14 *In Sicilia*, omisso commate, Gron. et Doujat.—15 Olim *Syracusanis.*

NOTÆ

[u] *Ex onerariis*] *Naves onerariæ* dicuntur, quæ commeatui aliisque oneribus ferendis destinatæ sunt, opponunturque armatis. Gall. illæ *Vaisseaux de charge*; hæ *vaisseaux de guerre.*

[x] *Obliqua transferentes vela*] In tempestate colliguntur vela ad obliquum cursum, ne recta adversum ventum incurrens navis mergatur. Æneid. v. ' Obliquatque sinus in ventum.' Gall. *aller à la bouline.*

[y] *Ne urbs eodem impetu caperetur*] Hæc non ad proxima referri debent, sed ad superiora, *semiapertis portarum foribus*: ideo scilicet *semiapertis, ne urbs eodem impetu caperetur*: quod recte vidit Tan. Faber.

[z] *Syracusis nova pace inconditas com-*

Agrigentum [a] inde (quod belli reliquum erat, tenebaturque a Carthaginiensium valido præsidio) duxit legiones: et affuit fortuna [16] incepto. Hanno erat imperator Carthaginiensium, sed omnem in Mutine Numidisque spem repositam habebant.[17 b] Per totam Siciliam vagus prædas agebat ex sociis Romanorum: neque intercludi ab Agrigento vi aut arte ulla, nec, quin erumperet, ubi vellet, prohiberi poterat. Hæc ejus gloria, quia jam imperatoris quoque famæ officiebat, postremo in invidiam vertit; ut ne bene gestæ quidem res jam Hannoni propter auctorem satis lætæ essent.[c] Propter quæ postremo præfecturam ejus filio suo dedit, ratus, cum imperio auctoritatem quoque ei inter Numidas erepturum. Quod longe aliter evenit. Nam veterem favorem ejus sua insuper invidia auxit.[c] Neque ille indignitatem injuriæ tulit, confestimque ad Lævinum occultos nuntios misit de tradendo Agrigento. Per quos ut est facta fides compositusque rei gerendæ modus, portam ad mare ferentem Numidæ cum occupassent, pulsis inde custodibus aut cæsis, Romanos ad id [18] ipsum missos in urbem acceperunt. Et cum agmine jam in media urbis ac forum [19] magno tumultu iretur, ratus Hanno non aliud, quam tumultum ac secessionem (id quod et ante acciderat) Numidarum esse, ad com-

[a] *Ita ut Hanno haud multum rebus etiam feliciter gestis lætaretur, quæ ipsi non placebant, eo quod earum auctor esset Mutines.*

[c] *Etenim malevolentia sua gratiam, quam antea consecutus apud Pœnos Mutines erat, mirum in modum adauxit.*

Put. *Syracusas.*—16 Al. *duxit legiones. affuit fortuna.*—17 ' Male omnes libri (præter Put. et Colb.) *habebat;* nam sic Hanno non irritasset Mutinen ablata præfectura.' *J. F. Gron.*—18 Quidam codd. omittunt alterum pronomen *id.*—19 ' In aliis editt. vel *in media urbe ac foro*, vel *in mediam ur-*

NOTÆ

ponere res] Vulgo *Syracusanis.* Legendum videtur ex Colb. meliori, *Syracusanas*, nimirum res.

[a] *Agrigentum*] Græcis Agragas, ad ostia fluvii cognominis, in ora Siciliæ meridionali, totius insulæ quondam amplissima urbs, nunc vulgo *Gergenti.*

[b] *In Mutine Numidisque spem repositam habebant*] Vulgo *habebat;* sed et ratio Gronovii, et liber Colb. volunt reponi in numero plurali, *habebant*, nimirum Carthaginienses, non Hanno; qui, si spem omnem in Mutine repositam habuisset, eum non fuisset irritaturus ablata præfectura.

primendam seditionem processit. Atque ille, cum ei multitudo major, quam Numidarum, procul visa, et clamor Romanus haudquaquam ignotus ad aures accidisset, prius, quam ad ictum teli[20] veniret, capessit fugam. Per aversam portam emissus, assumto comite Epicyde, cum paucis ad mare pervenit; nactique opportune parvum navigium, relicta hostibus Sicilia, de qua per tot annos certatum erat, in Africam trajecerunt. Alia multitudo Pœnorum Siculorumque, ne tentato quidem certamine, cum cæci in fugam ruerent clausique exitus essent, circa portas cæsa. Oppido recepto Lævinus, qui capita rerum Agrigenti erant,[f] virgis cæsos securi percussit: ceteros prædamque vendidit. Omnem pecuniam Romam misit. Fama Agrigentinorum cladis Siciliam cum pervasisset, omnia repente ad Romanos inclinaverunt. Prodita brevi sunt viginti oppida: sex vi capta: voluntaria deditione in fidem venerunt ad quadraginta. Quarum civitatium[c] principibus cum pro cujusque merito consul pretia pœnasque[1 d] exsolvisset, coëgissetque Siculos, positis tandem armis, ad agrum colendum animos convertere, ut esset non incolarum modo alimentis frugifera insula, sed urbis Romæ atque Italiæ (id quod multis sæpe tempestatibus fecerat) annonam levaret; ab Agathyrna[e] inconditam multitudinem secum in Italiam transvexit.

[f] *Primariis civibus, qui supra reliquos eminebant.*

---

bem ac forum, vel *in mœnia urbis ac forum.*' Doering.—20 '*Ad ictum teli.* Pro *ictum* legendum esse *jactum* eleganter conjicit Perizonius, probante, et multis exemplis hunc usum loquendi confirmante, Drakenborchio. Attamen infra quoque XXVIII. 30. '*jam enim sub ictu teli erant.*'' *Doering.* Necnon probat Rupert.—1 Quidam libri vett. *præmia pœnasque.*

NOTÆ

[c] *Civitatium*] Perinde dicitur ac *civitatum*, quemadmodum *ætatium*, pro *ætatum*, apud Cic. de Legibus, quibus alia ubique similia.

[d] *Pretia* [*præmia*] *pœnasque*] Regius et Put. et Colbertinorum melior habent *pretia pœnaque:* et Liv. lib. v. '*pretium*' sumsit in utramque partem, '*cum et recte et perperam facto pretium deberetur.*'

[e] *Ab Agathyrna*] *Agathyrsum* Strabo et Plinius appellant, *Agathyrsum* Ptolomæus. Fuit oppidum in ora Siciliæ boreali, inter Halesam et Tyndarium, cujus rudera juxta *S. Marco*, sub promontorio, cui nunc no-

Quatuor millia hominum erant, mixti ex omni colluvione exules, obærati, capitalia ausi plerique, et cum in civitatibus suis[f] ac sub legibus vixerant, et postquam eos ex variis causis fortuna similis conglobaverat Agathyrnam, per latrocinia ac rapinam tolerantes vitam. Hos neque relinquere Lævinus in insula, tum primum nova pace coalescente, velut materiam novandis rebus, satis tutum ratus est: et Rheginis usui futuri erant ad populandum Bruttium agrum, assuetam latrociniis quærentibus manum. Et, quod ad Siciliam attinet, eo anno debellatum est.[g]

41. In Hispania principio veris P. Scipio, navibus deductis[h] evocatisque edicto Tarraconem sociorum auxiliis, classem onerariasque ostium inde Iberi fluminis petere jubet. Eodem legiones ex hybernis convenire cum jussisset, ipse cum quinque millibus sociorum ab Tarracone profectus ad exercitum est. Quo cum venisset, alloquendos maxime veteres milites, qui tantis superfuerant cladibus, ratus, concione advocata, ita disseruit: 'Nemo ante me novus imperator militibus suis prius, quam opera eorum usus esset, gratias agere jure ac merito potuit. Me vobis prius, quam provinciam aut castra viderem, obligavit fortuna: primum, quod ea pietate erga patrem patruumque meum[s] vivos mortuosque fuistis: deinde, quod amissam tanta clade provinciæ possessionem integram, et populo Romano et successori mihi, virtute vestra obtinuistis. Sed cum jam benignitate Deum id paremus atque agamus, non ut ipsi maneamus in Hispania, sed ne Pœni maneant, nec ut pro ripa Iberi stantes arceamus transitum hostis,[a b] sed

[g] *Finitum est eo anno bellum.*
[h] *Adductis in portum ex armamentario navigiis.*

NOTÆ

men *Capo d'Orlando*, in valle di *Demona*.

[f] *Et cum in civitatibus suis*] Refer ad superiora. Sensus enim, opinor, hic est: hos homines capitalia crimina patrasse et seorsim, eo tempore quo in civitatibus quisque suis degebant; et conjunctim postquam patria pulsi fortuito convenerant.

[g] *Erga patrem patruumque meum*] Pub. Cornelium Scipionem patrem, Cneium patruum, qui defectione sociorum a Pœnis misere cæsi, supra lib. XXV. c. 34. et 36.

ut ultro transeamus transferamusque bellum; vereor, ne cui vestrum majus id audaciusque consilium, quam aut pro memoria cladium nuper acceptarum, aut pro ætate mea, videatur. Adversæ pugnæ in Hispania nullius in animo, quam meo, minus obliterari possunt; quippe cui pater et patruus intra triginta dierum spatium, ut aliud super aliud cumularetur familiæ nostræ funus, interfecti sunt.[3] Sed ut familiaris pæne orbitas ac solitudo frangit animum; ita publica cum fortuna tum virtus desperare de summa rerum prohibet. Ea fato quodam data nobis sors est,[4 i] ut magnis omnibus bellis victi vicerimus. Vetera omitto, Porsenam, Gallos, Samnites: a Punicis bellis incipiam. Quot classes, quot duces, quot exercitus priore bello amissi sunt? Jam quid hoc [5] bello memorem?[k] Omnibus aut ipse affui cladibus; aut, quibus abfui,[l] maxime unus omnium eas sensi. Trebia, Trasimenus, Cannæ, quid aliud sunt, quam monumenta occisorum exercituum consulumque Romanorum? Adde defectionem Italiæ, Siciliæ majoris partis, Sardiniæ. Adde ultimum terrorem ac pavorem, castra Punica inter Anienem et mœnia Romana posita, et visum prope in portis victorem Hannibalem. In hac ruina rerum stetit una integra atque im-

2 *Transitu* Cantabrig. *Arceamus transitu hostes* edidit Drak. ex emendatione Gron. et sic dant Doering. et Kreyssig.—3 *Interfecti sint* malebat Gron.—4 Olim legebatur *Eo fato quo donata nobis sors est.* Quidam codd. *eo fato* (vel *facto*) *quo damnata.* Put. *ea fato quodam nata.*—5 *Hoc de bello* conj.

NOTÆ

[h] *Arceamus transitum hostis*] Elegantius ex Cantabr. Cod. Jac. Gron. *Arceamus transitu hosteis.*

[i] *Ea fato quodam data nobis sors est*] *Nobis*, nempe Romanis. Hæc forte vera lectio eruta a Gronovio ex Put. ubi *nata*, quod ferri posset: melius tamen videtur *data*; ut apud Virg. I. Æneid. 'Hoc mihi sorte datum:' et apud nostrum lib. III. 'Data fato etiam quodam Furiæ genti Gallica bella.'

[k] *Jam quid hoc bello memorem*] Sic scripti quos vidi: et sensus est, quid gestum hoc bello memorem? Minus elegantiæ habet illud Sigonii, *quid hoc de bello memorem?*

[l] *Quibus abfui*] Clades Hispanicas intelligit, ubi pater patruusque ipsius occubuerant, cum ille in exercitibus Italicis esset. Nam et apud Trebiam patrem vulneratum admodum adolescens corpore suo protexisse dicitur, lib. XXI. c. 46. Quod et Polyb. affirmat lib. X.

mobilis virtus populi Romani. Hæc omnia strata humi erexit ac sustulit. Vos omnium primi, milites, post Cannensem cladem vadenti Hasdrubali ad Alpes Italiamque—qui si se cum fratre conjunxisset, nullum jam nomen esset populi Romani—ductu auspicioque patris mei obstitistis. Et hæ secundæ res illas adversas sustinuerunt. Nunc, benignitate Deum, omnia secunda, prospera, in dies lætiora ac meliora in Italia Siciliaque geruntur. In Sicilia Syracusæ, Agrigentum [6] captum, pulsi tota insula hostes, receptaque provincia in ditione [7] populi Romani est.[m] In Italia Arpi recepti, Capua capta. Iter omne ab urbe Roma trepida fuga emensus Hannibal, in extremum angulum agri Bruttii compulsus, nihil jam majus [8] precatur Deos, quam ut incolumi cedere atque abire ex hostium terra liceat. Quid igitur minus conveniat, milites, quam, cum aliæ super alias clades cumularentur, ac Dii prope ipsi cum Hannibale starent, vos hic cum parentibus meis (æquentur enim etiam [9] honore nominis [n]) sustinuisse labantem fortunam populi Romani, nunc eosdem, quia illic omnia secunda lætaque sunt, animis deficere? Nuper quoque quæ acciderunt, utinam tam sine meo luctu, quam vestro, transissent![o] Nunc Dii immortales imperii Romani præsides, qui centuriis omnibus, ut mihi imperium juberent dari,[10] fuere auctores, iidem auguriis auspiciisque, et per nocturnos etiam visus,[p] omnia læta ac prospera portendunt. Animus quo-

Sigon.—6 *Agrigentumque* Gron. Donjat. Crev.—7 In quibusdam Edd. *in ditionem* exhibetur.—8 Vet. lib. apud Sigon. *nihil jam magis.*—9 Al. *æquentur*

NOTÆ

[m] *Receptaque provincia in ditione populi Romani est*] Variant libri: meliores *in ditione*, plerique habent *in ditionem*; utrumque in eundem sensum: quid enim, quantum ad sententiam, distant *provincia recepta*, seu reducta *est in ditionem*; et *provincia recepta*, id est, recuperata, *in ditione est*? hoc ego malim.

[n] *Æquentur enim etiam honore nominis*] Patruus cum patre.

[o] *Utinam tam sine meo luctu, quam vestro, transissent*] Ipse Scipio patrem ac patruum cæsos lugebat: milites exercitus quem alloquebatur, incolumes; et cæsis ducibus magnaque parte commilitonum, ipsi tamen victores.

[p] *Per nocturnos etiam visus*] Se a Neptuno in quiete monitum, ut Car-

que mens, maximus mihi ad hoc tempus vates, præsagit, nostram Hispaniam esse:[q] brevi extorre hinc omne Punicum nomen maria terrasque fœda fuga impleturum. Quod mens sua sponte divinat, idem subjicit ratio haud fallax. Vexati ab iis socii nostram fidem per legatos implorant. Tres duces discrepantes, prope ut defecerint alii ab aliis, trifariam exercitum in diversissimas regiones distraxere. Eadem in illos ingruit fortuna, quæ nuper nos afflixit. Nam et deseruntur ab sociis, ut prius ab Celtiberis nos, et diduxerunt exercitus; quæ patri patruoque meo causa exitii fuit. Nec discordia intestina coire eos in unum sinet, neque singuli nobis resistere poterunt. Vos modo, milites, favete nomini Scipionum, soboli imperatorum vestrorum, velut accisis recrescenti stirpibus.[r] Agite, milites veteres, novum exercitum novumque ducem traducite Iberum,[s] traducite in terras cum multis fortibus factis sæpe a vobis peragratas. Brevi[11] faciam, ut, quemadmodum nunc noscitatis in me patris patruique similitudinem oris vultusque et lineamenta corporis, ita ingenii, fidei, virtutisque ad exemplum expressam effigiem[12] vobis reddam, ut revixisse aut renatum sibi quisque Scipionem imperatorem dicat.'

42. Hac oratione accensis militum animis, relicto ad præsidium regionis ejus[s] M. Silano cum tribus millibus

[s] *Ducite trans Iberum.*

enim ipsi etiam; et mox *labentem.*—10 Del. *dari* conj. Duk.—11 Sigon. vult *breve.*—12 ' *Fidei virtutisque ad exemplum expressam effigiem vobis reddam,* pro vulg. *exemplum expressam ad effigiem,* edidi ex emend. Ruhnken. ad Rutil. Lup. de fig. p. 108. *et* vel *atque expressam effigiem,* vel *et expressam adeo effigiem,* conj. Duk. ut Scipio expressa effigies ingenii cet. esse, eamque in se expressam videri et ab omnibus cognosci voluerit.' *Rupert.* Probat etiam Doering.

NOTÆ

thaginem novam invaderet, militibus Scipio affirmavit, auctore Polybio: quod et Noster indicat extremo cap. 45.

[q] *Nostram Hispaniam esse*] Præsenti tempore utitur, ut ostendat et certo et brevi Romanorum futuram Hispaniam.

[r] *Velut accisis recrescenti stirpibus*] Metaphora ab arboribus ducta.

[s] *Regionis ejus*] Cosetanorum, vicinorumque circa Iberi ostia populorum, ubi hodie Archiepiscop. Tarraconensis.

peditum et trecentis equitibus,[t] ceteras omnes copias (erant autem viginti quinque millia peditum, duo millia et quingenti equites) Iberum trajecit. Ibi quibusdam suadentibus, ut, quoniam in tres tam diversas regiones[u] discessissent Punici exercitus, proximum aggrederetur, periculum esse ratus, ne eo facto in unum omnes contraheret,[a] nec par esset unus tot exercitibus, Carthaginem Novam[x] interim oppugnare statuit; urbem cum ipsam opulentam suis opibus, tum hostium omni bellico apparatu plenam; (ibi arma, ibi pecunia, ibi totius Hispaniæ obsides erant;) sitam præterea cum opportune ad trajiciendum in Africam, tum super portum satis amplum quantævis classi, et nescio an unum[13 y] in Hispaniæ ora, qua nostro adjacet mari. Nemo omnium, quo iretur, sciebat, præter C. Lælium. Is, classe circummissus, ita moderari cursum navium jussus erat, ut eodem tempore exercitus ostenderetur,[14 z] et classis portum intraret. Septimo die ab Ibero Carthaginem ventum est simul terra marique.

[a] *Ne occasionem ipsis daret sese conjungendi.*

13 Al. unum probante Sigon. coll. Polyb. x. 8. pr.—14 Edd. et alter Pe-

NOTÆ

[t] *Et trecentis equitibus*] Quingentos Polyb. numerat.

[u] *In tres tam diversas regiones*] Hasdrubal Hamilcaris filius circa Saguntum, *dans le Royaume de Valence:* Mago supra Castulonensem saltum, *sur la frontière de la Castille nouvelle, et du Royaume de Murcie:* Hasdrubal Gisgonis ad Gades, *vers l'extrémité de l'Andalousie Méridionale.* Alibi eos locat Polybius, et longius adhuc ab Ibero.

[x] *Carthaginem Novam*] *Carthagena*, in regno Murciæ: de qua supra XXI. 5.

[y] *Nescio an unum*] Intelligi potest de portu Carthaginis Novæ, qui adhuc capacissimus habetur in Mediterraneo mari: nec alia est Polybii mens cum lib. x. ait hanc urbem in Hispania solam esse (ὅτι.. μόνη σχεδὸν) quæ portus haberet classi et navalibus copiis accommodatos, &c.

[z] *Exercitus ostenderetur*] Ita legendum ex Palat. Nam si Petav. et Colb. sequamur, ubi *eodem tempore exercitus ostenderet;* interserendum erit pronomen *se*. Rhenanus sensum quidem explicuit, sed non Livianis verbis, cum scripsit, *eodem tempore Scipio a terra exercitum ostenderet.* Illa enim *Scipio a terra*, subdititia sunt. 'Exercitum' autem dicit Livius pro terrestribus copiis, et alibi quoque classi opponit, ut lib. XXXII. 'cum magnis classibus exercitibusque mare trajecerunt.'

Castra ab regione urbis, qua in septemtrionem versa est, posita: his ab tergo (nam frons natura tuta erat) vallum objectum.[15] [a] Ceterum sita Carthago[16] sic est. Sinus est maris media fere Hispaniæ ora, maxime Africo [b] vento oppositus, et quingentos passus[17] introrsus retractus,[c] paululo plus passuum in latitudinem patens. Hujus in ostio sinus parva insula [d] objecta ab alto portum ab omnibus

tav. *ostenderet*, unde Gron. conj. *se ostenderet*. Vid. Not. Var.—15 ' Vocem *frons* inseruit Rhen. (cf. Sil. XV. 227.) In Mss. et Edd. antt. legitur: *his ab tergo* (*nam natura tuta erant*) *nullum vallum objectum*. Hinc J. Fr. Gron. conj. *his ab tergo* (*alia natura tuta erant*) *duplum vallum o.* vel (*nam natura t. e. alia*) *v. o.* Jac. Gron. *ante natura tuta erant*. Schel. ad Polyb. de castramet. p. 1151. et Drak. *his ab tergo* (*nam natura tuta erant*) *vallum o.* vel *his nisi ab tergo . . . nullum vallum o.*' Rupert.—16 Olim legebatur *Etenim sita Carthago*. —17 ' *Quingentos passus* cet. immo *MMD. passus*, et mox *paululo plus passuum M.* ex Polyb. legendum jam monuere Sigon. et Duker.' *Rupert.*

NOTÆ

[a] *His ab tergo* (*nam frons natura tuta erat*) *vallum objectum*] Quæ sit hujus loci sententia ex Polybio patet, qui ait Scipionem ad septemtrionalem urbis partem castrametatum: exterius quidem (κατὰ μὲν τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν) duplici aggere et fossa a mari ad mare castra cinxisse: at, interiora in civitatem versa, sine vallo reliquisse, quod ipsa loci natura satis ei securitatis præberet, ob stagnum, scilicet quo clauditur Carthago, colle haud ita magno continenti commissa. Igitur ' tergum ' Nostro exteriorem castrorum partem significat, ' frons ' propiorem urbi, et obsessis obversam.

[b] *Maxime Africo*] Medius hic ventus inter solem occidentem et meridiem: nautis in Mediterraneo mari, *Garbino*, aut *Lebecce*, in Oceano *Sud-ouest*. Latinis Africus, quod ab Africa seu Carthagine spiret. Vide Gell. II. 22.

[c] *Quingentos passus introrsus retractus*] Polyb. (quem fere sequitur Noster) aliter hæc spatia metitur: ait enim τὸ βάθος, quod plerumque profunditatem, hic intimum recessum, seu longitudinem significat, esse quasi viginti stadiorum, hoc est, passuum duorum millium supra quingentos; τὸ πλάτος (latitudinem) ἐν ταῖς ἀρχαῖς, circa ostium nimirum portus, sive sinus, stadiorum ferme decem, hoc est, passuum mille ducentorum et quinquaginta, dimidium nempe superioris numeri.

[d] *Parva insula*] Adeo parva ut leucæ unius ambitu terminetur. Scombrariam vocarunt a scombrorum piscatione: vulgo *Escombrera*. Ortum versus est Scombraria promontorium, nunc *Cabo de Palos:* distat hæc insula stadiis 24. ab Nova Carthagine, auctore Strab. Totum hunc portum ita Polyb. describit, ut videatur Virg. illum cogitasse Æn. I. quamvis ad Carthaginem Africæ depingat. ' Est in secessu longo locus: insula portum Efficit objectu laterum, quibus omnis ab alto Frangitur, inque sinus scindit sese unda reductos. Hinc atque hinc vastæ rupes, geminique minantur In cœlum scopuli, quorum sub vertice late Æquora tuta silent,'

ventis, præterquam Africo, tutum facit. Ab intimo sinu peninsula excurrit, tumulus is ipse, in quo condita urbs est, ab ortu solis et a meridie cincta mari: ab occasu stagnum claudit, paulum et ad septemtrionem fusum; incertæ altitudinis, utcumque exæstuat aut deficit mare.[e] Continenti urbem jugum ducentos fere et quinquaginta passus patens conjungit.[f] Unde, cum tam parvi operis munitio esset, non objecit vallum imperator Romanus: seu fiduciam hosti superbe ostentans, sive ut subeunti sæpe ad mœnia urbis recursus pateret.

43. Cetera, quæ munienda erant, cum perfecisset, naves etiam in portu, velut maritimam quoque ostentans obsidionem, instruxit, circumvectusque classem, cum monuisset præfectos navium, ut vigilias nocturnas intenti servarent, omnia ubique primo obsessum hostem conari;[g] regressus in castra, ut consilii sui rationem, quod ab urbe potissimum oppuguanda bellum orsus esset, militibus ostenderet, et spem potiundæ cohortando faceret, concione advocata ita disseruit: 'Ad urbem unam oppugnandum[18 h] si quis vos adductos credit, is magis operis vestri, quam

18 Quatuor Mss. et vett. Edd. *oppugnandam*, quod rectius opinatur Ru-

NOTÆ

&c. Sunt tamen quibus Homeri locum XIII. Odysseæ, hic imitatus credatur Maro.

[e] *Utcumque exæstuat aut deficit mare*] *Utcumque* hic significat prout, seu perinde ut. Quomodo accipi videtur a Cic. in Oratore, 'Utcumque se affectum videri, et animum audientis moveri volet, ita certum vocis admovebit sonum:' atque a Plauto in Pœnulo, 'Utcumque est ventus, exin velum vortitur.' Acceperat prius Scipio a piscatoribus stagni hujus naturam, quod lutulentum ubique, plerisque locis vadosum esset, et quod magna ex parte quotidie circa vesperam decresceret. Alia quoque ad rem utilia perscrutatus fuerat.

[f] *Continenti urbem jugum, &c. conjungit*] Polyb. isthmum, et montem appellat in peninsulæ formam, quem *tumulum* et *jugum* vocat noster, et quo urbs continenti adhæret.

[g] *Omnia ubique primo obsessum hostem conari*] Ideo intentos jusserat esse præfectos navium, quod obsidionis initio maximi esse consueverunt conatus eorum qui obsidentur.

[h] *Ad urbem unam oppugnandum*] An *ad oppugnandam* legas, parum interest. Quæ sequuntur ex Polybio fere mutuatus est Liv. nec totam Scipionis apud eum orationem expressit.

emolumenti rationem exactam, milites, habet.[l] Oppugnabitis enim vere mœnia unius urbis, sed in una urbe universam ceperitis Hispaniam. Hic sunt obsides omnium nobilium regum populorumque: qui, simul in potestate vestra erunt, extemplo omnia, quæ nunc sub Carthaginiensibus sunt, in ditionem[19] tradent. Hic pecunia omnis hostium, sine qua neque illi gerere bellum possunt, quippe qui mercenarios exercitus alant, et quæ nobis maximo usui ad conciliandos animos barbarorum erit. Hic tormenta, arma, armamenta, et omnis apparatus belli est, qui simul et[m 20] vos instruet, et hostes nudabit. Potiemur præterea cum pulcherrima opulentissimaque urbe, tum opportunissima portu egregio, unde terra marique, quæ belli usus poscunt, suppeditentur. Quæ cum magna ipsi habebimus, tum demserimus hostibus multo majora. Hæc illis arx, hoc horreum, ærarium, armamentarium, hoc omnium rerum receptaculum est. Hinc rectus in Africam[1] cursus est:[i] hæc una inter Pyrenæum et Gades statio: hinc omni Hispaniæ imminet Africa.[n] Sed, quoniam vos instructos et ordinatos cognosco, ad Carthaginem Novam oppugnandam totis viribus et bono animo transeamus.' Cumque omnes una voce, 'hoc faciendum,' succlamarent, eos Carthaginem duxit. Tum terra marique eam oppugnari jubet.

44. Contra Mago Pœnorum dux, cum terra marique[2]

[l] *Præsens potius opus vestrum, quam omnem ejus utilitatem vere inspicit.*
[m] *Qui et vos armabit ac muniet, et simul spoliabit hostes commodis suis.*
[n] *Ex hac velut arce Carthaginienses universæ Hispaniæ dominantur, aut minantur servitutem.*

pert.—19 Al. *in deditionem;* et paulo post *alunt* Gron. Doujat. Crev.—20 Tŭ *et* abest a Ms. Pet.—1 In Edd. ante Gron. *Hinc rectus ex Africa;* dein plerique Mss. et Edd. antt. *hinc omnis Hispania imminet Africæ.*

NOTÆ

[i] *Hinc rectus in Africam* [*Hinc rectus ex Africa*] *cursus est*] Plus quidem est ostentari militibus transitum in Africam, quod vult Pet. ubi scriptum, *Hinc rectus in Africam cursus est:* sed id forte nimium Romanis, qui vixdum ullius ultra Iberum urbis compotes. Malim igitur vulgarem retinere lectionem; quando nec aliter scripti fere omnes: satis enim est hoc rerum statu, si spes fiat, capta hac urbe, præcludi Pœnis aditum ex Africa in Hispaniam.

instrui oppugnationem videret, et ipse copias ita disponit. Oppidanorum duo millia ab ea parte, qua castra Romana erant, opponit: quingentis militibus arcem insedit: quingentos tumulo urbis in orientem verso imponit: multitudinem aliam, quo clamor, quo subita vocasset res, intentam[3] ad omnia occurrere jubet.[k] Patefacta deinde porta, eos, quos in via ferente ad castra hostium instruxerat, mittit.[4] Romani, duce ipso præcipiente, parumper cessere, ut propiores subsidiis in certamine ipso summittendis essent. Et primo haud impari stetere acie:[• 5] subsidia deinde, identidem summissa e castris, non averterunt solum in fugam hostes, sed adeo effusis institerunt, ut, nisi receptui cecinisset,[l] permixti fugientibus irrupturi fuisse in urbem viderentur. Trepidatio vero non in prælio major, quam tota urbe fuit. Multæ stationes pavore atque fuga desertæ sunt,[6 m] relictique muri, cum, qua cuique erat proximum, desiluissent. Quod ubi egressus Scipio[n] in tumulum, quem Mercurii[7] vocant, animadvertit,[o] multis partibus nudata

• *Obsessi Romanis initio restiterunt æquali certamine.*

2 Al. omittunt copulativam post *mari*.—3 Olim legebatur *quo clamor, quo subita vis advocasset, resistentem*. Pet. Reg. Men. Voss. *quos ubi avocasset resistentem*. Put. *quo subi avocasset resistentam*. Unus Pal. *avocasset*.—4 Rupert. conj. *emittit*.—5 Flor. a m. sec. *h. impares st. acies*, probantibus Drak. et Duk. cf. XXVII. 11.—6 Olim legebatur *multæ stationes pavore atque loca deserta sunt*. Put. *atque oga desertæ sunt*.—7 In Edd. ante Gron. *Mercurium Tentatem*. Rupert. conj. *Saturni*: conf. Polyb. X. 10. Vid. Not. Var.—

NOTÆ

[k] *Quo clamor, quo subita vocasset res, intentam ad omnia occurrere jubet*] Correctio Gronovii est, a quo stat melior Colb. nisi quod litera *s* vocis *res* superscripta est. Vulgo legebatur, nec omnino male, *quo clamor, quo subita vis advocasset, resistentem, &c.*

[l] *Nisi receptui cecinisset*] Scipio: ex quo patet ad utros reliqua referenda, Pœnos obsessos, an Romanos obsessores.

[m] *Multæ stationes pavore atque fuga desertæ* [*loca deserta*] *sunt*] Gron. vellet *atque fuga*. Et recte conjungerentur *fuga* et *pavor*, sed receptæ lectioni, quam Reg. et Colb. affirmant, stari nihil vetat: non enim omnia loca, ubi armati ad defendendos muros, stationes dicuntur. Unde stationes et loca, tanquam diversa, distingui potuerunt.

[n] *Quod ubi egressus* [*obversus*] *Scipio in tumulum*] Ita malim ex Reg. et Colb. uno, aliisque optimis codicibus, quam quod Salmasius obtrudit, *egressus*.

[o] *In tumulum, quem Mercurii vocant, animadvertit*] Sic sane legendum, cum Ruben. vel *quem Mercurium vocant:*

defensoribus mœnia esse; omnes castris excitos ire ad oppugnandam urbem et ferre scalas jubet. Ipse, trium præ se juvenum validorum scutis oppositis, (ingens enim jam vis omnis generis telorum e muris volabat,) ad urbem succedit, hortatur, imperat, quæ in rem sunt; quodque plurimum ad accendendos militum animos intererat, testis spectatorque virtutis atque ignaviæ cujusque adest. Itaque in vulnera ac tela ruunt; neque illos muri, neque superstantes armati arcere queunt, quin certatim ascendant. Et ab navibus eodem tempore ea, quæ mare alluitur, pars urbis oppugnari cœpta est. Ceterum tumultus inde major, quam vis, adhiberi[8] poterat.[p] Dum applicant, dum partim[9] exponunt scalas militesque, dum, qua cuique proximum est, in terram evadere properant, ipsa festinatione et certamine alii alios impediunt.

45. Inter hæc repleverat jam Pœnus armatis muros, et vis magna, ex ingenti copia[p] congesta, telorum suppeditabat.[10] Sed neque viri, nec tela, nec quicquam aliud æque, quam mœnia ipsa sese, defendebant.[11] Raræ enim scalæ altitudini æquari poterant, et, quo quæque altiores, eo infirmiores erant. Itaque, cum summus quisque eva-

[p] *Et magnus telorum numerus suppetebat muros tuentibus armatis, quod ingentem eorum copiam antea congestam haberent in eam rem.*

8 In Mss. *hiberi* et *haberi;* in Edd. antt. *videri.* Rupert. conj. *cieri*, vel *fieri*, vel potius *inhiberi*, h. e. adhiberi.—9 Crev. leg. *raptim;* minus necessarie, sed ingeniose, teste Doering.

10 Put. *et ingenti conia.* Men. et Voss. *et ingenti copia.* Edd. antt. *et in-*

NOTÆ

non, *quem Mercurium Teutatem appellant, advertit:* quod per conjecturam eruditorum quorundam, ex vitiosa librorum scriptura natum, qui habent, *Mercurium cantati* (vel *cantanti*, aut *cantant*) *advertit.* Quamvis enim Teutatem pro Mercurio Galli dixerint, cum quibus communia multa habuere a communi origine Hispani: attamen nullus hic Teutati locus; sed loco *cantanti*, legendum cum melioribus, *vocant;* quod enim ejus loco subdidere, *appellant*, ignotum scriptis.

[p] *Tumultus inde major, quam vis, adhiberi poterat*] Non dubito quin, ut Gron. censet, ita scripserit Livius, potius quam aut *haberi*, quod in Regio, aut *videri poterat*, ut vulgo legitur. Idque indicant Colbertinus unus cum Put. in quibus *hiberi poterat*, in altero *viberi.*

dere non posset, subirent tamen alii,[q] onerè ipso frangebantur. Quidam, stantibus scalis, cum altitudo caliginem oculis offudisset, ad terram delati sunt. Et cum passim homines scalæque ruerent, et ipso successu audacia atque alacritas hostium cresceret, signum receptui datum est: quod spem non præsentis modo ab tanto certamine ac labore quietis obsessis, sed etiam in posterum dedit, scalis et corona capi urbem non posse. Opera et difficilia esse,[q] et tempus datura, ad ferendam opem, imperatoribus suis. Vix prior tumultus conticuerat, cum Scipio ab defessis jam vulneratisque recentes integrosque alios accipere scalas jubet, et vi majore aggredi urbem. Ipse, ut ei nuntiatum est, æstum decedere,[r] quod per piscatores Tarraconenses, nunc levibus cymbis, nunc, ubi eæ siderent,[s] vadis pervagatos stagnum,[12] compertum habebat, facilem pedibus ad murum transitum dari, eo secum armatos[13] duxit. Medium ferme diei erat;[r] et ad id, quod sua sponte cedente in mare æstu trahebatur aqua, acer etiam septemtrio[t] ortus inclinatum stagnum eodem, quo æstus, ferebat, et adeo nudaverat vada, ut alibi umbilico tenus aqua esset, alibi

[q] *Cum ii, qui ad supremum cujusque scalæ gradum ascenderant, non possent inde in fastigium murorum eniti, et nihilominus alii super alios ascenderent.*
[r] *Recedere a muris fluctus maris agitati.*
[s] *Iis locis in quibus cymbæ subsidebant, et fundo limoso adhærescebant.*

gens copia.—11 *Defensabant* Gron. Crev.—12 Al. *sederent, pervagatos per stagnum.*—13 Put. *eo seu marmatos.* Edd. antt. *eo armatos.* Conj. Crev. *D.*

NOTÆ

[q] *Opera et difficilia esse, &c.*] Repete e superioribus *spem* (sive opinionem), *obsessis dedit.*

[r] *Medium ferme diei erat*] Observatum antea est ex Polyb. *æstum decedere* stagno solitum sub crepusculum: id nunc paulo ante meridiem factum Livius narrat. Oportet igitur bis singulis diebus accessum ac recessum contigisse: quod in Oceano usitatum ut septenis ferme horis redeat æstus: in Mediterraneo rarius, nec ita statis vicibus.

[t] *Septemtrio*] Ventus est ab Arcto sive Ursa Majori flans: unde Græcis Ἀναρκτίας, eadem queratione Latinis a Septemtrionibus, seu stellis, ex quibus quasi junctis Triones figurantur, id est, boves, (sic rusticorum lingua dictos a terendo, ut vult Varro,) vel potius quod ita sitæ sint, ut ternæ quæque triangulum efficiant. Sidus universum Plaustrum appellatur. Ventus ipse nautis Oceani, *Nort*, Mediterranei *Tramontana.*

genua vix superaret. Hoc, cura ac ratione compertum, in prodigium ac Deos vertens Scipio,[t] qui ad transitum Romanis mare verterent, et stagno [14] auferrent,[u] viasque ante nunquam initas humano vestigio aperirent, Neptunum jubebat ducem itineris sequi, ac medio stagno evadere ad mœnia.

46. Ab terra ingens labor succedentibus erat:[v] nec altitudine tantum mœnium impediebantur, sed quod euntes [15] ad ancipites utrimque ictus subjectos habebant Romanos;[x] ut latera infestiora subeuntibus, quam adversa corpora, essent.[w] At parte in alia quingentis [16] et per stagnum facilis transitus,[y] et in murum ascensus inde fuit. Nam neque

[t] *Magno periculo Romani conflictabantur cum accedebant ad muros.*
[u] *Ita ut latera militum Romanorum qui muros subibant majori obnoxia essent periculo, quam ipsa pectora.*

secum armatos.—14 Al. *signa*; al. *stagna* et *stagnum*.
15 'Si non alia h. l. corrupta sunt, certe vox *euntes*, pro qua Doering. conj. *superstantes*. Plura tentavit Gron.' *Rupert.* Vid. Not. Var.—16 In Edd.

NOTÆ

[t] *In prodigium ac Deos vertens Scipio*] More suo. Solebat enim, ut proximo cap. diximus, sua omnia prodigio imputare.

[u] *Mare verterent et stagno* [*stagna*] *auferrent*] Ex libris manu exaratis, alii habent *stagna*, alii *stagnum*, quidam *stagno*. Prima lectio ceteris præstare videtur: tum quod in pluribus sit; magis enim opinor miraculum sonat *stagna auferre*, quam mare stagno auferre.

[x] *Subjectos habebant Romanos*] Valde laborant hoc loco interpretes. Expedita res erit, si verbum *habebant* referamus ad mœnia imposita capiti collis, quo urbs adibatur: participium vero *euntes* ad *Romanos*, qui urbem ea parte invadebant. Mœnia porro intelligere oportet, qualia Hierosolymis tribuit Tacitus Histor. lib. v. erant enim jam tum ejus 'muri per artem obliqui, aut introrsus sinuati, ut latera oppugnantium utrimque paterent:' quod nostra ætas imitatur. *Mœnia* itaque *subjectos habebant Romanos euntes*, id est, adeuntes Romani mœnibus ejusmodi subjecti erant ad ancipites ictus, sive obnoxii erant ictibus ac telis hinc inde missis: unde nihil est quod cum Gronovio mutemus illud *euntes*, in *tuentes*, ac de obsessis intelligamus. Eo sensu subjectos habere hostes Livius dixit, lib. VII. 34. 'Per eandem vallem, in qua paulo ante subjectum eum telis suis habuerant.' Et XXXVI. 18. 'Ita modica altitudo valli erat, ut propter longitudinem hastarum subjectum haberet hostem.'

[y] *Quingentis et per stagnum facilis transitus*] Hac parte obsessis periculosissima fuit aggressio, quandoquidem et improvisa erat, nec munimentis aut militum stationibus firmatus locus, sed incustoditus, quod stagno satis defendi crederetur. Ad eam igitur invadendam suffecere quingen-

opere emunitus erat, ut ubi ipsius loci ac stagni præsidio satis creditum foret; nec ulla armatorum statio aut custodia opposita, intentis omnibus ad opem [eo] ferendam,[17] [z] unde periculum ostendebatur. Ubi urbem sine certamine intravere, pergunt inde, quanto maximo cursu poterant, ad eam portam, circa quam omne contractum certamen erat. In quod adeo intenti omnium non animi solum fuere,[18] sed etiam oculi auresque pugnantium, spectantiumque et adhortantium pugnantes, ut nemo ante ab tergo senserit captam urbem, quam tela in aversos inciderunt, et utrimque ancipitem hostem habebant.[a] Tunc, turbatis defensoribus metu, et mœnia capta, et porta intus forisque pariter refringi cœpta; et mox cædendo confectis ac distractis,[19] ne iter impediretur,[z] foribus,[b] armati impetum fecerunt. Magna multitudo [c] et muros transcendebat; sed hi passim ad cædem oppidanorum versi. Illa, quæ portam ingressa erat, justa acies, cum ducibus, cum ordinibus,[d] media urbe in

[z] *Ut sine impedimento ingredi possent, qui adhuc foris erant.*

---

ante Gron. *quietus.*—17 Particula *eo* abest a Mss. Put. et Reg. *ad opem-offerendam.*—18 Al. *fuerant;* et mox *refringi cœpit;* et sic Rhenanus.—19 Put. *confectis ac distractis.* Petav. *confractis ac distractis.* Gron. malit *diffractis.*

NOTÆ

ti milites cum scalis. Pro *quingentis* (quod in Reg. et Put. extat) male in aliis *quietus et facilis.*

[z] *Ad opem eo ferendam*] Abest a veteribus libris τὸ *eo*, insertum a Rhenano, majoris perspicuitatis causa; neque enim necessarium est.

[a] *Et utrimque ancipitem hostem habebant*] Fallor, aut pendet hoc membrum e proxime superiori: unde repetendum vocabulum *antequam:* et *habebant*, pro *habuerunt*, vel *haberent.* Hostem vero ancipitem dicit Romanos, quorum qui scalis ascenderant muros, jam a tergo: qui effringebant portam, a fronte urgebant.

[b] *Cædendo confectis* [*confractis*] *ac distractis, ne iter impediretur, foribus*] Ita Sigon. Probat tamen Gronov. Regii, Puteani, aliorumque lectionem, *cædendo confectis ac distractis, ne iter impediretur, foribus:* nisi *distractis* malis *diffractis.* Verum *confectæ fores* haud satis placent: quod si confectos ac distractos propugnatores intelligamus, nihil supererit quo regatur nomen *foribus.* Colb. alter pro *foribus*, habet *fortibus*, quasi vellet auctor Romanos, velut cedendo fortioribus defensorum, qui jam quoque labore confecti, illos huc illuc distraxisse, ut ipsi in urbem penetrarent, impetu in eos qui nondum pugnaverant facto.

[c] *Magna multitudo*] Romanorum.

[d] *Cum ducibus, cum ordinibus*] Ser-

forum processit. Inde cum duobus itineribus fugientes videret hostes, alios ad tumulum in orientem versum, qui tenebatur quingentorum militum præsidio, alios in arcem, in quam et ipse Mago cum omnibus fere armatis, qui muris pulsi fuerant, refugerat;[20] partim copiarum[e] ad tumulum expugnandum mittit, partim ipse ad arcem ducit. Et tumulus primo impetu est captus, et Mago, arcem conatus defendere, cum omnia hostium plena videret, neque spem ullam esse, se arcemque et præsidium dedidit. Quoad dedita arx est, cædes[1] tota urbe passim factæ; nec ulli puberum, qui obvius fuit, parcebatur. Tum, signo dato, cædibus finis factus. Ad prædam victores versi, quæ ingens omnis generis fuit.

47. Liberorum capitum virile secus[a f] ad decem millia capta. Inde, qui cives Novæ Carthaginis erant, dimisit;[v] urbemque et sua omnia, quæ reliqua eis bellum fecerat, restituit. Opifices ad duo millia hominum erant: eos pub-

[v] *Captivorum e numero eos liberavit, qui cives erant Carthaginis Novæ.*

Omnes Edd. *confractis.*—20 *Refugerant* Gron. et mox *partem* vulg. Edd. pro *partim.*—1 *Et cædes* Gron.

2 *Virile sexus* et *virilis sexus* alii Mss. *virilis sexus* Edd. antt. Vid. Not.

NOTÆ

vatis ordinibus, voluit, opinor, dicere, ut instructa acies maneret, in hoc etiam per urbem captam incessu.

[e] *Partim* [*partem*] *copiarum*] Licet scripti plerique *partim* habeant, perspicua tamen lectio vulgaris, *partem*; quod servat Regius unus.

[f] *Virile secus* [*virilis sexus*] Reg. scribit *virile sexus.* Put. *virile secus.* Menar. *virilis secus.* Cujus nominis usum erudite observat probatque pluribus Gron. ex veteribus optimis scriptoribus apud Gell. ex Sallustio, Tacito, Ammiano Marcellino; quorum dubia videri posset auctoritas, variante plerisque locis scriptura: non ita Ausonii, apud quem mensura carminis nomen *secus* exigit. 'Juno, Ceres, et Vesta, secus muliebre, sorores.' Et 'Nota Caledoniis nuribus, muliebre secus, strix.' Sive hoc neutrius generis nomen sumatur in nominandi casu per appositionem, pro *muliebris sexus*; sive in accusativo, (qui tamen ablativi loco sit,) pro *muliebrem sexum*, ut cum Græcorum more dicimus *os humerosque Deo similis*, pro eo quod est ore humerisque Deo similis: sed hæc in gignendi casum resolvuntur, quasi dicas sorores sexus muliebris, strix muliebris sexus. At *virile ac muliebre secus* non absolute dicuntur, sed vel utrumque, vel alterum adjuncto aut intellecto altero, pro virilis ac muliebris sexus.

licos fore populi Romani edixit, cum spe propinqua libertatis, si ad ministeria belli enise operam navassent. Ceteram multitudinem incolarum juvenum ac validorum servorum in classem ad supplementum remigum dedit. Et auxerat navibus octo captivis[3 s] classem. Extra hanc multitudinem Hispanorum obsides erant; quorum perinde, ac si sociorum liberi essent, cura habita. Captus et apparatus ingens belli; catapultæ maximæ formæ[4 h] centum viginti, minores ducentæ octoginta et una: ballistæ majores viginti tres, minores quinquaginta duæ: scorpionum majorum minorumque et armorum telorumque ingens numerus: signa militaria septuaginta quatuor. Et auri argentique relata ad imperatorem magna vis: pateræ aureæ fuerunt ducentæ septuaginta sex, libras ferme omnes pondo: argenti facti[5] signatique decem et octo millia et trecenta pondo:[i] vasorum argenteorum magnus numerus. Hæc omnia C. Flaminio quæstori appensa annumerataque sunt. Tritici quadraginta millia modium,[6 k] hordei ducenta septuaginta. Naves onerariæ sexaginta tres[7] in portu expugnatæ captæque: quædam cum suis oneribus, frumento, armis, ære præterea ferroque, et linteis, et sparto, et navali alia materia ad

Var. et mox *populo Rom.*—3 ' Haud dubie *XVIII. captivis* leg. e Polyb. x. 17. 11-13.' *Rupert.*—4 Vett. libri apud Sigon. *ferme.*—5 *Infecti* conj. Gron. probantibus Doering. et Rupert.—6 Al. *modiorum.*—7 *CXIII.* Gron. Dou-

NOTÆ

s *Navibus octo captivis*] Apparet tamen ex Polybio captas fuisse octodecim Carthaginiensium naves.

h *Catapultæ maximæ formæ*] Sigon. *Catapultæ maximæ ferme centum viginti.*

i *Decem et octo millia et trecenta pondo*] Æquaverit hæc summa sexcenta et sexaginta ferme librarum Francicarum millia: pondus argenti haud multum excesserit quatuor et viginti millia marcarum.

k *Quadraginta millia modium*] Regius et Put. *tritici quadringenta millia modium.* Jam observatum est modium Romanorum habuisse libras sex et viginti cum octo uncis. Si unciæ Romanæ nostris responderent, parum distaret modius a duodecima sextarii majoris, seu Parisiensis, parte, quam vocamus *un boisseau.* Hæc quippe mensura frumenti libras circiter viginti Parisienses continet, quarum singulæ sedecim sunt unciarum nostrarum.

classem ædificandam: ut minimum omnium, inter tantas opes belli captas,† [1] Carthago ipsa fuerit.

48. Eo die Scipio, C. Lælio cum sociis navalibus urbem custodire jusso, ipse in castra legiones reduxit, fessosque milites omnibus uno die belli operibus [8] (quippe qui et acie dimicassent, et capienda urbe tantum laboris periculique adissent, et capta, cum iis, qui in arcem confugerant, iniquo etiam loco pugnassent) curare corpora jussit. Postero die, militibus navalibusque sociis convocatis, primum Diis immortalibus laudesque et grates [9] egit, qui se non urbis solum opulentissimæ omnium in Hispania uno die compotem fecissent, sed ante eo congessissent omnis pæne Africæ atque Hispaniæ opes; ut neque hostibus quicquam relinqueretur, et sibi ac suis omnia superessent.[s] Militum deinde virtutem collaudavit, quod eos non eruptio hostium, non altitudo mœnium, non inexplorata stagni vada, non castellum in alto tumulo situm, non munitissima arx deterruisset, quo minus transcenderent omnia perrumperentque. Itaque, quanquam omnibus omnia deberet, præcipuum [10] muralis coronæ decus [m] ejus esse, qui primus murum ascendisset. Profiteretur, qui se dignum eo duceret dono. Duo professi sunt, Q. Trebellius centurio legionis quartæ et Sex. Digitius socius navalis; nec ipsi tam inter se acriter contendebant, quam studia excitaverant uterque sui corporis hominum.[s] Sociis C. Lælius præfectus classis; legionariis M. Sempronius Tuditanus aderat. Ea contentio cum prope seditionem veniret, Scipio tres recuperatores [n] cum se da-

[s] *Cuncta affatim suppeterent.*

[s] *Accenderant ambo contentiones hominum ejus ordinis, ex quo quisque ipsorum erat: militum nempe, alter terrestris, alter navalis exercitus.*

jat. Crev.—† *Bellicas* vet. lib. apud Sigon.

8 *Operis* frustra leg. Rhenanus, judice Doering. Mox in Edd. ante Gron. *in* ante *capienda*.—9 Al. *laudes gratiasque*.—10 *Tamen* post *præcipuum* ad-

NOTÆ

[l] *Inter tantas opes belli captas*] Sigon. *opes bellicas*.

[m] *Muralis coronæ decus*] Ea ex auro erat, pinnis fastigiata.

[n] *Tres recuperatores*] 'Reciperatio' erat, ut ait Gallus Ælius apud Festum, 'cum inter populum, et reges, nationesque et civitates peregrinas

turum pronuntiasset, qui, cognita causa testibusque auditis, judicarent, uter prior in oppidum transcendisset, C. Lælio et M. Sempronio, advocatis partis utriusque,° P. Cornelium Caudinum de medio adjecit, eosque tres recuperatores considere et causam cognoscere jussit. Cum res eo majore ageretur certamine, quod amoti [11] [p] tantæ dignitatis non tam advocati, quam moderatores studiorum fuerant; C. Lælius, relicto consilio, ad tribunal ad Scipionem accedit, eumque docet, 'rem sine modo ac modestia agi, ac prope esse, ut manus inter se conserant. Ceterum, etiamsi vis absit, nihilominus detestabili exemplo rem agi; quippe ubi fraude ac perjurio decus petatur virtutis. Stare hinc legionarios milites, hinc classicos, per omnes Deos paratos jurare, magis quæ velint, quam quæ sciant, vera esse, et obstringere perjurio non se solum suumque caput, sed signa militaria et aquilas [q] sacramentique religionem. Hæc se ad eum de sententia P. Cornelii et M. Sempronii deferre.' Scipio, collaudato Lælio, ad concionem advocavit,† pronuntiavitque, 'Se satis compertum habere, Q. Trebellium et Sex. Digi-

dunt Gron. Crev.—11 Al. *admoti*.—† Al. *ad concionem vocavit;* et paulo post

NOTÆ

lex convenit quomodo per recuperatores reddantur res, reciperenturque,' (id est, recuperentur) 'resque privatas inter se persequantur.' Hinc patet quod initio fuerit recuperatorum munus, quæ nominis eorum origo. Postea generaliter recuperatores dicti assessores, sive judices, qui cum magistratu penes quem erat jurisdictio, in provinciis causas dubias disceptabant: sic dicti, quod per eos suum quisque recuperaret. Vide Theoph. Instit.

° *Advocatis partis utriusque*] Jam diximus eos omnes *advocatos* olim dictos qui amico in causa aderant officii causa, diversos a patronis qui causam agebant.

[p] *Quod amoti*] Ex Put. est, aliisque veteribus; alias *admoti*. Illud rectius videtur. Hi enim antea partium duces, cum initio adessent contendentibus, et alter classiariorum militum, alter legionariorum causam foverent; non tamen ita mordicus adhærebant parti quisque suæ, ut non etiam studia suorum auctoritate sua temperarent. At nunc judices facti, parti utrique, tanquam ablatis ducibus, liberam relinquebant inter se acriter concertandi facultatem.

[q] *Sed signa militaria et aquilas*] Juramenta militum apud aquilas et signa, imaginibus Deorum consecrata, fiebant.

tium pariter in murum escendisse; seque eos ambos virtutis causa coronis muralibus donare.' Tum reliquos, prout cuique meritum virtusque erat,[r] donavit. Ante omnes C. Lælium præfectum classis et omni genere laudis sibimet ipse [12] æquavit, et corona aurea ac triginta bubus donavit.

49. Tum obsides civitatium Hispaniæ vocari jussit: quorum quantus numerus fuerit, piget scribere, quippe cum alibi trecentos ferme,[s] alibi septingentos viginti quinque fuisse inveniam.[13] Æque et alia inter auctores discrepant. Præsidium Punicum alius decem, alius septem, alius haud plus quam duum millium fuisse scribit. Capta alibi decem millia [14] capitum, alibi supra quinque et viginti invenias. Scorpiones majores minoresque ad sexaginta captos scripserim, si auctorem Græcum sequar Silenum:[t] si Valerium Antiatem, majorum scorpionum sex millia, minorum tredecim. Adeo nullus mentiendi modus est. Ne de ducibus quidem convenit. Plerique Lælium præfuisse classi; sunt, qui M. Junium Silanum dicant. Arinem [15] præfuisse Punico præsidio deditumque Romanis, Antias Valerius; Magonem alii scriptores tradunt. Non de numero navium captarum, non de pondere auri atque argenti et redactæ pecuniæ, convenit.[b] Si aliquibus assentiri necesse est, media simillima veris [16] sunt.

[b] *Non conveniunt etiam auctores de pondere seu numero pecuniæ quæ ex manubiis confecta est.*

---

prout cujusque.—12 *Sibimet ipsi* Gron.

13 In Edd. ante Gronov. *invenio.*—14 Put. et Men. *decem tria millia.* Voss. *X. tria millia.*—15 In Edd. ante Drak. *Armen.*—16 Al. *veri;* et paulo

NOTÆ

[r] *Prout cuique meritum virtusque erat*] Veterum alii aliter: Reg. *cujusque*, Colb. *cuique.*

[s] *Trecentos ferme*] Hos Hispanorum obsides Polyb. plures facit trecentis, quod paulo majorem numerum indicat, non duplum, longe minus ultra duplum.

[t] *Silenum*] Memoratur hic Græcus rerum Romanarum scriptor Dionysio Halic. lib. I. quasi qui minus accurate, et ex rumoribus magis quam ex vero historiam composuerit. Calatianum fuisse, deque rebus Siculis scripsisse tradit Athen. lib. XII. Meminit ejus quoque Diog. Laërtius in Anaxagora, et Tzetzes in Lycophronem, ubi ait eum fabulosas historias contexuisse.

Ceterum Scipio, vocatis obsidibus, primum universos bonum animum habere jussit. 'Venisse eos in populi Romani potestatem, qui beneficio, quam metu, obligare homines malit, exterasque gentes fide ac societate junctas habere, quam tristi[17] subjectas servitio.' Deinde, acceptis nominibus civitatium, recensuit captivos, quot cujusque populi essent; et nuntios domum misit, ut ad suos quisque recipiendos veniret. Si quarum forte civitatium legati aderant, eis præsentibus suos restituit; ceterorum curam benigne tuendorum C. Flaminio quæstori attribuit.[e] Inter hæc e media turba obsidum mulier magno natu, Mandonii uxor, qui frater Indibilis Ilergetum reguli erat, flens ad pedes imperatoris procubuit, obtestarique cœpit, ut curam cultumque feminarum impensius custodibus commendaret. Cum Scipio, 'nihil profecto defuturum,'[u] diceret; tum rursus mulier, 'Haud magni ista facimus,' inquit: 'quid enim huic fortunæ non satis est? Alia me cura,[18] ætatem harum intuentem, (nam ipsa jam extra periculum injuriæ muliebris sum) stimulat.' Ætate ac forma florentes circa erant Indibilis filiæ aliæque nobilitate pari, quæ omnes eam pro parente colebant. Tum Scipio, 'Meæ populique Romani disciplinæ causa facerem,' inquit, 'ne quid, quod sanctum usquam esset, apud nos violaretur. Nunc, ut id curem impensius, vestra quoque virtus dignitasque facit, quæ ne in malis[19] quidem oblitæ decoris matronalis estis.' Spectatæ deinde integritatis viro tradidit eas, tuerique haud secus verecunde ac modeste, quam hospitum conjuges ac matres, jussit.

[e] *Captivorum custodiendorum et liberaliter habendorum munus commisit C. Flaminio.*

---

ante *redacta*.—17 Rhen. *quam a tristi*.—18 Vid. Not. Var.—19 Al. *quæ nec malis*.

NOTÆ

[u] *Nihil profecto defuturum*] Clarius apud Polyb. per interrogationem, 'quid vero necessariorum illis deest?' et illa iterum, 'non recte, o imperator, nostros cepisti sermones. Si existimas nos eorum gratia, quæ ad alimenta pertinent, tua cura nunc opus habere.'

50. Captiva deinde a militibus adducitur ad eum adulta virgo, adeo eximia forma, ut, quacumque incedebat, converteret omnium oculos. Scipio, percunctatus patriam parentesque,[x] inter cetera accepit, desponsam [20] eam principi Celtiberorum adolescenti: Allucio nomen erat.[y] Extemplo igitur parentibus sponsoque ab domo accitis, cum interim audiret, deperire eum sponsæ amore,[z] ubi primum venit, accuratiore eum sermone, quam parentes, alloquitur. 'Juvenis,' inquit, 'juvenem appello,[a] quo minor [1] sit inter nos hujus sermonis verecundia. Ego, cum sponsa tua capta a militibus nostris ad me ducta esset,[b] audiremque, eam tibi cordi esse, et forma faceret fidem, quia ipse, si frui liceret ludo ætatis, (præsertim recto et legitimo amore [2]) et non res publica animum nostrum occupasset, veniam mihi dari sponsam impensius amanti vellem; tuo, cujus possum, amori faveo. Fuit sponsa tua apud me eadem, qua apud soceros tuos parentesque suos, verecundia: servata tibi est, ut inviolatum et dignum me teque dari tibi donum posset. Hanc mercedem unam pro eo munere paciscor: amicus po-

[a] *Alloquor parem ætate.*

20 Al. *desponsatam*; et paulo post *adolescenti cui Allucio.* Optimi Mss. *Aluccio.*—1 Al. cum Rhenano *quo minus*; dein *deducta* paulo infra. Conj. Gron. *adducta.*—2 Vet. lib. apud Sigon. *præsertim illecto, recto legitimo amore.*

NOTÆ

[x] *Scipio, percunctatus patriam parentesque*] Scribunt Flor. et auctor de Vir. Illustr. vetuisse Scipionem ad se virginem adduci, ne ea visa nimium exardesceret, aut vel oculis aliquid de virginitatis integritate delibasse videretur. Quod an majoris continentiæ fuerit, quam Alexandri factum, Darii filias forma eximias admittentis ad alloquium, et ab iis abstinentis, quæsitum inter declamatores.

[y] *Allucio nomen erat*] Plutarchus *Luceium* vocat, alii Indibilem, sed male opinor.

[z] *Deperire eum sponsæ amore*] Hæc mihi verior videtur loquendi forma, quamvis ut plurimum *deperire* sponsam vel puellam sponsus aut amasius dicatur.

[a] *Ad me ducta esset*] Ita recte in manuscriptis. Nam *deducta* (quod vulgo legitur) licet de sponsa ad maritum dici soleat, sæpe tamen in malam partem usurpatur de amica ad amantem, ut apud Cic. 'Tertia deducta.' Non abs re itaque alio potius verbo, nec ambiguo utendum hic Scipioni sponsum virginis alloquenti fuisse videtur.

pulo Romano sis. Et, si me virum bonum credis esse, quales patrem patruumque meum jam ante hæc gentes norant, scias multos nostri similes in civitate Romana esse; nec ullum in terris populum hodie dici posse, quem minus tibi hostem tuisque esse velis, aut amicum malis.' Adolescens, simul pudore et gaudio perfusus,[3] dextram Scipionis tenens, Deos omnes invocare ad gratiam illi pro se referendam, quoniam sibi nequaquam satis facultatis, pro suo animo atque illius erga se merito,[4b] esset. Parentes inde cognatique virginis appellati.[c] Qui, quoniam gratis sibi redderetur virgo, ad quam redimendam satis magnum attulissent auri pondus, orare Scipionem, ut id ab se donum acciperet, cœperunt; haud minorem ejus rei apud se gratiam futuram esse,[5] affirmantes, quam redditæ inviolatæ foret virginis. Scipio, quando tanto opere peterent, accepturum se pollicitus, poni ante pedes jussit, vocatoque ad se Allucio, 'Super dotem,' inquit, 'quam accepturus a socero es, hæc tibi a me dotalia dona accedent;' aurumque tollere ac sibi habere jussit. His lætus donis honoribusque dimissus domum implevit populares laudibus meritis Scipionis: 'Venisse Diis simillimum juvenem, vincentem omnia cum armis, tum benignitate ac beneficiis.' Itaque, delectu clientium habito, cum delectis mille et quadringentis equitibus intra paucos dies ad Scipionem revertit.

51. Scipio retentum secum Lælium, dum captivos obsidesque et prædam ex consilio ejus disponeret,[c] satis

[c] *Compellati.*

—3 Olim legebatur *Cum adolescens pudore et gaudio perculsus... invocaret.*— 4 '*Pro suo animo atque illius erga se merito:* ultima vox, a Rhenano adjecta, abest a Mss. et vett. Edd. unde forsan delenda, vel leg. *atque illius merito.*' Gron. 'Immo dele *merito*, et repete *animo*, ut sensus sit: pro grato animi sui sensu, atque pro eo, quem ille sibi probaverit, animo, h. e. pro insigni illius magnanimitate.' *Doering.*—5 In Edd. ante Gron. *gratiam fore.* Mox *laudibus et meritis;* tum in fine capitis *rediit.* Reg. Ms. *revertitur.*

NOTÆ

[b] *Atque illius erga se merito*] Illud *merito* dedit Rhe. quod deest in omnibus scriptis. Et vero nihil ad sensum desideratur: etenim vox *animo* repetenda est, quasi dicat *pro suo animo*, nempe Allucii: *atque illius*, nempe Scipionis, *animo erga se.*

[c] *Captivos obsidesque et prædam...*

omnibus compositis, data quinquereme, captivisque, Magone et quindecim fere senatoribus,[d] qui simul cum eo capti erant, in navem impositis,[6] nuntium victoriæ Romam mittit.[e] Ipse paucos dies, quibus morari Carthagine statuerat, exercendis navalibus pedestribusque copiis absumsit. Primo die legiones in armis quatuor millium spatio decurrerunt:[f] secundo die arma curare et tergere ante tentoria jussit:[7] tertio die rudibus[8] inter se in modum justæ pugnæ concurrerunt, præpilatisque missilibus jaculati sunt:[g] quarto die quies data: quinto iterum in armis decursum est.[9] Hunc ordinem laboris quietisque, quoad Carthagine morati sunt, servarunt. Remigium classicique milites, tranquillo in altum evecti, agilitatem navium simulacris navalis pugnæ experiebantur. Hæc extra urbem terra marique corpora simul animosque ad bellum acuebant. Urbs ipsa strepebat apparatu belli, fabris omnium generum in publica officina inclusis. Dux cuncta pari cura obibat. Nunc in classe ac navali erat:[f] nunc cum legionibus decurrebat; nunc operibus aspiciendis[10] tempus dabat, quæque in offi-

[f] *Apud naves, aut in earum armamentario.*

6 Put. *in nave ut impositis.* Edd. antt. *in navi impositis;* et paulo ante *captivis cum Magone.*—7 'Forte *jussi.*' J. F. Gron.—8 *Sudibus* Edd. ante Gron.—9 Al. *concursum.* Paulo post Edd. *Remigio classici milites tranquillo,* et Codd. *Remigium clausi civesque milites,* aut *Remigium classis cives militesque.*—10 '*Operibus adspiciendis,* forte *inspiciendis,* i. e. considerandis et examinandis, quam multa et quam bona a fabris facta essent.' *Duk.*—11 '*Refectisque, qua* parte, ubi, *quassi erant,* nisi malis *quassati,* vel e Ms. Rhen. *quæ quassata erant muri,* ut XXXIII. 17. *quassaverant* plerique Mss. unde alii conj. *quos quassaverant* sc. milites, vel *quos quassaverat* sc. Scipio.' *Rupert.*

NOTÆ

disponeret] Gall. *Pendant que par son avis il disposoit des prisonniers, des ôtages, et du butin.*

[d] *Quindecim fere senatoribus*] Carthaginis Novæ, opinor.

[e] *Nuntium... mittit*] Revoca ex superioribus Lælium.

[f] *Decurrerunt*] Gall. *Ils firent l'exercice.*

[g] *Præpilatisque missilibus jaculati sunt*] Hastas *præpilatas* bifariam dici vult Cæl. lib. XXI. c. 16. tum ferream habentes cuspidem, quasi *præferratas;* tum etiam ferro carentes, sed in mucronem exacutas: aliud velle Plin. videtur, VIII. 6. ubi ait elephantos 'ab operariis hastas præpilatas habentibus per circum totum actos.' Idem IX. 30. dicit 'locustarum cornua propria rotunditate præpilata.' Sic obtusis, opinor, rotundo mucrone, jaculis, hic usi milites: sive,

cinis, quæque in armamentario ac navalibus fabrorum multitudo plurima in singulos dies certamine ingenti [e] faciebat. His ita inchoatis, refectisque, qua quassi erant, muris,[11 h] dispositisque præsidiis ad custodiam urbis, Tarraconem est profectus, a multis legationibus protenus in via aditus.[h] Quas partim dato responso ex itinere dimisit, partim distulit Tarraconem, quo omnibus novis veteribusque sociis edixerat conventum. Et cuncti fere, qui cis Iberum incolunt, populi, multi etiam ulterioris provinciæ convenerunt. Carthaginiensium duces primo ex industria famam captæ Carthaginis compresserunt: deinde, ut clarior res erat, quam ut tegi ac dissimulari posset, elevabant verbis: 'Necopinato adventu ac prope furto unius diei urbem unam Hispaniæ interceptam. Cujus rei tam parvæ præmio elatum insolentem juvenem immodico gaudio speciem magnæ victoriæ imposuisse. At, ubi appropinquare tres duces, tres victores hostium exercitus audisset, occursuram ei extemplo domesticorum funerum memoriam.' Hæc in vulgus jactabant, haudquaquam ipsi ignari, quantum sibi ad omnia virium, Carthagine amissa, decessisset.[i]

[e] *Certatim.* [h] *Conventus Scipio a legatis plurium populorum.*
[i] *Quantæ vires, quantæque copiæ ad omnia necessariæ, ipsis detractæ essent ereptæ Novæ Carthagine.*

NOTÆ

ut ait Polyb. δοφαιρωμένους.

[h] *Refectisque, qua quassi erant* [*quos quassaverat*], *muris*] Sic Reg. cum editis; alii *quos quassaverant*; illud de Scipione jubente, hoc de militibus Romanis intelligi potest. Atqui muros a Scipione quassatos non memorat Livius, sed scalis superatos. Hinc Gronovius legit, *refectisque, qua quassi erant, muris*, sed nullis faventibus codicibus. Probabile videtur, etsi non pauci Romanorum in mœnia scalis evasissent, ab aliis concussam machinis fuisse murorum partem vicinam portæ, quam effregerant.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER XXVII.

BREVIARIUM.

CAP. 1. Marcellus consul tria Samnii oppida capit: at Cn. Fulvius Centumalus ad Herdoneam, ut biennio ante Cn. Fulvius Flaccus prætor, ab Hannibale devincitur. 2. Quam Pœno lætitiam brevem faciunt secunda Marcelli cum eo prælia ad Numistronem in Lucanis et ad Venusiam in Apulia. 3. Conjuratio Capuæ a Blosiis aliisque facta opprimitur: et Atellani Calatiam traducuntur, Nucerini Atellam. 4. Legati a Syphace Romam, et a Romanis Alexandriam ad Ptolemæum Cleopatramque reges, mittuntur ad petendam renovandamque amicitiam. Multa nuntiantur prodigia. 5. Comitiorum habendorum causa M. Valerius Lævinus consul ex Sicilia revocatur, sed, quia ob trepidos nuntios ex Africa allatos in provinciam extemplo redire jubetur, eo invito et ex plebiscito a Marcello dictator dicitur Q. Fulvius Flaccus. 6. Idem Fulvius, tribunis nequicquam intercedentibus, et Q. Fabius Maximus creantur consules. Classis Punica, in Sardiniam trajecta, cum præda omnis generis in Africam redit. Sacerdotes aliquot Romæ mortui, et alter censorum. Ludi Romani et plebeii. 7. C. Lælius, P. Scipionis legatus, Romam venit, Patresque certiores facit de rebus in Hispania gestis et de Hasdrubalis transitu in Italiam. Provinciæ et imperia exercituum partita. 8. Primus ex plebe creatur curio maximus, et C. Valerius Flaccus flamen Dialis tum invitus inauguratur, tum jus priscum in senatum veniendi usurpat. Legiones in Italia suppletæ, et præsidia Siciliæ partim minuta, partim aucta. 9. Legati XII. coloniarum in Latio Romam missi negant esse, unde milites pecuniamque dent. 10. Reliquarum XVIII. coloniarum legatis citatis, et milites ex formula paratos subsidiumque omne pollicentibus, gratiæ aguntur; illis nihil respondetur. Aurum promitur vicesimarium, quod in sanc-

tiore ærario ad ultimos casus servatur. 11. Prodigia procurata. Senatus principisque ejus lectio et notæ censoriæ.

12. Consules ad bellum proficiscuntur; et Marcellus ad Canusium bis cum Hannibale, Marte primum æquo et postero die adversa fortuna, pugnat. 13. Milites, acerbe ab eo increpiti ignominiaque notati, orant, ut iterum educantur in aciem, 14. et egregiam, nec tamen incruentam, ab hoste victoriam reportant. 15. Fulvio se dedunt Hirpini, Lucani et Volcentes. Fabius, Manduria in Sallentinis vi capta, Tarentum obsidet; quam prodit ei præfectus, captus amore mulierculæ, cujus frater est in exercitu Fabiano. 16. Ab cæde ad diripiendam urbem discurritur; et Hannibal frustra tum ad opem ferendam festinat, tum insidias struit Fabio.

17. In Hispania multi populi ac principes, in his Edesco, Mandonius et Iudibilis, ad Romanos deficiunt. 18. P. Scipio prope Bæculam vincit Hasdrubalem Hamilcaris filium. 19. Respuit nomen regium, quo ab Hispanis, quos captos deditosque sine pretio omnes dimittit domum, ingenti consensu salutatur; et ex Afris captivis vendi jussis Massivam, adultum regii generis puerum, Masinissæ avunculo cum donis remittit. 20. Duces Pœnorum in Hispania consilio de bello habito decernunt, ut Hasdrubal Hamilcaris filius in Italiam, Hasdrubal Gisgonis in Lusitaniam, Mago ad conducenda mercede auxilia in Baliares, et Masinissa cum equitibus in citeriorem Hispaniam abeat. Fabius Tarentum, Marcellus vero et Fulvius, hic comitiorum causa, ille ad deprecandam ignominiam rogationemque C. Publicii Bibuli, trib. pl. de imperio ejus abrogando, Romam redeunt.

21. M. Claudius Marcellus V. et T. Quintius Crispinus consules creantur. Comitia prætoria. Defectio Etruriæ oppressa. Ludi Romani et plebeii. Ædiles. 22. Provinciæ et XXI. legiones divisæ. 23. Prodigia. Ludi Apollinares, in perpetuum in statam diem voti pestilentiæ causa. 24. Ob metum Etrusci tumultus Arretio obsides, senatorum liberi, deducuntur Romam, ibique legio relinquitur in præsidio. 25. De Tarentinis et M. Livio, præfecto arcis, magna contentione in senatu agitur coram Fabio. Ædes Honoris et Virtutis. Consules copias conjungunt in Apulia, inter Venusiam Bantiamque, quo et Hannibal redit. 26. Ipsi cum paucis equitibus exploratum eunt tumulum inter Punica et Romana castra. 27. Præcipitant in insidias, et Marcellus perit; Crispinus, graviter saucius, cum perpaucis effugit. 28. Hannibal frustra utitur annulo Marcelli in fraudem Salapitanorum, et adventu suo Locrorum obsidionem solvit. 29. Crispinus Capuam et inde Tarentum proficiscitur, et M. Marcellus patris exercitum Venusiam abducit. M. Valerius cum classe c. navium ex Sicilia in Africam transmittit, agrumque Clupeensem late vastat. 30. Philippus in Græcia Achæis adversus Ætolos horumque socios, Machanidam, Attalum et Romanos, auxilium fert, et a concilio frustra Ægii de pace habito Argos redit, ubi curatio Heræorum Nemeorumque ad eum delata erat, quia se Macedonum reges ex ea civitate oriundos referunt. 31. Romanos, duce P. Sulpicio, agrum inter Sicyonem et Corinthum effuse vastantes, compellit in naves, et ingenti inde gaudio, sed et fœdæ libidini indulget. 32. Paulo post a Sulpicio Ætolisque ad Elim vincitur, et Macedoniam, ab Eropo et Dardanis infestatam, repetit. 33. Achæi cum Ætolis Eleisque

haud procul Messene prosperam faciunt pugnam, et Attalus Sulpiciusque Æginæ hybernant. Crispinus ex vulnere moritur, dicto ante comitiorum ludorumque magnorum faciendorum causa dictatore T. Manlio Torquato.

34. Cum C. Claudio Nerone invitus consul creatur M. Livius Salinator, multis ante annis ex consulatu populi judicio damnatus, et semper inde memor ignominiæ acceptæ. 35. Prætorum comitia. L. Manlius trans mare legatus it in Græciam. Consules in collegio ponunt veteres inimicitias, et diversæ iis decernuntur provinciæ extremis Italiæ finibus, Neroni adversus Hannibalem Bruttii et Lucani, Livio Gallia adversus Hasdrubalem, jam Alpibus appropinquantem. 36. Sacerdotes creati. Lustrum conditum, et numerus civium (137108.) aliquanto minor, quam ante Pun. bellum. Comitium tectum. Ludi Romani plebeiique. Provinciæ divisæ et per eas XXIII. legiones. 37. Prodigia eorumque procuratio. 38. Ob inopiam juventutis majoremque belli terrorem coloni etiam maritimi, qui sacrosanctam vacationem dicebantur habere, et volones scribuntur milites. 39. Hasdrubal sua et aliorum spe celerius transit Alpes, sed tempus perdit oppugnatione Placentiæ. 40. Homines anxii curis digredientes in provincias consules prosequuntur. Hannibal e Sallentinis in Bruttios repellitur a C. Hostilio Tubulo et Q. Claudio. 41. Vincitur a Nerone cos. ad Grumentum in Lucanis, 42. et iterum in Apulia haud procul Venusia. 43. Hasdrubalis literæ fratri scriptæ intercipiuntur a Romanis, iisque lectis Nero robur exercitus sui clam hoste et quamprimum ad collegam ducere statuit. 44. Maxima hinc Romæ trepidatio, variaque hominum judicia de tam audaci conatu consulis. 45. Is in itinere demum militibus detegit consilium suum, et, qua eos ducit, ex agris et urbibus, quæcumque ipsis jumentisque usui esse possunt, in viam deferuntur. 46. Nocte clam ingreditur castra collegæ, ad Senam Metaurumque fl. posita, quibus et L. Porcius Licinus prætor sua jungit; et Nerone auctore confestim signum pugnæ proponitur. 47. Hasdrubal vero, suspicatus, duos adesse consules, et variis anxius curis, detrectat prælium, castraque movet vigilia prima; sed desertus a fraudulentis viæ ducibus per tortuosi amnis flexus haud multum procedit. 48. 49. Atrox conseritur pugna, in qua ipse cadit, et LVI. millia Pœnorum, VIII. Romanorum occiduntur. 50. Celerrimus Neronis ad stativa sua reditus, habitusque animorum, quem Romæ incerta primum expectatio eventus et prima deinde victoriæ fama effecit. 51. Publica lætitia et supplicatio post adventum legatorum, a consulibus missorum. Nero caput Hasdrubalis projici ante stationes hostium captivosque quosdam ire ad fratrem ejus jubet. Hannibal, agnoscere se fortunam Carthaginis, fertur dixisse, omniaque auxilia, latius diffusa, in Bruttium agrum, extremum Italiæ angulum, contrahit.

1. Hic status rerum Hispaniæ erat. In Italia consul Marcellus,[1] Salapia per proditionem[2] recepta, Maroneam[3]

1 ' Vet. lib. *In Italia autem consul Marcellus,* quæ lectio nescio cur a Rhe-

et Meles[3][b] de Samnitibus vi cepit. Ad tria millia militum ibi Hannibalis, quæ præsidii causa relicta erant, oppressa. Præda (et aliquantum ejus fuit[c]) militi concessa.[4] Tritici quoque ducenta quadraginta millia modium,[d] et centum decem millia hordei[e] inventa. Ceterum nequaquam inde tantum gaudium fuit,[5] quanta clades intra paucos dies accepta est, haud procul ab Herdonea urbe.[f] Castra ibi Cn. Fulvius proconsul[g] habebat, spe recipiendæ Herdoneæ, quæ post Cannensem cladem ab Romanis defecerat, nec loco satis tuto posita, nec præsidiis firmata. Negligentiam insitam ingenio ducis augebat spes ea, quod labare iis adversus Pœnum fidem senserat,[6] postquam, Salapia[6] amissa,

[a] *Audierat civium Herdoneæ fidem vacillare, eosque paratos esse a partibus Carthaginiensium deficere.*

nano rejiciatur.' *Sigon.*—2 Vet. lib. ap. eundem *per deditionem.*—3 *Marmoreas* et *Marmoras* plerique Mss. Pro *Meles* conjiciunt Doujat. et Rupert. *Melas*, ut sit *Melæ* in nominandi casu.—4 Olim legebatur *Prædæ aliquantum militi fuit concessum.* Conjicit Rhenan. *Prædæ aliquantum, usui militum concessa.* Vid. inf. et Not. Var.—5 Al. *tantum gaudii fuit.*—6 Al. *fidem senserat.*

NOTÆ

[a] *Maroneam*] In Thracia et in Syria notæ illius nominis urbes: in Samnio vicinoque Italiæ tractu reperio nullam. Videamus num significare voluerit Livius Marrucinum Theate, primarium oppidum Marrucinorum, qui Samnitibus contributi: hodie *Chieti* in Aprutio citeriori: aut Marruvium Marsorum, nunc *Morrea*, in ulteriori Aprutio. Marsi certe ipsi quoque Samnites, seu sponte, seu vi, sæpe secuti leguntur. Colb. hic habet *Marmoreas*, pro *Maroneam.*

[b] *Et Meles*] Puto *Melas* legendum, ut sit *Melæ* in nominandi casu: de quo oppido lib. XXIV. cap. 20. Licet autem a Fabio captum ibi dicatur, facile tamen potuit intermedio tempore a Romanis ad Pœnos defecisse: quod Herdoneæ contigisse videtur, cum stativa Q. Fabius prætor ad Herdoneas communita habuisse narretur d. cap. 20. lib. XXIV. et tamen hic Herdonea in Pœnorum potestate esse dicitur.

[c] *Et aliquantum ejus fuit*] Vulgo legitur, *Prædæ aliquantum militi fuit concessum.* Ex Rhenani conjectura probabat Sigon. *Prædæ aliquantum, usui militum concessa.* Sed veterum optimi, teste Gron. *Præda, et aliquantum ejus fuit, militi concessa:* quibus verbis indicatur, haud multum prædæ fuisse; et quantum prædæ fuit, concessum esse militibus.

[d] *Ducenta quadraginta millia modium*] Gall. *Environ vingt mille setiers de blé, mesure de Paris.*

[e] *Centum decem millia hordei*] Mensura Parisina fient paulo plura quam novem millia sextariorum.

[f] *Ab Herdonea urbe*] Alias *Ardoneæ:* de qua urbe lib. XXIV. cap. 20. nunc *Ardona* in Apuliæ Daunia, quæ hodie *Capitanata;* urbs diversa a Cerdonia, quæ nunc *Cedogna* in Principatu ul-

excessisse his locis in Bruttios Hannibalem auditum est. Ea omnia, ab Herdonea per occultos nuntios delata Hannibali, simul curam sociæ retinendæ urbis, et spem fecere incautum hostem aggrediendi. Exercitu expedito, ita ut famam prope[7] præveniret, magnis itineribus ad Herdoneam contendit, et, quo plus terroris hosti objiceret, acie instructa accessit. Par audacia Romanus, consilio et viribus impar, copiis raptim eductis, conflixit. Quinta legio et sinistra ala acriter[8] pugnam inierunt. Ceterum Hannibal, signo equitibus dato, ut, cum pedestres acies occupassent præsenti certamine oculos animosque, circumvecti, pars castra hostium, pars terga trepidantium[9] invaderent,[h] ipse in Fulvii[10] similitudinem nominis, quod Cn. Fulvium prætorem biennio ante in iisdem devicerat locis, increpans,[i] similem eventum pugnæ fore affirmabat. Neque ea spes vana fuit. Nam cum cominus acie et peditum certamine multi cecidissent Romanorum,[11] starent tamen ordines signaque, equestris a tergo tumultus, simul a castris clamor hostilis auditus, sextam ante legionem, quæ, in secunda acie[k] posita, prior ab Numidis turbata est, quintam de-

Postquam Salapia.—7 Vet. lib. apud Sigon. *famam quoque.*—8 Olim legebatur *quinta legio et sexta alacriter.* Vid. Not. Var.—9 'Pro *trepidantium* vulgo legebatur *pugnantium*, sed J. F. Gronov. ex corrupta lectione *oppidantium* bene restituit *trepidantium*, h. e. ardentius pugnæ instantium.' *Doering.*—10 Olim *ipse Cn. Fulvii.* Vid. Not. Var.—11 Vet. lib. ap. Sigon. *Romanorum*

NOTÆ

teriori, cum qua confunditur a Cluverio.

[s] *Cn. Fulvius proconsul*] Cognomine Centumalus, alius ab Cn. Fulvio Flacco prætore, biennio ante in iisdem locis victo, ut observat Sigon.

[h] *Pars terga trepidantium* [*pugnantium*] *invaderent*] Mavult Gron. *terga trepidantium*, id est, Romanorum satagentium et se commoventium: quo quidem significatu accipi aliquando *trepidandi* verbum non diffiteor: verum et rarior hæc hujus verbi acceptio, et nullus adducitur codex cujus auctoritate nitatur hæc correctio. Regius certe, qui penes nos, distincte habet *pugnantium*, a quo sensus non abhorret.

[i] *Ipse in Fulvii similitudinem nominis ... increpans*]. Vulgo, *ipse Cn. Fulvii similitudinem nominis .... increpans:* quod planum. Inserit præpositionem *in* ex Put. et aliis Gronov. firmatque exemplo ipsius Livii lib. I. cap. 51. 'Hæc Aricinus in regem Romanum increpans.' In altero Colbertinorum est, *ipse in Fulvium, similitudinem nominis ... increpans*, quod magis probaverim.

inde, atque eos, qui ad prima signa[l] erant, avertit. Pars in fugam effusi, pars in medio cæsi: ubi et ipse Cn. Fulvius cum undecim tribunis[12 m] militum cecidit. Romanorum sociorumque quot cæsa in prælio millià sint, quis pro certo affirmet? cum tredecim millia alibi, alibi haud plus, quam septem, inveniam. Castris prædaque victor potitur. Herdoneam, quia et defecturam fuisse ad Romanos comperit, nec mansuram in fide, si inde abscessisset, multitudine omni Metapontum ac Thurios traducta, incendit: occidit[13] principes, qui cum Fulvio colloquia occulta habuisse comperti sunt. Romani, qui ex tanta clade evaserant, diversis itineribus semermes[14] ad Marcellum consulem in Samnium perfugerunt.

2. Marcellus, nihil admodum tanta clade territus, literas Romam ad senatum de duce et exercitu ad Herdoneam amisso scribit. 'Ceterum eundem se, qui post Cannensem pugnam ferocem victoria Hannibalem contudisset, ire adversus eum, brevem illi lætitiam, qua exultet, facturum.'[b] Et Romæ quidem cum luctus ingens ex præterito, tum timor in futurum erat. Consul, ex Samnio in Lucanos transgressus, ad Numistronem[n] in conspectu Hannibalis

[b] *Se effecturum ut non diu frustur Hannibal gaudio victoriæ quo nunc exultat.*

---

cecidissent.—12 Al. *cum duodecim trib.*—13 *Occiditque* in quibusdam Edd. sed in libb. Mss. apud Drak. adjecta particula *que* non exhibetur.—14 Quædam Edd. *semiermes.*

NOTÆ

[k] *Quæ in secunda acie*] Gall. *Qui étoit à la seconde ligne.*

[l] *Ad prima signa*] Gall. *à la première ligne.*

[m] *Cum undecim tribunis*] Hunc numerum præferunt Mss. et firmat Plut. adversus editos, in quibus duodecim tribuni legionum cæsi numerantur.

[n] *Ad Numistronem*] *Numistro*, sive *Numistrum*, a Nostro, et a Plutarcho, in Lucania ponitur: a Ptolemæo in Bruttiis; secundum quem Cluverius et Sanso eo loco describunt ubi hodie *Nicastro*, urbs Calabriæ ulterioris. Numestranos Plinius Volcentanis junctos ait, quos quasi eosdem cum Volceianis Celsus Cittadinus in mediterraneis Lucaniæ locat inter Silarum et Tanagrum fluvios circa Alburnum montem, aitque nunc *Bocino* appellari: quo situ fuisse quoque Numistrum, circa oppidum quod vulgo *Muro*, si quis affirmaverit, me repugnantem non habebit.

loco plano, cum Pœnus collem teneret, posuit castra. Addidit et aliam[15] fidentis speciem, quod prior in aciem eduxit. Nec detrectavit Hannibal, ut signa portis efferri vidit.[e] Ita tamen aciem instruxerunt, ut Pœnus dextrum cornu in collem erigeret, Romani sinistrum ad oppidum applicarent. Ab hora tertia cum ad noctem pugnam extendissent, fessæque pugnando primæ acies essent, ab Romanis prima legio et dextera ala, ab Hannibale Hispani milites et funditor Baliaris,[16] elephanti quoque, commisso jam certamine, in prælium acti. Diu pugna neutro inclinata stetit. Primæ legioni tertia, dexteræ alæ sinistra subiit,[d][17] et apud hostes integri a fessis pugnam accepere. Novum atque atrox prælium ex tam[18] segni repente exarsit, recentibus animis corporibusque: sed nox incerta victoria diremit pugnantes. Postero die Romani ab sole orto in multum diei[19] stetere in acie. Ubi nemo hostium adversus prodiit; spolia per otium legere, et congestos in unum locum cremavere suos. Nocte insequenti Hannibal silentio movit castra, et in Apuliam abiit; Marcellus, ubi lux fugam hostium aperuit, sauciis cum præsidio modico Numistrone relictis, præpositoque his L. Furio Purpureone[20] tribuno militum, vestigiis institit sequi.[e][1] Ad Venusiam adeptus eum est.[f] Ibi per dies aliquot cum ab stationibus[o] procursaretur, mixta equitum peditumque

[e] *Postquam conspexit signa extra portas castrorum Romanorum efferri ad pugnam.*

[d] *In locum primæ legionis alæque dextеræ, postquam pugnando fessæ fuerunt, successerunt pedites legionis tertiæ, et equites alæ sinistræ.*

[e] *Hannibalis inhærens vestigiis eum sequi perseveravit.*

[f] *Assecutus est Hannibalem circa Venusiam.*

---

15 Al. *Addit et aliam.*—16 Vulg. *funditores Baleares.*—17 Post *subiit* majorem distinctionem posuit Doering.—18 Pro *tam* legendum esse *jam* censet Duker.—19 Al. *in multum diem.*—20 Al. *Purpurione.*—1 ‘ Vox *sequi*, contra usum loquendi adjecta, delenda omnino mihi videtur. Ferrem, si *sequendo* saltem pro *sequi* scriptum esset. Nam qui, quæso, dici potest, *vestigiis alicujus instare sequi?* Hinc infra quoque Noster cap. 12. τῷ *sequi* omisso scrip-

NOTÆ

[o] *Cum ab stationibus, &c.*] Gall. *uns et les autres sortant de leurs quar. Comme il se faisoit divers partis, les tiers.*

tumultuosa magis prælia, quam magna, et ferme omnia Romanis secunda fuerunt. Inde per Apuliam ducti exercitus sine ullo memorando certamine; cum Hannibal nocte signa moveret, locum insidiis quærens; Marcellus, nisi certa luce, et explorato ante, non sequeretur.[e]

3. Capuæ interim Flaccus dum bonis principum vendendis, agro,[a] qui publicatus fuerat, locando (locavit autem omnem frumento[p]) tempus terit; ne deesset materia in Campanos[3] sæviendi,[q] novum in occulto gliscens per indicium protractum est facinus. Milites ædificiis emotos, simul ut[b] cum agro tecta urbis fruenda locarentur, simul metuens, ne suum quoque exercitum, sicut Hannibalis, nimia urbis amœnitas emolliret, in portis murisque sibimet ipsos tecta[i] militariter coëgerat ædificare.[r] Erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta, stramento intecta[s] omnia, velut de industria, alimentis ignis. Hæc noctis una hora[t] ut omnia incenderent,[4] centum septuaginta Campani, principibus fratribus Blosiis, conjuraverant. Indicio ejus rei ex familia Blosiorum[k] facto, portis repente jussu proconsulis clausis, cum ad arma signo dato milites concurrissent; comprehensi

[e] *Nec nisi missis prius qui itinera explorarent.*
[a] *Amotos procul ab domibus, tum ut, &c.*
[k] *A Blosiorum servis.*
[i] *Tuguria.*

sit: 'Marcellus vestigiis instabat.'' *Doering.* 'Non est quod auctore Doering. deleatur *sequi*, etsi bene quoque dicitur *instare vestigiis*, ut c. 12. et al.' *Rupert.*

2 *Agroque* in Lov. 5. apud Drak.—3 'Pro *Campanos* perperam Rhenanus tentat *Capuanos:* nam urbis Capuæ cives ex vulgari loquendi usu *Campani* dicuntur.' *Doering.*—4 'Pro *ut incenderent* in quibusdam librr. Mss. simpliciter *incendere*, usu certe loquendi haud repugnante, ut docuerunt ad h. l. in-

NOTÆ

[p] *Locavit autem omnem frumento*] Non pecunia, ut plerumque fit: sed certo frumenti numero, quem annuatim penderent conductores, seu coloni.

[q] *In Campanos sæviendi*] Cives urbis Capuæ proprio nomine Campani Romanis dicti. Unde nihil erat cur hic Rhen. *Capuanos* scriberet.

[r] *Coëgerat ædificare*] Flaccus.

[s] *Stramento intecta*] Gall. *Tous couverts de chaume.*

[t] *Noctis una hora*] Hæc, quæ in multis desunt, legnntur diserte in Regio, cujus mihi copia.

omnes, qui in noxa erant,[u] et, quæstione acriter habita, damnati necatique: indicibus libertas et æris dena millia[x] data. Nucerinos[y] et Acerranos[z] querentes, ubi habitarent, non esse, Acerris ex parte incensis, Nuceria deleta, Romam Fulvius ad senatum misit. Acerranis permissum, ut ædificarent, quæ incensa erant. Nucerini Atellam, quia id maluerant, (Atellanis Calatiam migrare jussis) traducti. Inter multas magnasque res, quæ, nunc secundæ, nunc adversæ, occupabant[5] cogitationes hominum, ne Tarentinæ quidem arcis excidit memoria. M. Ogulnius et P. Aquillius in Etruriam legati ad frumentum coëmendum, quod Tarentum portaretur, profecti; et mille milites de exercitu urbano, par numerus[a] Romanorum sociorumque,[6] eodem in præsidium cum frumento missi sunt.

4. Jam æstas in exitu erat, comitiorumque consularium instabat tempus.[b] Sed literæ Marcelli, negantis e re publica esse, vestigium abscedi[c] ab Hannibale, cui cedenti

terpretes.' *Doering.* Vid. Not. Var.—5 'Nonnemo codicum *cæcultabant*: verbum vetustum, sed nec Livii, nec huc congruens: ex eo Lipsius *solicitabant.* Pontanus, *occultabant*: quod extat in Put. Reg. Pal. uno: sed ex eo fieri omnino debuit *occupabant*: nihil enim hic, cur quisquam cogitationes occultaret.' *J. F. Gronov.*—6 '*Mille milit. de ex. urb. par num. Rom. sociorumque*: explicant, mille milites, quorum quingenti erant Romani, quingenti socii. Sed, si verum est, *urbano exercitui*, sive *urbanis legionibus*, nunquam ascriptos fuisse *socios*, instituto militiæ Romanæ ordini repugnare videtur illa explicatio. Nihil verius igitur conjectura Dukeri, vocem *Romanorum* et adjectam τῷ *que* temere e margine in textum importatas esse suspicati. Nec reperiuntur hæ duæ voces in pluribus librr. Mss. apud Drak.' *Doering.*

NOTÆ

[u] *Qui in noxa erant*] Gall. *Qui étoient complices du crime.*

[x] *Æris dena millia*] Nostra pecunia 291 l. 13 s. 4 d.

[y] *Nucerinos*] Campaniæ, *di Nocera* in Principatu citeriore.

[z] *Acerranos*] In eadem Campania, *dell' Acerra.*

[a] *Par numerus*] Exercitus, qui apud urbem, constabat non tantum Romanis militibus legionariis, sed etiam sociis. Igitur quingenti cives Romani, totidemque e sociorum numero missi, ut fierent omnino mille.

[b] *Comitiorumque consularium instabat tempus*] Habebantur hoc tempore ea comitia circa finem Julii, aut initium Sextilis mensis, qui post Augustus; idque ex quo Q. Fulvius Nobilior et T. Annius Luscus, propter subitum Celtiberiæ motum, consulatum Kal. Januarii inierant, ann. scilicet U. 600. quod testatur Cassiodorus; et Epit. Livii XLVII. quæ ad ann. 598. refert. Hic dies deinde solennis ineundi consulatus fuit stante rep.

[c] *Vestigium abscedi*] Eadem est loquendi forma ac cum dicimus, 'ne

certamenque abnuenti gravis[7] ipse instaret,[d] curam injecerant, ne aut consulem, tum maxime res agentem, a bello avocarent, aut in annum consules deessent. Optimum visum est, quanquam extra Italiam esset, Valerium potius consulem ex Sicilia revocari. Ad eum literæ jussu senatus ab L. Manlio prætore Urbis[8] [e] missæ cum literis consulis M. Marcelli; ut ex iis nosceret, quæ causa Patribus eum potius, quam collegam, revocandi ex provincia esset. Eo fere tempore legati ab rege Syphace[f] Romam venerunt, quæ is prospera prælia cum[9] Carthaginiensibus fecisset, memorantes. 'Regem nec inimiciorem ulli populo, quam Carthaginiensi, nec amiciorem, quam Romano,' affirmabant 'esse. Misisse eum antea legatos in Hispaniam ad Cn. et P. Cornelios, imperatores Romanos. Nunc ab ipso velut fonte petere Romanam[10] amicitiam voluisse.' Senatus non legatis modo benigne respondit, sed et ipse legatos cum donis ad regem misit, L. Genucium, P. Pœtelium, P. Popillium. Dona tulere, togam et tunicam purpuream, sellam eburneam, pateram ex quinque pondo auri[g] factam.[11] Protenus et alios Africæ regulos jussi adire.[12] Iis

7 Pro *gravis*, quod plurimi librr. Mss. apud Drak. tuentur, in Edd. quibusdam *gravius* legitur.—8 Vet. lib. apud Sigon. *urbano*.—9 Olim legebatur *quæ i. p. p. rex cum*.—10 Vulgo legebatur *Romanorum*.—11 Olim legebatur, *poterum aureum ex quinque pondo factum*.—12 '*Prot. et al. Afr. reg. jussi adire*. Vulgo pro *jussi* legebatur *jussit*, pro quo J. F. Gronovius, imperante, ut ait, sensu, et consentientibus Mss. reposuit *jussi*, nec ullus recentiorum interpretum de hujus correctionis veritate dubitavit. Sed quis ferat apud Livium ejusmodi orationem: *Protenus et alios Africæ regulos adire jussit* (sunt legati,

NOTÆ

latum quidem ungnem,' id est, vestigio tenus abscedi, quantum scilicet vestigium hominis est: quod per hyperbolen dictum.

[d] *Gravis* [*gravius*] *ipse instaret*] Reg. et Colb. cum Put. aliisque *gravis ipse instaret*.

[e] *Prætore Urbis*] Sic dicit pro *prætore urbano*, ad discrimen peregrini, qui ipse quoque in Urbe.

[f] *Ab rege Syphace*] Syphax rex fuit Massæsylorum, qui partem Numidiæ occiduam et Mauris finitimam incolebant.

[g] *Ex quinque pondo auri*] Ita quidem Colb. sed Reg. *coronam auream ex quinque pondo factam*: quod perinde est, et magis placebat Rhenano Lipsioque, adversus quos Gron. *illud auri* potius probat. Auri hujus pretium librarum nostrarum duo millia et octingentas haud superaret.

quoque quæ darentur, portata, togæ prætextæ et terna[12] pondo pateræ aureæ.[i] Et Alexandriam ad Ptolemæum[k] Cleopatramque reges[l] M. Atilius et M'. Acilius legati, ad commemorandam renovandamque amicitiam missi, dona tulere, regi togam et tunicam purpuream cum sella eburnea, reginæ pallam[k] pictam cum amiculo purpureo.[l] Multa ea æstate, qua[14] hæc facta sunt, ex propinquis urbibus agrisque nuntiata sunt prodigia; Tusculi agnum cum ubere lactenti natum:[15] Jovis ædis culmen fulmine

[i] *Pocula ex auro quæ tres libras pendebant.*

et dona) *quæ iis quoque* (Africæ regulis) *darentur*, (legatis illis) *portata sunt?* Immo pro *jussit* vel *jussi*, imperante non solum orationis concinnitate sed etiam ratione grammatica, rescribendum est *jussis*. Oratio enim cohæret ita: Protenus legatis, aliis quoque Africæ regulos adire jussis, dona, quæ iis quoque darentur, portata sunt, nempe togæ prætextæ cett. Ceterum pro *protenus*, quod jam pro porro tenus, positum est, male quoque in editione Drakenb. *protinus* legitur.' *Doering.* 'Non est quod displiceat *τὸ jussi*, modo post *adire* major ponatur distinctio.' *Ruperti.*—12 Vulg. *ternum*, pro *terna*. J. F. Gronov. de pec. vet. l. VI. mavult *ternas* sc. libras.—14 Al. *multa æstate, qua.* —15 'Tusculi *agnum natum cum ubere lactenti*, continente lac. *lactanti* plerique Mss. et omnes Edd. ante Gronov. recte, si verum ac perpetuum est, quod Serv. ad Virg. Georg. I. 315. monet: '*lactans* est, quæ lac præbet; *lactens*, cui lac præbetur.' Sed ex iis, quæ Burm. ad Sereu. Sam. v. 349. notavit, colligitur, *ubera lactentia* dici posse ratione matris, quæ ubera lacte plena

NOTÆ

[k] *Ptolemæum*] Epiphanem intelligit Ptolemæum, inter Ægypti ex hac stirpe reges, ordine quintum, qui paulo ante Cleopatram duxerat Antiochi magni filiam.

[l] *Cleopatramque reges*] Reginæ cum regibus conjunctæ reges quoque appellantur; eadem ratione qua hominis nomen utrique sexui tribuitur.

[k] *Reginæ pallam*] Ex eo dictam Varro *pallam* vult, quod foris se *palam* induatur; est enim pallium quadrum ad vestigia usque deductum, et fere sumitur pro honestæ mulieris exteriori vestimento; quod gemmis in ordinem affixis et phrygionum opere plerumque ornabatur: unde apud Plautum Menæch. act. III. sc. 2. 'pallam ad phrygionem fert:' et apud Virg. I. Æneid. 'pallam signis auroque rigentem.' Nomen Isidorus deducit ἀπὸ τοῦ πάλλειν, seu *a mobilitate*, quod rugis vibrantibus sinuata crispetur. Gall. *une cimarre brodée, un manteau de femme, une veste en broderie.* Gallorum tamen veterum pallæ breviores, nec infra verenda.

[l] *Cum amiculo purpureo*] Amiculum apud Romanos pro meretricio pallio lineo aliquando dictum est, si fides Isidoro: non ita apud alias gentes se rem habuisse, neque id apud Romanos fuisse perpetuum ex hoc loco facile est conjicere. Fuit hoc amiculum indumenti species, velando, ut videtur, capiti. Gall. *un voile, une cape de pourpre.*

ictum ac prope omni tecto nudatum: iisdem ferme diebus Anagniæ terram,[16] ante portam ictam,[m] diem ac noctem sine ullo ignis alimento arsisse: et aves, ad compitum Anagninum,[n] in luco Dianæ nidos in arboribus reliquisse: Tarracinæ in mari haud procul portu angues magnitudinis miræ lascivientium piscium modo exultasse:[17] Tarquiniis porcum cum ore humano genitum: et in agro Capenate, ad lucum Feroniæ, quatuor signa[o] sanguine multo diem ac noctem sudasse. Hæc prodigia hostiis majoribus procurata decreto pontificum, et supplicatio diem unum Romæ ad omnia pulvinaria, alterum, in Capenate agro, ad Feroniæ lucum, indicta.

5. M. Valerius consul literis excitus, provincia exercituque mandato Cincio prætori, M. Valerio Messalla præfecto classis cum parte navium in Africam prædatum simul speculatumque, quæ populus Carthaginiensis ageret pararetque, misso, ipse decem navibus Romam profectus, cum prospere pervenisset, senatum extemplo habuit. Ibi de suis rebus gestis commemoravit. 'Cum annos prope sexaginta in Sicilia[o] terra marique sæpe magnis cladibus bellatum esset, se eam provinciam confecisse.[n] Neminem Carthaginiensem in Sicilia esse: neminem Siculum, qui

[m] *Statuas quatuor.*
[n] *Se penitus redegisse Siciliam in formam provinciæ.*

---

gerat.' *Drak.*—16 'Pro *terram* vett. codd. offerunt vel *ternam*, vel *thermam*, vel *termam*, unde *Hermam* fortasse legendum esse conjicit Rubenius. Sed, utrum mos Hermas ante urbium portas ponendi in Italia viguerit, recte dubitat Dukerus.' *Doering.*—17 Al. *piscium more exult.*

NOTÆ

[m] *Anagniæ terram, ante portam ictam*] Non displicet Rubenii conjectura reponentis *Hermam*. Hermæ quippe, sive Mercurii, ante portas statui solebant: et favent aliquatenus Mss. Reg. quidem et Put. habent *ternam*. Voss. et Colb. *termam*. Menard. *thermam*. Sed si *Hermam* legimus, scribendum erit *ictum*.

[n] *Compitum Anagninum*] Nomen loci in Hernicis inter Pictas et Ferentinum, qua in viam Latinam desinit Lavicana. Is in cauponam transiit, vulgo *Hosteria d'Anagni*.

[o] *Annos prope sexaginta in Sicilia*] Observat Sigon. ab Ap. Claudio consule, qui primus bellum in Siciliam transtulit, ad hoc tempus, numerari annos 55.

metu inde fugati abfuerint, non esse: omnes in urbes, in agros suos reductos, arare, serere: desertam recoli tandem terram, frugiferam ipsis cultoribus, populoque Romano pace ac bello fidissimum[18] annonæ subsidium.' Exiu Mutine, et si quorum aliorum merita erga populum Romanum erant, in senatum introductis, honores omnibus, ad exsolvendam fidem a consule,[19] habiti.[o] Mutines etiam civis Romanus factus, rogatione ab tribuno plebis, ex auctoritate Patrum, ad plebem lata. Dum hæc Romæ geruntur, M. Valerius Messalla quinquaginta navibus cum ante lucem ad Africam accessisset, improviso in agrum Uticensem exscensionem fecit;[20] eumque late depopulatus, multis mortalibus cum alia omnis generis præda captis,[1] ad naves rediit, atque in Siciliam transmisit; tertiodecimo die, quam profectus inde erat, Lilybæum revectus. Ex captivis, quæstione habita, hæc comperta, consulique Lævino omnia ordine perscripta, ut sciret, quo in statu[2] res Africæ essent: 'Quinque millia Numidarum cum Masinissa,[p] Galæ filio, acerrimo juvene, Carthagine esse; et alios per totam Africam milites mercede conduci, qui in Hispaniam ad Hasdrubalem trajicerentur, ut is, quam maximo exercitu primo quoque tempore in Italiam transgressus, jungeret se Hannibali. In eo positam victoriam credere Carthaginienses. Classem præterea ingentem apparari ad Siciliam repetendam, eamque se credere brevi trajecturam.' Hæc recitata a consule ita movere senatum, ut non expectanda comitia consuli[3] censerent, sed dictatorem comitiorum habendorum causa dici, et extemplo in provinciam redeundum.[q] Illa disceptatio tenebat, quod consul

[o] *Quo data ipsis a consule fide liberarentur.*

18 Al. *fidelissimum.*—19 *Fidem consulis* pro *a consule* in Edd. quibusdam.—20 Olim legebatur *in agro Uticensi excursionem fecit.*—1 Post *captis* tres Mss. addunt *multis occisis.*—2 Olim *ut sciret quo ordine vel in quo statu.*—3 'Male

NOTÆ

[p] *Masinissa*] Qui post patrem Numidarum Massylorum seu orientalium rex fuit.

[q] *Redeundum*] Consuli Lævino.

in Sicilia se M. Valerium Messallam, qui tum classi præesset, dictatorem dicturum esse aiebat: Patres extra Romanum agrum (eum autem in Italia[4] terminari)[r] negabant dictatorem dici posse. M. Lucretius tribunus plebis cum de ea re consuleret, ita decrevit senatus, 'Ut consul prius, quam ab Urbe discederet, populum rogaret, quem dictatorem dici placeret; eumque, quem populus jussisset, diceret dictatorem. Si consul noluisset, prætor[5][s] populum rogaret: si ne is quidem vellet, tum tribuni ad plebem ferrent.' Cum consul se populum rogaturum negasset, quod suæ potestatis esset,[t] prætoremque vetuisset rogare; tribuni plebis rogarunt, plebesque scivit, ut Q. Fulvius, qui tum ad Capuam erat, dictator diceretur. Sed, quo die id plebis concilium futurum erat, consul clam nocte in Siciliam abiit; destitutique Patres literas ad M. Claudium[6][u] mittendas censuerunt, ut desertæ ab collega rei publicæ subveniret, diceretque, quem populus jussisset, dictatorem.[7] Ita a M. Claudio consule Q. Fulvius dictator dictus, et ex eodem plebiscito et ab Q. Fulvio dictatore P. Licinius Crassus, pontifex maximus, magister equitum dictus.

6. Dictator postquam Romam venit, Cn. Sempronium Blæsum legatum, quem ad Capuam habuerat, in Etruriam provinciam ad exercitum misit, in locum C. Calpurnii præ-

---

pro *consuli* in Edd. quibusdam *consulis* legitur.' *Doering.*—4 'Præpositio *in*, quæ in plurimis Edd. ante *Italia* exhibetur, recte deleta est a Crevierio.' *Idem.*—5 Edd. ante Drak. adjiciunt vocem *urbanus.*—6 Olim *literas ad Marcellum.*—7 '*Quem populus jussisset dictatorem diceret.* Gallicani: *quem populus vidisset, diceret dictatorem.*' J. F. Gronov.

NOTÆ

[r] *Eum autem in Italia terminari*] Reg. absque præpositione *in*: et intellige terminari Italiæ continente. Ceterum Sicilia inter Italiæ insulas semper habita.

[s] *Prætor* [*urbanus*] Τὸ *urbanus* rei clarius explicandæ causa additum glossema videri potest. Abest certe ab Reg. aliisque scriptis.

[t] *Quod suæ potestatis esset*] Revera summi ad hæc tempora magistratus dictatorem dixerant arbitrio quisque suo: Senatus quidem creari dictatorem a consule jubebat, cum opus videbatur; sed quem vellet dictatorem consul dicebat.

[u] *Literas ad M. Claudium*] Marcellum nempe consulem.

toris; quem, ut Capuæ exercituique suo præesset, literis excivit. Ipse comitia, in quem diem primum potuit, edixit; quæ, certamine inter tribunos dictatoremque injecto, perfici non potuerunt.[8] Galeria juniorum,[x] quæ sorte[9] prærogativa erat, Q. Fulvium et Q. Fabium consules dixerat, eodemque jure vocatæ inclinassent,[10 y] ni tribuni plebis C. et L. Arennii se interposuissent,[11 z] qui, 'neque magistratum continuari[a] satis civile esse,' aiebant,[b] 'et multo fœdioris exempli, eum ipsum creari, qui comitia haberet. Itaque, si suum nomen dictator acciperet,[c] se comitiis intercessuros: si aliorum, præterquam ipsius, ratio habe-

8 Pro *potuerunt* al. Edd. vel *poterant* vel *potuerant*.—9 Vet. lib. ap. Sigon. *quæ forte*.—10 Olim legebatur *eodemque jure vocatæ reliquæ inclinassent*, pro quo legendum monet Tan. Faber *eodemque ceteræ vocatæ inclinassent*.—

NOTÆ

[x] *Galeria juniorum*] Tribus et centuriæ nomen est, quæ tunc sorte ducta ut ante alias suffragia ferret. Vide supra 'Veturia juniorum' lib. XXVI. cap. 22.

[y] *Eodemque jure vocatæ inclinassent*] Quidam scriptum habent *jure vocatæ reliquæ*: sed illud *reliquæ* nec in scriptis, nec in bonis editionibus occurrit: et frustra est Tan. Faber, qui *ceteræ vocatæ* necessario legendum putat. Omnes enim tribus et centuriæ in prærogativas et jure vocatas dividebantur, nec hæ sub illis comprehensæ. 'Prærogativæ' dicebantur quæ (prout sors tulerat) primo loco rogabantur, quos consules aut prætores, &c. fieri vellent: 'jure vocatæ,' aliæ quæ suo quæque ordine ad suffragia postea vocabantur. Non itaque debuit pro solenni voce *jure* subjici vox *ceteræ*: vere tamen Faber *eodemque* explicat per 'εἰς τὸ αὐτὸ, in idem;' est enim sensus centurias jure vocatas eosdem consules creaturas fuisse, quos prærogativa dixerat. Vide Gronov. IV. Observ. 1.

[z] *C. et L. Arennii se interposuissent*] In Reg. et Colb. *Ariani* vocantur, quæ vulgaris lectio. Vide tamen Gron. ibid.

[a] *Magistratum continuari*] Agebatur nunc de consulatu in annum sequentem dando: at Q. Fulvius proconsul tantum anno priori fuerat, et nunc dictator, non consul. Verum dictatura summus erat magistratus, etiam supra consulatum: et magistratus nomine intelligitur, non idem magistratus, sed quivis qui par vel fere par sit. *Magistratum* itaque *continuari* hoc loco est, ex dictatore aut proconsule fieri consulem.

[b] *Satis civile esse, aiebant*] Dicebant non convenire modestiæ boni civis, nihil supra reliquos sibi arrogantis.

[c] *Suum nomen dictator acciperet*] Hoc est, si dictator seipsum reciperet in candidatorum numerum, ut creari consul posset. Qui enim comitia magistratuum habebat, ambientium nomina populo proponebat, extra quos nominari permittebat neminem.

retur, comitiis se moram non facere.' Dictator causam comitiorum auctoritate senatus, plebiscito, exemplis tutabatur. 'Namque, Cn. Servilio consule, cum C. Flaminius[12] alter consul ad Trasimenum cecidisset, ex auctoritate Patrum ad plebem latum, plebemque scivisse, ut, quoad bellum in Italia esset, ex iis, qui consules fuissent, quos et quoties vellet, reficiendi consules populo jus esset: exemplumque eam in rem se habere[13] vetus L. Postumii Megelli,[d] qui interrex iis comitiis, quæ ipse habuisset, consul cum C. Junio Bubulco creatus esset; recens Q. Fabii, qui sibi continuari consulatum, nisi id bono publico fieret, profecto nunquam sivisset.'[14] His orationibus cum diu certatum esset, postremo ita inter dictatorem ac tribunos convenit, ut eo, quod censuisset senatus, staretur. Patribus id tempus rei publicæ visum est, ut per veteres et expertos bellique peritos imperatores res publica gereretur. Itaque moram fieri comitiis non placere. Concedentibus tribunis, comitia habita. Declarati consules Q. Fabius Maximus quintum, Q. Fulvius Flaccus quartum. Prætores inde creati,[15] L. Veturius Philo, T. Quintius Crispinus, C. Hostilius Tubulus, C. Aurunculeius. Magistratibus in annum creatis, Q. Fulvius dictatura se abdicavit. Extremo æstatis hujus classis Punica navium quadraginta, cum præfecto Hamilcare in Sardiniam trajecta, Olbiensem primo,[e] dein, postquam ibi P. Manlius Vulso prætor cum exercitu apparuit, circumacta inde ad alterum insulæ latus, Caralitanum agrum vastavit, et cum præda omnis generis in Africam rediit. Sacerdotes Romani eo anno mortui aliquot suffectique. C. Servilius Pontifex factus in locum

11 Vossianus, *nisi tr. pl. et L. Arriani interposuissent.*—12 Al. *cum Flaminius.*—13 Vett. Edd. *exemplaque ea in re se habere.*—14 Libb. vett. variant; alii,

NOTÆ

[d] *L. Postumii Megelli*] A. U. C. 462.

[e] *Olbiensem primo*] Olbia Sardiniæ oppidum fuit, cujus adhuc extant ruderа in latere insulæ orientali, et in septemtrionali regione, cui a promontorio *Lugudori* nomen. Juxta oppidum cui nomen vulgo a *S. Lucia.*

T. Otacilii Crassi. Ti. Sempronius Ti. F. Longus augur factus in locum T. Otacilii Crassi.[16f] Decemvir item sacris faciundis in locum Ti. Sempronii C. F. Longi Ti. Sempronius Ti. F. Longus suffectus. M. Marcius rex sacrorum mortuus est, et M. Æmilius Papus[17] maximus curio. Neque in eorum locum[g] sacerdotes eo anno suffecti. Et censores hic annus habuit L. Veturium Philonem et P. Licinium Crassum, maximum pontificem. Crassus Licinius nec consul, nec prætor ante fuerat, quam censor est factus. Ex ædilitate gradum ad censuram[h] fecit. Sed hi censores neque senatum legerunt, nec quicquam publicæ rei egerunt: mors diremit L. Veturii. Inde et Licinius censura se abdicavit. Ædiles curules L. Veturius et P. Licinius Varus ludos Romanos diem unum instaurarunt. Ædiles plebis Q. Catius et L. Porcius Licinus[18] ex mulctatitio

sisset, alii *scivisset*, alii *scisset*.—15 Al. *prætores creati*.—16 'Si verba, *Ti. Sempronius Ti. F. Long. aug. fact. in loc. T. Otacil. Crassi* ex cod. Reg. Put. Petaviano h. l. in recentioribus Editt. inserta, vere profecta sunt a Livio, duo sacerdotia habuisse T. Otacilium Crassum, pontificatum et auguratum, et pariter *Tib. Sempr. Tib. F. Longum* duo sacerdotia, auguratum nempe et decemviratum accepisse, cum Gronovio statuendum est. De more certe, quo unus pluribus simul sacerdotiis functus sit, satis constat, vid. Gronov. ad h. l. et quos laudat.' *Duker*. 'Sed cum Noster infra XLI. 21. ubi de morte Ti. Sempronii Ti. F. Longi agit, de ejus auguratu sileat, pro panno adsuto hæc verba habet Drakenborchius.' *Doering*. Vid. Not. Var.—17 Al. *Pappus*. —18 Al. *Licinius*.

NOTÆ

[f] *Ti. Sempronius Ti. F. Longus augur factus in locum T. Otacilii Crassi*] Hæc inserta sunt hoc loco in Reg. Put. Petaviano: in vulgatis desunt, offensis, ut puto, exscriptoribus repetitione illorum verborum, *factus in locum T. Otacilii Crassi*. Est tamen verisimile T. Otacilium duo sacerdotia gessisse, pontificatum et auguratum, et prius C. Servilio delatum, posterius Ti. Sempronio, cui præterea datus est decemviratus vacans morte alterius Ti. Sempronii, qui ejus pater aut certe gentilis. Simile quid invenies lib. XXIX. cap. ult. in locum nempe M. Pompeii Mathonis auguris ac decemviri, decemvirum quidem creatum M. Aurelium Cottam, augurem vero Ti. Sempronium Gracchum. Vide et lib. XXX. cap. 26. Perspicuus magis noster hic locus fuisset, si dixisset Auctor, *in locum ejusdem T. Otacilii*.

[g] *Neque in eorum locum*] Quod de Otacilio antea dixerat, eodem quo mortuus est anno neminem ipsi pontificem suffectum, quia sub exitum anni excessisset; idem nunc simili ex causa contigisse credibile est.

[h] *Ex ædilitate gradum ad censuram*] Hoc rarum in Romana rep. ubi gradatim deferri soliti honores: sed pon-

argento signa ænea ad Cereris dedere, et ludos, pro temporis ejus copia, magnifici apparatus fecerunt.

7. Exitu anni hujus, die quarto et tricesimo,[19] quam ab Tarracone profectus erat, C. Lælius legatus Scipionis Romam venit; isque, cum agmine captivorum ingressus Urbem, magnum concursum hominum fecit. Postero die in senatum introductus, captam Carthaginem, caput Hispaniæ, uno die, receptasque aliquot urbes, quæ defecissent, novasque in societatem ascitas, exposuit. Ex captivis comperta his fere congruentia, quæ in literis[20] fuerant M. Valerii[1] Messallæ. Maxime movit Patres Hasdrubalis transitus in Italiam, vix Hannibali atque ejus armis subsistentem.[1 k] Productus et in concionem Lælius eadem edisseruit.[2] Senatus ob res feliciter a P. Scipione gestas supplicationem in unum diem decrevit. C. Lælium primo quoque tempore, cum quibus venerat navibus, redire in Hispaniam jussit. Carthaginis expugnationem in hunc annum contuli, multis auctoribus; haud nescius, quosdam esse, qui anno insequenti captam tradiderint: quod mihi minus simile[3] veri visum est, annum integrum Scipionem nihil gerundo in Hispania consumsisse. Q. Fabio Maximo quintum, Q. Fulvio Flacco quartum consulibus, Idibus Martiis,[l] quo die magistratum inierunt,[*] Italia am-

19 *Quarta et trigesima* Gronov. Doujat. Crevier.—20 Put. *quæque in literis.* —1 *Obsistentem* Ed. Ascens. et al. ex interpret. ut *resistentem* Ms. Hafn.— 2 Edd. vett. *eadem disseruit:* plures libri, *ea demum disseruit:* Put. *eadem ac*

NOTÆ

tificatus maximus huic Licinio Crasso pro consulatu aut prætura, gradus ad censuram fuit.

[1] *Quæ in literis fuerant M. Valerii*] Probat non abs re Gron. ex Put. *quæque in literis*, ut scilicet expositis a Lælio congruerent quæ ex captivis comperta erant, et ea quæ scripta hac de re fuerant a Messala.

[k] *Vix Hannibali atque ejus armis subsistentem*[*obsistentem*] Plurimi optimique mann exarati, atque in his ambo Colbertini, habent *subsistentem*, eodem sensu: est enim aliquando *subsistere* idem ac sustinere vel sufficere, ut probat Gron. ex Bruto ad Cic. lib. XI. Famil. Epist. 10. 'Non si Varronis thesauros habeam, subsistere sumtui possem.' Addit et Claud. lib. II. in Eutrop. 'Nec tantis unum subsistere posse periclis.'

[l] *Q. Fabio Maximo, &c. Idibus Mar-*

bobus provincia decreta; regionibus tamen partitum imperium: Fabius ad Tarentum, Fulvius in Lucanis ac Bruttiis rem gereret. M. Claudio prorogatum in annum imperium. Prætores sortiti provincias: C. Hostilius Tubulus urbanam, L. Veturius Philo[4] peregrinam cum Gallia,[m] T. Quintius Crispinus Capuam, C. Aurunculeius Sardiniam. Exercitus ita per provincias divisi. Fulvio duæ legiones, quas in Sicilia M. Valerius Lævinus haberet: Q. Fabio, quibus in Etruria C. Calpurnius præfuisset, decretæ. Exercitus urbanus ut in Etruriam succederet: C. Calpurnius eidem præesset provinciæ exercituique: Capuam exercitumque, quem Q. Fulvius habuisset, T. Quintius obtineret.[5] C. Hostilius ab C. Lætorio[6] proprætore provinciam exercitumque, qui tum [jam] Arimini erat, acciperet. M. Marcello, quibus consul bene rem gesserat, legiones decretæ.[p] M. Valerio cum L. Cincio (his quoque est enim[7] prorogatum in Sicilia imperium) Cannensis exercitus datus; eumque supplere ex militibus, qui ex legionibus Cn. Fulvii superessent, jussi. Conquisitos eos consules in Siciliam miserunt; additaque eadem militiæ ignominia, sub qua Cannenses militabant, quique ex prætoris Cn.

[p] *Attributæ sunt M. Claudio Marcello copiæ, quibus in consulatu usus præclare pugnaverat.*

---

disseruit.—3 Al. *sed mihi m. s.* Vid. Not. Var.—4 Olim legebatur *L. Veturius Philo urbanam, C. Hostilius Tubulus.*—5 Olim, *provinciæ exercituique quem Q. Fulvius habuisset, Capuam exercitumque T. Quintius obtineret.*—6 'Immo *L. Veturius ab C. L.* quod ex supra dictis et cap. 10. ac 20. patere, jam monuerunt Pigh. in Annal. ad a. 544. et Gron. Mox *exercitumque* (*Arimini erat*) *acciperet* vet. cod. Rhen. prob. Gron. Abest certe a multis Mss. *τὸ jam.*' Rupert. *L. Ve-*

NOTÆ

tiis] Nota hunc solennem hoc tempore ineundorum magistratuum diem.

[4] A. U. C. 544.

[m] *Peregrinam cum Gallia*] Peregrina jurisdictio hoc tempore muneris potius nomen, quam verum munus fuit, paucis per hæc bella peregrinis Romæ agentibus. Nihil itaque mirum si cum ea T. Veturius Galliam provinciam sortitus sit. Et ex hoc aliisque sequentibus locis emendari debet, ut censet Pighius, probatque Gronov. quod mox dicitur, *Hostilius a C. Lætorio provinciam exercitumque accepisse.* Igitur ibi pro *Hostilius* scribendum *L. Veturius ab C. Lætorio, &c.*

Fulvii exercitu, ob similis iram fugæ,[q] missi eo ab senatu fuerant. C. Aurunculeio eædem in Sardinia legiones, quibus P. Manlius Vulso eam provinciam obtinuerat, decretæ. P. Sulpicio, eadem legione eademque classe[8] Macedoniam obtinere jusso, prorogatum in annum imperium. Triginta quinqueremes ex Sicilia Tarentum ad Q. Fabium consulem mitti jussæ: cetera classe[9] prædatum in Africam aut ipsum M. Valerium Lævinum trajicere, aut mittere, seu L. Cincium, seu M. Valerium Messallam. Nec de Hispania quicquam mutatum, nisi quod non in annum Scipioni Silanoque, sed donec revocati ab senatu forent, prorogatum imperium est. Ita provinciæ exercituumque in eum annum[10] partita[n] imperia.

8. Inter majorum rerum curas comitia maximi curionis,[r] cum in locum M. Æmilii sacerdos crearetur, vetus excitaverunt certamen; patriciis negantibus C. Mamilii Vituli,[11] qui unus ex plebe petebat, habendam rationem esse, quia nemo ante eum, nisi ex Patribus, id sacerdotium habuisset. Tribuni appellati ad senatum rejecerunt.[12]

[q] *Propter iram ex ipsorum pari fuga conceptam a senatu.*

[r] *Comitia quæ habita sunt causa creandi sacerdotis, qui ceteris curionibus præesset.*

---

turius dat Kreyssig.—7 Olim *his quoque est in annum*.—8 ‘*P. Sulpicio, eadem legione eademque classe* cet. sed classis tantum mentio fit inf. cap. 22. et hanc ab eo retentam, legionem vero dimissam tradit Livius XXVI. 28. Hinc vel ipsum vel librarios ejus peccasse, suspicabatur Periz. Diversos forte auctores secutus est Livius.’ *Rupert.*—9 Multi Edd. non Mss. post *classe* inserunt *placere*.—10 *In eum locum* Gronov. Doujat. Crevier. Vid. inf. et Not. Var.

11 ‘Alibi etiam pro *Mamilio, Æmilius* et *Manlius* est vitiose.’ *Sigon.* Vet. lib. habent *C. Manlii Attelii*. Mox *qui unus ex plebe petebat*, cujus loco Voss. *qui unus ex plebeie potens*. Gud. *qui unus fuit ex plebe potens*.—12 ‘*Rejecerunt* sc. rem; nisi excidit forte hæc vox post *senatum*, ut visum est J. F.

NOTÆ

[n] *In eum annum* [*locum*] *partita*] Legitur vulgo ex Cœlio Curione, *in eum annum*: sed *locum* habent optimi quinque et priscæ editiones. Quod nomen interdum pro tempore accipi Gronov. ostendit, ex Nostro sæpius, et ex Sallustio in Jugurth. ‘Tamen ad id locorum talis vir consulatum appetere non audebat.’ Item ibidem: ‘Neque post id locorum Jugurthæ dies, aut nox ulla quieta fuit.’ Sic plerumque ‘interea loci.’ Ceterum *partita* referendum est, non tantum ad imperia, sed etiam ad provincias, quasi esset, partitæ provinciæ, et partita imperia.

Senatus populi[13] potestatem fecit.[o] Ita primus ex plebe creatus maximus curio C. Mamilius Vitulus. Et flaminem Dialem invitum[p] inaugurari coëgit P. Licinius pontifex maximus C. Valerium Flaccum. Decemvir sacris faciundis creatus in locum Q. Mucii Scævolæ demortui C. Lætorius. Causam inaugurari coacti flaminis libens reticuissem, ni ex mala fama in bonam vertisset. Ob adolescentiam negligentem luxuriosamque C. Flaccus flamen captus a P. Licinio pontifice maximo erat, L. Flacco fratri germano cognatisque aliis ob eadem vitia invisus. Is, ut animum ejus cura sacrorum et cærimoniarum cepit, ita repente exuit antiquos mores, ut nemo tota[14] juventute haberetur prior, nec probatior primoribus Patrum, suis pariter alienisque, esset. Hujus famæ consensu elatus ad justam fiduciam sui, rem intermissam per multos annos ob indignitatem[15] flaminum priorum repetivit, ut in senatum introiret. Ingressum cum curiam cum L. Licinius prætor[16] inde eduxisset, tribunos plebis appellavit flamen. Vetustum jus sacerdotii repetebat: datum id cum toga prætexta et sella curuli et flaminio esse.[q] Prætor, non exoletis ve-

Gron.' *Doering.*—13 ' Pro *populi* in quibusdam Edd. male *populo* legitur; nota enim loquendi ratio ' facere alicui potestatem alicujus rei' nostro loco non convenit.' *Doering.*—14 ' *In tota* præter vett. librr. auctoritatem edidit Jac. Gron. quem nonnulli secuti sunt.' *Doering.*—15 *Dignitatem* est vitium recentiorum editionum.—16 ' *L. Licinius prætor:* sed nemo hoc anno Licinius prætor fuit, at sequenti duo *P. Licinii;* (v. cap. 21.) itaque leg. *P. Licinius;* Sigon. Mox leg. *datum id cum toga prætexta et sella curuli flaminio esse;* quod jam monuere viri docti. Cf. 1. 20.' *Rupert.* Olim legebatur *et flaminio. Prætor.*

NOTÆ

[o] *Populi potestatem fecit*] Ita meliores: alii *populo potestatem fecit*, nimirum curionis maximi, sive ex patribus, sive ex plebe creandi.

[p] *Flaminem Dialem invitum*] Mirum videri potest cur invitus ad flaminis dignitatem provectus sit, qui negligentem et luxuriosam adolescentiam egerat. Verum hæc ipsa cogendi causa fuit, ut juvenis nobilissimis natalibus a vitiis ad virtutem pudore sacerdotii traduceretur.

[q] *Et flaminio esse*] Conjunctionem *et* delendam censet Gronov. quod scilicet velit dignitati flaminis datum jus ingrediendi in senatum, eadem ratione qua data esset toga prætexta et sella curulis. Ego tamen nihil movendum puto: est enim sensus hic, ut voluerit Valerius Flaccus sibi cum dignitate flaminis, ejusque insignibus, datam esse facultatem illam intrandi in senatum, tanquam sacerdotio illi cohærentem: quæ senten-

tustate annalium exemplis stare jus, sed recentissimæ cujusque consuetudinis usu, volebat: nec patrum, nec avorum memoria Dialem quenquam id jus usurpasse. Tribuni, rem inertia flaminum obliteratam ipsis, non sacerdotio, damno fuisse,[r] cum æquum censuissent, ne ipso quidem contra tendente prætore,[17] magno assensu Patrum plebisque, flaminem in senatum introduxerunt; omnibus ita existimantibus, magis sanctitate vitæ, quam sacerdotii jure, rem eam flaminem obtinuisse. Consules prius, quam in provincias irent, duas urbanas legiones; in supplementum, quantum opus erat ceteris exercitibus militum, scripserunt. Urbanum veterem exercitum Fulvius consul C. Fulvio Flacco legato (frater hic consulis erat) in Etruriam dedit ducendum, et legiones, quæ in Etruria erant, Romam deducendas. Et Fabius consul reliquias exercitus Fulviani conquisitas (fuere autem ad tria millia[18] trecenti triginta sex) Q. Maximum filium ducere in Siciliam ad M. Valerium proconsulem jussit, atque ab eo duas legiones et triginta quinqueremes accipere. Nihil hæ eductæ ex insula legiones minuerunt nec viribus nec specie ejus provinciæ præsidium. Nam cum, præter egregie suppletas duas veteres legiones, transfugarum etiam Numidarum equitum peditumque magnam vim haberet, Siculos quoque, qui in exercitu Epicydis aut Pœnorum fuerant, belli peritos viros, milites scripsit. Ea externa auxilia cum singulis Romanis legionibus adjunxisset, duorum speciem exercituum servavit: altero L. Cincium partem insulæ, qua regnum Hieronis fuerat, tueri jussit; altero ipse ceteram insulam tuebatur, divisam quondam[s] Romani[19] Punicique imperii

---

' Copulam *et* bene delevit J. F. Gron.' *Doering.*—17 Put. *prætura.*—18 Put. *ad quatuor millia.* Al. *fuerunt.*—19 ' Forte leg. *regii* pro *Romani.* Refero autem

NOTÆ

tia parum differt a priore, integre textu.

[r] *Ipsis, non sacerdotio, damno fuisse*] Hoc exemplum ad plurima valet: sed duo inprimis inde colligenda, tum inesse per se sacerdotio sanctitatem quandam, mutarique in melius eo inito mores: tum negligentiam priorum sacerdotum, nihil successoribus obesse.

[s] *Divisam quondam*] Himera fere interfluente.

finibus; classe quoque navium septuaginta partita,[20 t] ut omni ambitu littorum præsidia[1] oræ maritimæ essent. Ipse cum Mutinis equitatu provinciam peragrabat, ut viseret agros cultaque ab incultis notaret, et perinde dominos laudaret castigaretque. Ita tantum ea cura frumenti provenit, ut et Romam mitteret, et Catanam conveheret,[u] unde exercitui, qui ad Tarentum æstiva acturus esset, posset præberi.

9. Ceterum transportati milites in Siciliam (et erant[2] major pars Latini nominis sociorumque) prope magni motus causa fuere: adeo ex parvis sæpe magnarum momenta rerum pendent. Fremitus enim inter Latinos sociosque in conciliis ortus: 'Decimum annum delectibus, stipendiis exhaustos esse. Quotannis ferme clade magna pugnare. Alios in acie occidi, alios morbo absumi: magis perire sibi civem, qui ab Romano miles lectus sit, quam qui a Pœno captus. Quippe ab hoste gratis remitti in patriam; ab Romanis extra Italiam in exilium verius, quam in militiam, ablegari. Octavum jam ibi annum senescere Can-

quondam ad id tempus, quod bellum Punicum I. præcessit. *Fines imperii regii sunt, quibus quondam regnum Hieronis fuerat.' Duker.* Sed *pars insulæ, qua regnum Hieronis fuerat*, distinguitur h. l. a *cetera insula* cet. adeoque sic verba *divisam quondam* saltem ad universam, non *ceteram insulam* referenda. Divisionem illam, si locum habuerit unquam, ad solum belli Punici I. tempus pertinere potuisse, monet Crev.' *Rupert.*—20 'Pro *partita* male in editt. quibusdam *parata*; nam classis illa, ut bene monet Drakenborchius, non nunc demum, sed diu ante Siciliæ defendendæ parata fuit.' *Doering.*—1 'Sunt qui *præsidio* pro *præsidia* legant.' *Doering.*

NOTÆ

[t] *Classe q. n. s. partita* [*classis quoque navium septuaginta parata*] Hanc vulgarem lectionem nihil opus erat immutare: non tamen improbabilis Gron. conjectura ex Put. *Classe quoque navium LXX. partita, ut omni ambitu littorum præsidia oræ maritimæ essent.* Ut nempe quemadmodum Q. Maximus, Fabii consulis filius, partem exercitus L. Cincio attribuerat, altera parte sibi reservata; ita et classem diviserit, dimidia ejus parte sibi sumta, dimidia Cincio tradita, quo per totum insulæ ambitum præsidia essent ad tuendam oram maritimam. Vulgo *præsidio*, forte non deterius, ut scilicet naves præsidio essent oræ maritimæ.

[u] *Et Catanam conveheret*] Hæc Siciliæ urbs in orientali ora, Ætnæ monti subjecta, nunc *Catana* quoque dicitur.

nensem militem, moriturum ante, quam Italia hostis (quippe nunc cum maxime florens viribus) excedat. Si veteres milites non redeant in patriam, novi legantur, brevi neminem superfuturum. Itaque, quod propediem res ipsa negatura sit, prius quam ad ultimam solitudinem atque egestatem perveniant, negandum populo Romano esse. Si consentientes in hoc socios videant Romani, profecto de pace cum Carthaginiensibus jungenda cogitaturos. Aliter nunquam, vivo Hannibale, sine bello Italiam fore.' Hæc acta in conciliis. Triginta tum coloniæ[3] populi Romani erant. Ex iis duodecim, cum omnium legationes Romæ essent, negaverunt consulibus esse, unde milites pecuniamque darent.' Eæ fuere Ardea, Nepete,[x] Sutrium, Alba, Carseoli, Cora, Suessa, Circeii,[4] Setia, Cales, Narnia, Interamna. Nova re consules icti, cum absterrere eos a tam detestabili consilio vellent, castigando increpandoque plus, quam leniter agendo, profecturos rati, ' eos ausos esse consulibus dicere,' aiebant, ' quod consules, in senatu ut pronuntiarent, in animum inducere non possent. Non enim detrectationem eam munerum militiæ, sed apertam defectionem a populo Romano esse. Redirent itaque propere in colonias, et, tanquam integra re, locuti magis, quam ausi, tantum nefas, cum suis consulerent. Admonerent, non Campanos, neque Tarentinos eos esse, sed Romanos; inde oriundos; inde in colonias atque in agrum bello captum stirpis augendæ causa missos: quæ liberi parentibus deberent, ea illos Romanis debere, si ulla pietas, si memoria antiquæ patriæ esset. Consulerent igitur de integro. Nam, tum[5] quidem quæ temere agitassent, ea prodendi

' *Dixere consulibus se nec milites, nec stipendia suppeditare posse.*

2 In Edd. ante Gron. *et erat.*—3 ' Sigon. monuit, Dionysio Livioque auctoribus, jam 53. deductæ erant: e quibus initio belli Punici II. nonnisi 30. superstites erant.' *Rupert.* Vid. h. l. Not. Var.—4 Olim nomin. transpos. ut *Sutrium, Circeii, Alba.*—5 ' Pro *tum* Doer. conj. *jam.* Sed *nam jam*

NOTÆ

x *Ardea, Nepete, &c.*] De his deque eadem I. sequentibus coloniis egimus ad De-

imperii Romani, tradendæ Hannibali victoriæ esse.'[6] Cum alternis hæc consules diu jactassent,[6 y] nihil moti legati, 'neque se, quod domum renuntiarent, habere,' dixerunt, 'neque senatum suum, quid novi consuleret, ubi nec miles, qui legeretur, nec pecunia, quæ daretur in stipendium, esset.' Cum obstinatos eos viderent consules, rem ad senatum detulerunt. Ubi tantus pavor animis omnium[7] est injectus, ut magna pars, 'actum de imperio,' diceret. 'Idem alias colonias facturas; idem socios consensisse omnes,[8] ad prodendam Hannibali urbem Romanam.'

10. Consules hortari et consolari senatum, et dicere, 'Alias colonias in fide atque officio pristino fore, eas quoque ipsas, quæ officio decessissent,[9 z] si legati circa eas colonias mittantur, qui castigent, non qui precentur, verecundiam imperii habituras esse.' Permissum ab senatu iis cum esset, agerent, [facerentque[10]] ut e re publica ducerent; pertentatis prius aliarum coloniarum animis, citaverunt legatos, quæsiveruntque ab iis, 'ecquid milites ex formula paratos haberent?'[a] Pro duodeviginti coloniis[11 a]

[6] *Hæc spectare ad prodendum imperium Romanum, atque ad victoriam in Hannibalem transferendam.*

[a] *Num milites juxta præscriptum ordinem haberent paratos, id est, tot et quales unaquæque colonia ex veteri lege ac more deberet.*

auribus ingratum est. Malim *nunc.*' Rupert.—6 Put. Reg. Men. Voss. *dimastussent.* Pet. omittit *diu.* Sigonii liber, *demonstrassent.*—7 Ante Sigon. *hominum:* et mox infra apud eum *dicerent.*—8 'Orationis concinnitati bene consuluit Rhenanus hunc locum ita distinguendo: *idem alias colonias facturas, idem socios;* (sc. facturos;) *consensisse omnes ad cet.*' Doering. Ita Crev. et Doujat.

9 '*Quæ officio decessissent.* Ed. Mod. et al. rec. *ab officio:* sed veteres dixerunt *decedere re aliqua* vel *de re*, et *discedere ab re;* Gron. At *decedere a re* dici Cic. Flacc. XII. Justin. VI. 8. 8. Virg. Æn. II. 109. et 'discedere de colloquio' inf. XXXII. 40. (nisi quis hoc quoque, tanquam de loco, dictum velit) monet Duk.' *Rupert.* Mox infra *qui non* Gron. Crev.—10 'Verbum *facerentque* uncis inclusi, quia ignorant illud optimi Mss. Passim tamen cum *agere* jungitur.' *Rupert.*—11 '*Pro XVIII. coloniis,* recte; v. cap. 9. neque cum

NOTÆ

[y] *Hæc consules diu jactassent*] Num melius, ut Sigonii liber, *hæc consules demonstrassent?*

[z] *Quæ officio decessissent*] Sic meliores contra Borbetomagensem editionem, ubi, *quis ab officio decesserint.* Sed notandum aliud decedere re aliqua, vel de re aliqua; aliud discedere ab re: Liv. lib. XXXIV. 'potuisse se extra id periculum esse, si decedere

M. Sextilius Fregellanus respondit: 'et milites ex formula paratos esse, et, si pluribus opus esset, plures daturos, et, quicquid aliud imperaret velletque populus Romanus, enisè facturos. Ad id sibi neque opes deesse, animum etiam superesse.' Consules, sibi parum videri, præfati, pro merito eorum, sua voce collaudari eos, nisi universi Patres iis in curia [12] gratias egissent, sequi in senatum jusserunt. Senatus, quam poterat honoratissimo decreto allocutus eos, mandat consulibus, ut ad populum quoque eos producerent, et inter multa alia præclara, quæ ipsis majoribusque suis præstitissent, recens etiam meritum eorum in rem publicam commemorarent. Ne nunc quidem post tot sæcula sileantur, fraudenturve laude sua. Signini fuere et Norbani Saticulanique [13] et Brundisini et Fregellani et Lucerini et Venusini et Hadriani et Firmani et Ariminenses, et ab altero mari Pontiani et Pæstani et Cosani, et mediterranei Beneventani et Æsernini [14] et Spoletini et Placentini et Cremonenses. Harum coloniarum subsidio tum imperium populi Romani stetit; iisque gratiæ et in senatu et ad populum actæ. Duodecim aliarum coloniarum, quæ detrectaverunt imperium, mentionem fieri Patres vetuerunt, neque illos dimitti, neque retineri, neque appellari a consulibus. Ea tacita castigatio maxime ex dignitate populi Romani visa est. Cetera expedientibus, quæ ad bellum opus erant, consulibus, aurum vicesimarium,[b] quod in sanctiore æra-

Cluverio Ital. Ant. II. 2. p. 480. leg. *undeviginti:* nam mox, ubi coloniarum nomina recensentur, *Signini fuere et Nolani et Norbani* cet. delenda verba *et Nolani*, quæ ab omnibus Mss. absunt.' *Rupert.*—12 Ante Gron. *Patres in curia.* Mox Put. et al. *eos jusserunt.*—13 Ex Velleio Stephanoque corrigit Sigon. ab antiq. *Satriculanique.*—14 Ita docet Sigon. pro vulg. *Esserneni.*

NOTÆ

fide, si conjurare cum ceteris maluissent.'

[a] *Pro duodeviginti coloniis*] Cluverius *undeviginti* legit: tot enim paulo post vulgo recensentur. Verum cum ante Livius triginta omnino numeraverit, atque ex eo numero duodecim dixerit recusasse delectum; sequitur ut non nisi octodecim supersint. Itaque deletis *Nolanis*, qui absunt ab Mss. numerus constabit. Fuerant coloniæ ad quinquaginta tres; sed pars interierant, pars in hostium erant potestate.

[b] *Aurum vicesimarium*] Ex vectigali vicesimæ ab iis qui manumittebantur pendi solitæ redactum: qua de re Liv. lib. VII.

rio[a] ad ultimos casus servabatur, promi placuit. Promta ad quatuor millia pondo auri.[c] Inde quingena pondo[d] data consulibus et M. Marcello et P. Sulpicio proconsulibus et L. Veturio prætori, qui Galliam provinciam sortitus erat; additumque Fabio consuli centum pondo auri præcipuum,[e] quod in arcem Tarentinam portaretur. Cetero usi sunt[15] ad vestimenta præsenti pecunia locanda exercitui,[f] qui in Hispania bellum secunda sua fama ducisque gerebat.

11. Prodigia quoque, prius quam ab Urbe consules proficiscerentur, procurari placuit. In Albano monte tacta de cœlo erant signum Jovis arborque templo propinqua, et Ostiæ lacus, et Capuæ murus, Fortunæque ædes, et Sinuessæ murus portaque. Hæc de cœlo tacta. Cruentam etiam fluxisse aquam Albanam, quidam auctores erant. Et Romæ intus cellam[16] ædis Fortis Fortunæ[g] de capite signum, quod in corona erat,[h] in manus sponte sua prolapsum. Et Priverni satis constabat bovem locutum, volturiumque[i] frequenti foro in tabernam devolasse, et Sinuessæ natum

[a] *In parte intima, et quasi penetralibus ærarii.*

Paulo infra, vet. lib. *Spoletani*: quod Gron. Doujat. Crev.—15 In Edd. ante Gron. *Cetero auro usi sunt.*

16 '*Et Romæ intus cellam* (v. ad III. 19. 11.) *ædis Fortis Fortunæ*, v. ad X. 46. 7. *intus cellam* (in cella, ut ap. Plaut. Mil. II. 6. 55.) optimi Mss. pro vulg. *intra e. Signum*, puto, Fortis Fortunæ. Nomen alius Dei Deæve excidisse

NOTÆ

Vicesimarium] Congestum paulatim et vicesima parte pretii manumissorum, quæ soluta fuerat ab A. U. C. 398. Vid. l. VII. c. 16. *J. Clericus.*

[c] *Quatuor millia pondo auri*] Nobis æstimarentur vicies centenis ducentis quadraginta ferme millibus librarum.

[d] *Quingena pondo*] Nostra æstimatione, *deux cents vingt-huit mille livres à chacun*, aut circiter.

[e] *Centum pondo auri præcipuum*] Nobis hodie, *la valeur de cinquante-six mille livres en or plus qu'à chacun des autres.*

[f] *Locanda exercitui*] Locari dicuntur quæ dantur facienda, non minus quam quæ dantur utenda, fruenda: sic vestimenta certo pretio facienda artificibus data sunt, quæ militantibus in Hispania mitterentur. *Præsenti pecunia.* Gall. *Argent comptant.*

[g] *Fortis Fortunæ*] Ædes Fortis Fortunæ fuit in foro boario, regione fori Romani, quæ Octava sub Augusto.

[h] *Signum, quod in corona erat*] Imagunculam significat, quæ in corona illius Deæ.

[i] *Volturiumque*] Pro vulture *volturius* quoque dicitur.

ambiguo inter marem ac fœminam sexu infantem; quos androgynos[k] vulgus (ut pleraque, faciliore ad duplicanda verba Græco sermone[y]) appellat: et lacte pluisse, et cum elephanti capite puerum natum. Ea prodigia hostiis majoribus procurata, et supplicatio circa omnia pulvinaria, et obsecratio in unum diem indicta; et decretum, ut C. Hostilius prætor ludos Apollini,[17] sicut his annis voti factique erant, voveret faceretque. Per eos dies et censoribus creandis Q. Fulvius consul comitia habuit. Creati censores, ambo qui nondum consules fuerant,[l] M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus.[18] Hi censores ut agrum Campanum fruendum locarent, ex auctoritate Patrum latum in plebem[19 m] est, plebesque scivit. Senatus lectionem[20] contentio inter censores de principe legendo tenuit. Sempronii lectio erat:[z] ceterum Cornelius 'morem traditum a patribus[a] sequendum' aiebat; 'ut, qui primus censor ex iis, qui viverent, fuisset, eum principem legerent:' is T. Manlius Torquatus erat. Sempronius, 'cui Dii sortem legendi dedissent, ei jus liberum eosdem dedisse Deos. Se id suo arbitrio facturum, lecturumque Q. Fabium Maximum, quem tum principem Romanæ civitatis esse, vel Hannibale judice, victurus esset.'[n] Cum diu certatum verbis esset,[z]

[y] *Græca lingua, quæ liberius et felicius quam Latina, per compositionem plura vocabula geminat et conjungit.*

[z] *Penes Sempronium erat jus nominandi principem senatus et senatum universum, quod sorte ipsi obvenerat.*

[a] *A majoribus introductum.*

credebat Crev.' *Rupert.*—17 *Apollinis* Gron. Donjat. Crev.—18 Olim ante Sigon. legebatur *Tuditanus, duo censores, ut.*—19 'In *plebem.* De locutionis integritate *ferre in plebem* pro *ad plebem*, dubitat Crevierius. Et vere in quibusdam librr. Mss. apud Drakenb. *ad* pro *in* exhibetur.' *Doering.*—20 'Put. Men. *legionem.* Ut lib. IX. 29. codex perantiquus Thuanæus, 'Ob infamem atque invidiosam senatus legionem.' Quod tamen Livio assignare nondum audeo.'

NOTÆ

[k] *Androgynos*] Dicuntur iidem hermaphroditi, desumto nomine ab adolescente eximiæ formæ, quem poëtæ Mercurio et Venere genitum, atque a Salmaci nympha adamatum, in unum cum ea corpus coaluisse ferunt.

[l] *Qui nondum consules fuerant*] Id exemplo proximorum censorum factum.

[m] *Latum in plebem*] Alias, *latum ad plebem:* est ergo *in* pro *apud.*

[n] *Vel Hannibale judice, victurus esset*] Gall. *Qu'il le gagneroit, qu'il*

concedente collega, lectus a Sempronio princeps in senatu Q. Fabius Maximus consul: inde alius lectus senatus,[o] octo præteritis, inter quos L. Cæcilius Metellus erat, infamis auctor deserendæ Italiæ post Cannensem cladem. In equestribus quoque notis eadem servata causa.[b] Sed erant perpauci, quos ea infamia attingeret. Illis omnibus (et multi erant)[p] ademti equi, qui Cannensium legionum equites in Sicilia erant. Addiderunt acerbitati etiam tempus, ne præterita stipendia procederent iis, quæ equo publico emeruerant,[3] sed dena stipendia equis privatis facerent. Magnum præterea numerum eorum conquisiverunt,[4] qui equo merere deberent, atque ex iis, qui principio ejus belli septemdecim[5] annos nati[q] fuerant, neque militaverant, omnes ærarios fecerunt. Locaverunt inde reficienda, quæ circa forum incendio consumta erant, septem tabernas, macellum, atrium regium.[6]

12. Transactis omnibus, quæ Romæ agenda erant, consules ad bellum profecti. Prior Fulvius prægressus Capuam. Post paucos dies consecutus Fabius; qui et collegam coram obtestatus, et per literas Marcellum, ut quam acerrimo bello detinerent[7] Hannibalem, dum ipse Taren-

[b] *In equitum recensione et remotione ignominiosa, ratio quoque habita est ejusdem rei, id est, consilii deserendæ Italiæ.*

J. F. Gron.—1 'Ita Put. Flor. Cant. et Hearnii duo Mss. Alii *dicturus;* sed Gud. *dicturum esse;* unde leg. *victurum esse* Gron.' *Rupert.*—2 *Esset verbis* Gron. Doujat. Crev.—3 *Qui equo publico meruerant* Gron. Doujat.—4 'Cantabrig. *conquisierunt.* Nec causa id negligendi.' *Jac. Gron.*—5 Edd. prior. Sigon. habent *sexdecim.* Al. *decem et septem.*—6 Put. Voss. Gud. et Cantabrig. *regiam* hoc loco habent. Unde conj. Gron. *regiæ.*

7 '*Bello detinerent* e tribus Mss. recepi pro vulg. *bello detineret.*' Rupert.

NOTÆ

l'emporteroit au dire même d'Hannibal: ou, *Quand Hannibal même en seroit le juge.* Nam *vincere* dicitur is secundum quem judex pronuntiat.

[o] *Inde alius lectus senatus*] Gall. *Ensuite on nomma le reste du sénat.*

[p] *Et multi erant* [*fuerant*] Pauci quidem auctores fuerant Italiæ relinquendæ, sed multi reliqui ex fuga Cannensi: utrisque ademti a censoribus ignominiæ causa equi publici.

[q] *Septemdecim annos nati*] Hæc plena pubertas, hoc legitimum sumendæ militiæ tempus.

tum oppugnaret: ea urbe ademta hosti jam [8] undique pulso, nec ubi consisteret, nec quid fidum respiceret habenti,[c] ne remorandi quidem causam in Italia fore. Rhegium etiam nuntium mittit ad præfectum præsidii, quod ab Lævino consule adversus Bruttios ibi locatum erat, octo millia [d 9] hominum: pars maxima ab Agathyrna (sicut antea dictum est) ex Sicilia traducta, rapto vivere hominum [10] assuetorum. Additi erant Bruttiorum indidem perfugæ, et audacia et audendi omnia [e 11] necessitatibus pares. Hanc manum ad Bruttium primum agrum depopulandum duci jussit, inde ad Cauloniam [12 f] urbem oppugnandam. Imperata non impigre solum, sed etiam avide, executi, direptis fugatisque cultoribus agri, summa vi urbem oppugnabant. Marcellus, et consulis literis excitus,[13] et quia ita in animum induxerat, neminem ducem Romanum tam parem Hannibali, quam se, esse, ubi primum in agris pabuli copia fuit, ex hybernis profectus, ad Canusium Hannibali occurrit. Solicitabat ad defectionem Canusinos Pœnus. Ceterum, ut appropinquare Marcellum audivit, castra inde movit. Aperta erat regio, sine ullis ad insidias latebris; itaque in

[c] *Cum nihil haberet quo confidere, aut quo confugere posset.*
[d] *Quod præsidium octo millibus hominum constabat.*
[e] *Æquales Siculis ex Agathyrna, tum audacia, tum necessitate nihil non audendi, ob crimina quæ eos alibi secure agere non sinebant.*

Detineret Gron. Doujat. Crev. c. Drak.—8 Τῷ *jam* carent Edd. ante Gron. Mox infra *morandi* habent pro *remorandi*.—9 'Cum Gron. forte leg. *octo millium*.' Rupert.—10 'Junge: *pars maxima ... hominum rapto vivere adsuetorum*. Sed τὸ *hominum* alterutro loco, sive post *millia*, sive ante *adsuetorum*, abundare, recte jam monuit J. Fr. Gronovius.' *Doering*.—11 Vet. lib. *et ad audendum omnia*.—12 'Gron. *Caulonem* legendum putabat, quia in quibusdam Mss. sit *Cautoneam*, et c. 15. *Cautones* et *Cautiores* pro vulg. *Caulonæ*: aliis antiquo Græcoque nomine *Aulon* vel *Aulonia*, Αὐλωνία Appian. Hann. XLIX. qui et expugnatam dicit urbem, cujus oppugnationem solutam tradit Livius inf. c. 15.' *Rupert*.—13 Olim legebatur *excitatus*.—

NOTÆ

[f] *Ad Cauloniam*] Caulonia sive *Caulon*, prius Aulon, (Græco vocabulo quod convallem significat,) oppidum fuit agri Locrensis inter Sagram fluvium, qui nunc *Sagriano*, et Cocintum promontorium. Locatur a Cluverio subdubitanter ubi nunc *Castelvettere* ad flumen *Alaro*, qui olim *Eleporus*, in ulteriori Calabria, ad oram maris Ionii. Alia fuit Aulonia in Sicilia, ab hujus civibus, per Bruttios domo pulsis, condita.

loca saltuosa cedere inde cœpit. Marcellus vestigiis instabat, castraque castris conferebat, et, opere perfecto, extemplo in aciem legiones educebat.[f] Hannibal, turmatim per equites peditumque jaculatores levia certamina serens, casum universæ pugnæ non necessarium ducebat. Tractus est tamen ad id, quod vitabat, certamen. Nocte prægressum [14] assequitur locis planis ac patentibus Marcellus. Castra inde ponentem,[s] pugnando undique in munitores, operibus prohibet. Ita signa collata, pugnatumque totis copiis; et, cum jam nox instaret, Marte æquo discessum est. Castra, exiguo distantia spatio, raptim ante noctem permunita. Postero die luce prima Marcellus in aciem copias eduxit. Nec Hannibal detrectavit certamen, multis verbis adhortatus milites, 'ut, memores Trasimeni Cannarumque, contunderent ferociam hostis. Urgere atque instare eum. Non iter quietos facere,[t] non castra ponere pati, non respirare aut circumspicere. Quotidie simul orientem solem et Romanam aciem in campis videndam esse. Si uno prælio haud incruentus abeat, quietius deinde tranquilliusque eum bellaturum.' His irritati adhortationibus, simulque tædio ferociæ hostium quotidie instantium lacessentiumque, acriter prælium ineunt. Pugnatum amplius duabus horis est. Cedere inde ab Romanis dextra ala et extraordinarii [u] cœpere. Quod ubi Marcellus vidit, duodevicesimam legionem in primam aciem inducit. Dum alii

[f] Et castra sua locabat juxta castra Hannibalis, eum continuo insequens, et statim atque munitionem castrorum suorum absolverat, instruebat aciem Romanam ad pugnam.

NOTÆ

[s] *Castra inde ponentem*] Gall. *Comme Hannibal étoit après à se loger, Marcellus attaqua ceux qui travailloient aux retranchemens, et l'empêcha de fortifier son camp.*

[t] *Non iter quietos facere*] Gall. *Qu'il ne les laissoit en repos, ni dans leur marche ni dans leur campement; et ne leur donnoit pas le loisir de respirer et de se reconnoître.*

[u] *Et extraordinarii*] Extraordinarii dicebantur selecti ex sociorum numero, qui in exercitu Romano militabant, tum equites pro tertia parte, tum pedites pro quinta; eximii nempe utriusque corporis seligebantur, qui circa imperatorem assidui in via, in castris, in pugna, ei velut custodes extra ordinem adessent: unde *extraordinariorum* nomen, quo equites ab alaribus, pedites a cohortibus sociorum distinguebantur. Vide Lips. de Milit. Roman. lib. II. Dial. 7. ex Polyb.

trepidi[15] cedunt,[s] alii segniter subeunt, turbata tota acies est, dein prorsus fusa; et, vincente pudorem metu, terga dabant. Cecidere in pugna fugaque[16] ad duo millia et septingenti civium sociorumque: in his[x] quatuor Romani centuriones,[17] duo tribuni militum, M. Licinius et M. Helvius. Signa militaria quatuor de ala, prima quæ fugit; duo de legione, quæ cedentibus sociis successerat, amissa.

13. Marcellus, postquam in castra reditum est, concionem adeo sævam atque acerbam apud milites habuit, ut prælio, per diem totum[18] infeliciter tolerato, tristior iis irati ducis oratio esset. 'Diis immortalibus, ut in tali re, laudes gratesque,' inquit, 'ago, quod victor hostis, cum tanto pavore incidentibus vobis in vallum portasque, non ipsa castra est aggressus. Deseruissetis profecto eodem terrore castra, quo omisistis pugnam. Qui pavor hic, qui terror, quæ repente, qui, et cum quibus pugnaretis, oblivio animos cepit?[19] Nempe iidem sunt hi hostes, quos vincendo et victos sequendo priorem æstatem absumsistis; quibus dies noctesque fugientibus per hos dies institistis; quos levibus prœliis fatigastis;[20] quos hesterno die nec iter facere, nec castra ponere passi estis. Omitto ea, quibus gloriari potestis: cujus et ipsius pudere ac pœnitere vos oportet, referam.[t] Nempe, æquis manibus hesterno die diremistis pugnam. Quid hæc nox, quid hic dies attulit?[u] vestræ his[h] copiæ imminutæ sunt, an illorum auctæ? Non equidem mihi cum exercitu meo loqui videor, nec

[s] *Cum extraordinarii, et qui in ala dextra erant, trepidantes cederent hostibus, et octavædecimæ legionis milites ex secunda acie in primam procederent tardius.*
[h] *Nocte ac die.*

14 Add. *eum* Gron. Doujat.—15 Vulgo olim *trepide*.—16 In Edd. ante Sigon. deerat *fugaque*. 'Deest etiam τὸ *fuga* in Vossiano. Put. Regiusque, *Cecidere in pugnaque ad duo millia*.' J. F. Gron.—17 Edd. ante Gron. *centuriones fuere*. Mox apud Gron. Doujat. Crev. *Fulvius* pro *Helvius*.

18 *Totum* Gron. Doujat. Crev.—19 *Animos invasit* vulgo legebatur ante Gron. et ii *hostes* pro *hi hostes*.—20 Ante Sigon. *fugastis*.—1 Olim aberat *referam*. 'Nec credimus Rhenano, non opus esse verbo *referam*, aut cohærere alioqui quæ sequuntur.' *J. F. Gron.* Mox *hesterna* Gron. Doujat. Crev.—

NOTÆ

[x] *In his*] In cæsorum numero.

cum Romanis militibus. Corpora tantum atque arma, eadem sunt. An, si eosdem animos habuissetis, terga vestra vidisset hostis? signa alicui manipulo aut cohorti abstulisset? Adhuc[3] cæsis Romanis legionibus gloriabatur. Vos illi hodierno die primum fugati exercitus dedistis decus.' Clamor inde ortus, ut veniam ejus diei daret; ubi vellet, deinde experiretur militum suorum animos. 'Ego vero experiar,' inquit, 'milites, et vos crastino[4] die in aciem educam, ut victores potius, quam victi, veniam impetretis, quam petitis.' Cohortibus, quæ signa amiserant, hordeum dari[7] jussit, centurionesque manipulorum, quorum signa amissa fuerant, destrictis gladiis discinctos destituit;[5 z] et, ut postero die omnes, equites, pedites,[6 a] armati adessent, edixit. Ita concio dimissa fatentium,[b] jure ac merito sese increpitos; neque illo die virum quenquam in acie Romana fuisse, præter unum ducem; cui aut morte satis faciendum, aut egregia victoria esset. Postero die ornati armatique[7] ad edictum aderant.[i] Imperator eos collaudat, pronuntiat-

[i] *Secundum id quod ediserat Marcellus.*

2 Vulgo olim *abstulit*. Paulo ante Gron. Doujat. Crev. *hæc* pro *hic*.—3 In Edd. ante Gron. *non* ante *adhuc* posit, quam particulam negativam omnino delendam esse demonstrat Gron.—4 *Crastina* Gron. Doujat.—5 'Destitui *jussit* plerique Mss. prob. Gron. modo male repetitum *jussit* deleatur.' *Rupert.* *Districtis* Gron. Doujat.—6 *Pedites equitesque* Gron. Doujat.

NOTÆ

[7] *Hordeum dari*] Hæc ignavorum et fugacium maxime pœna militaris erat, ut iis frumenti loco hordeum præberetur.

[z] *Destr.* [*districtis*] *gladiis discinctos destituit*] Mavult Gron. *destrictis*, id est, evaginatis, seu nudatis: nam *districtis* ex ipsius sententia idem esset ac impeditis. Mavult et *destitui*, repetito scilicet ex superioribus verbo *jussit*. An vero cingulo militiæ in perpetuum exuti et omnino exauctorati fuerint hi centuriones, an vero ablatis ad tempus gladiis stare eos jusserit, dubium cuipiam videri potuerit. Posterius mihi pro certo: et recentior est acceptio verbi *destituere*, pro exauctorare. Quod ad *destringendi* ac *distringendi* verba attinet, video ea promiscue, ac diversis utrumque significationibus sumi.

[a] *Omnes, equites, pedites,* [*pedites equitesque*] Legi Gron. jubet cum scriptis, *omnes equites pedites armati adessent*. Quod eo sensu acciperem, ut equites alæ dextræ, qui proximo prælio fugerant, jussi sint se, non in equis, sistere, sed pedibus insistentes: nisi vox *omnes* aliud demonstraret.

que, 'a quibus orta pridie fuga esset, cohortesque, quæ signa amisissent, se in primam aciem inducturum. Edicere jam sese, omnibus pugnandum ac vincendum esse; et annitendum singulis universisque, ne prius hesternæ fugæ, quam hodiernæ victoriæ, fama Romam perveniat.' Inde cibo corpora firmare jussi,[8] ut, si longior pugna esset, viribus sufficerent. Ubi omnia dicta factaque sunt, quibus excitarentur animi militum, in aciem procedunt.

14. Quod ubi Hannibali nuntiatum est: 'Cum eo nimirum,' inquit, 'hoste res est, qui nec bonam, nec malam ferre fortunam potest. Seu vicit, ferociter instat victis: seu victus est, instaurat cum victoribus certamen.' Signa inde canere jussit,[9] copias educit. Pugnatum utrimque aliquanto, quam pridie, acrius est: Pœnis ad obtinendum hesternum decus annitentibus,[a] Romanis ad demendam ignominiam. Sinistra ala ab Romanis,[c] et cohortes, quæ amiserant signa, in prima acie pugnabant, et legio vicesima [10] ab dextro cornu instructa. L. Cornelius Lentulus et

[a] *Ut hesternæ victoriæ gloriam servarent ac retinerent.*

Crev.—7 *Armati ornatique* iid.—8 Vulgo legebatur olim *jussit*. Mox *esset pugna* Gron. Doujat. Crev.

9 'Copulam *et* post *jussit* a Rhenano insertam Draken. in uno tantum Lov. 3. invenit.' *Doering.*—10 '*Sinistra ala... et cohortes... et legio vicesima, in prima acie pugnabant:* v. cap. 13. Sed cap. 12. *dextra ala* et *legio duodevicesima* pridie dicuntur cessisse: quare alteruter locus corruptus. *Sinistro* et *duodevicesima* non male emend. Drak. Certe mox dicit Livius *cornibus præerant*. Vulgata lectio non bene defenditur a Periz. Anim. Hist. c. 8. p. 340. neque ab iis, qui existimant, eamdem alam c. 12. *dextram* et h. l. *sinistram* vocari, quod pridie in dextro, et nunc in sinistro cornu pugnaverit.'

NOTÆ

[b] *Fatentium*] Concio scilicet militum, qui fatebantur, &c.

[c] *Sinistra ala ab Romanis*] At prædixerat Marcellus se in primam aciem inducturum eos a quibus orta pridie fuga erat; fugere autem ceperat dextera ala: nunc vero inducitur in primam aciem ala sinistra. Verum potuit in sinistrum cornu transferri quæ prius dextrum obtinuerat: potuit et ala una ita dividi, ut in prima acie utrumque cornu obtineret. Legio quoque vicesima in dextro cornu ita locari potuit, ut in secunda acie postridie steterit una cum duodevicesima, quæ in sinistrum cornu rejecta fuerit, cum pridie in dextro pugnasset.

C. Claudius Nero legati cornibus præerant, Marcellus mediam aciem, hortator testisque præsens, firmabat. Ab Hannibale Hispani primam obtinebant frontem, et id roboris in omni exercitu erat. Cum anceps diu pugna esset, Hannibal elephantos in primam aciem induci jussit, si quem injicere ea res tumultum ac pavorem posset.[l] Et primo turbarunt signa ordinesque, et partim occulcatis, partim dissipatis terrore, qui circa erant, nudaverant una parte aciem; latiusque fuga manasset, ni C. Decimius Flavus tribunus militum, signo arrepto primi hastati,[m] manipulum ejus signi se sequi jussisset. Duxit, ubi maxime tumultum conglobatæ belluæ faciebant, pilaque in eas conjici jussit. Hæsere omnia tela haud difficili ex propinquo in tanta corpora ictu, et tam conferta turba. Sed ut non omnes vulnerati sunt; ita, in quorum tergis infixa stetere pila, (ut est genus anceps,[d]) in fugam versi etiam integros avertere. Tum jam non unus manipulus, sed pro se quisque miles, qui modo assequi agmen fugientium elephantorum poterat, pila conjicere. Eo magis ruere in suos belluæ; tantoque majorem stragem edere, quam inter hostes ediderant, quanto acrius pavor consternatam agit,[11] quam insidentis magistri imperio regitur.[n] In perturbatam transcursu belluarum aciem signa inferunt Romani pedites, et haud magno certamine dissipatos trepidantesque avertunt. Tum in fugientes equitatum immittit Marcellus, nec ante finis sequendi est factus, quam in castra paventes

[l] *Tentans utrum ex eo aliquid tumultus et terroris posset Romanis inferri.*
[m] *Arrepto signo primi hastatorum manipuli.*
[n] *Quo majore impetu unaquæque harum belluarum timore perculsa impellitur, quam gubernetur ductu rectoris qui ipsi insidet.*

Rupert.—11 ' *Quanto acrius*, fortius, *pavor consternatam* quamvis belluam *agit*, ea pavore movetur et perturbatur, *quam magistri imperio regitur:* ita optimi Mss. prob. Gron. Alii et edd. vett. *consternatas* et *reguntur.*' Rupert.—

NOTÆ

[d] *Ut est genus anceps*] Vult elephantorum generis, non semper in bello certum esse usum, ut qui sæpe in suos, non minus quam in hostes, irruant. Quemadmodum nunc, cum vulnerati elephanti, eos quoque, qui vulnerati non erant, secum in fugam traxerunt.

compulsi sunt. Nam super alia, quæ terrorem trepidationemque facerent, elephanti quoque duo[12] in ipsa porta corruerant, coactique erant milites per fossam vallumque ruere in castra. Ibi maxima hostium cædes facta: cæsa ad octo millia hominum, quinque elephanti. Nec Romanis incruenta victoria fuit. Mille ferme et septingenti de duabus legionibus, et sociorum supra mille et trecentos occisi: vulnerati permulti civium sociorumque. Hannibal nocte proxima castra movit. Cupientem insequi Marcellum prohibuit multitudo sauciorum.

15. Speculatores, qui prosequerentur[13] agmen, missi, postero die retulerunt, Bruttios Hannibalem petere. Iisdem fere[14] diebus et ad Q. Fulvium consulem Hirpini et Lucani et Volcentes,[15 e] traditis præsidiis Hannibalis, quæ in urbibus habebant, dediderunt sese, clementerque a consule, cum verborum tantum castigatione ob errorem præteritum, accepti.[16] Et Bruttiis[f] similis spes veniæ facta est, cum ab iis Vibius et Pactius fratres, longe nobilissimi gentis ejus, eandem, quæ data Lucanis erat, conditionem deditionis petentes venissent. Q. Fabius consul oppidum in Sallentinis[17] Manduriam[g] vi cepit. Ibi ad quatuor millia hominum capta et ceteræ prædæ aliquantum. Inde Tarentum profectus, in ipsis faucibus portus posuit castra. Naves, quas Livius tutandis commeatibus habuerat, par-

12 Ante Gron. *elephanti forte duo.* Pnt. *elephantique duo.*
13 *Sequerentur* ante Gron.—14 'Pro *fere* rectius in quibusdam Mss. apud Drak. *ferme* legitur.' *Doering.*—15 *Volscentes* Gron. Doujat. Crev.—16 *Ac-*

NOTÆ

[e] *Volcentes*] Hirpini et Lucani gentium nomina sunt; Volcentes, oppidi unius: iidem Volcentani dicuntur a Plinio, qui eis junctos ait Numestranos. Cluverius inter Consentiam et Numistronem ponit circa fontes Ocinari, (qui hodiè *Turbido*,) ubi nunc *Clocento*, in utriusque Calabriæ confinio.

[f] *Et Bruttiis*] Universæ nimirum genti, cujus pars Volcentes.

[g] *Manduriam*] Dicitur et Mandurium et Manduriæ in plurali numero, inter Neretum (vulgo *Nardo*) et Tarentum, in Salentinis, quæ nunc pars Hydruntinæ terræ: oppidum illud vulgo *Mandula* ut Nigro placet, aliis *Casalnuovo*, unde haud procul lacus *Andoria*, qualis Manduriis appositus apud Plinium.

tim machinationibus[h] onerat apparatuque mœnium oppugnandorum, partim tormentis et saxis omnique missilium telorum genere instruit, onerarias quoque, non eas solum, quæ remis agerentur;[i] ut alii machinas scalasque ad muros ferrent, alii procul ex navibus vulnerarent mœnium propugnatores. Eæ naves, ab aperto mari ut urbem aggrederentur, instructæ paratæque sunt. Et erat liberum mare, classe Punica, cum Philippus oppugnare Ætoles pararet, Corcyram transmissa. In Bruttiis interim Caulonis oppugnatores,[18] sub adventum Hannibalis, ne opprimerentur, in tumulum, a præsenti impetu tutum,[19] se recepere. Fabium, Tarentum obsidentem, leve dictu momentum ad rem ingentem potiundam adjuvit. Præsidium Bruttiorum datum ab Hannibale Tarentini habebant. Ejus præsidii præfectus deperibat amore mulierculæ, cujus frater in exercitu Fabii consulis erat. Is, certior literis sororis factus de nova consuetudine advenæ, locupletis, atque inter populares tam honorati, spem nactus per sororem quolibet impelli amantem posse, quid speraret, ad consulem detulit. Quæ cum haud vana cogitatio visa esset, pro perfuga[20] jussus Tarentum transire, ac per sororem præfecto conciliatus, primo occulte animum ejus tentando, dein, satis explorata levitate, blanditiis muliebribus perpulit eum ad proditionem custodiæ loci, cui præpositus erat. Ubi et ratio agendæ

---

cepti. *Et* Emd. c. Drak.—17 *Salentinis* Gron. Doujat.—18 Olim legebatur *Caulonia impugnatores.* 'Cur displicuit novitius, quod habent Put. omnes immo Edd. antiquiores, *oppugnatores?* Pro *Caulonia* Put. et Voss. *Cautones.* Pet. *cautiores.* Forte fuit *Caulonis.*' J. F. Gron.—19 Addunt *ad cetera inopem* Gron. Doujat. Crev. 'Ceterum ineptum, quod in nonnullis libr. Mss. et Edd. vet. post *tutum* reperitur additamentum.' *Doering.* *Concessere* pro *se recepere* Rhenano debetur, judice Gron.—20 'Est ab Rhenano, cum legeretur *pro transfuga:* sed Put. *proterfuga.* Debuit ergo scribi, *pro perfuga.*'

NOTÆ

[h] *Partim machinationibus*] Distinguit has machinationes a tormentis, ac deinde machinas scalasque conjungit, quas homines ad muros ferrent. Itaque machinationum nomine turres intelligit, aliave machinamentorum genera, quæ Rom. navibus ad muros admovebant.

[i] *Non eas solum, quæ remis agerentur*] Non adjicit, sed et eas quæ velis agerentur, quia hoc ex illo sequitur.

rei, et tempus convenit, miles, nocte per intervalla stationum clam ex urbe emissus, ea, quæ acta erant, quæque ut agerentur, convenerat,[1] ad consulem refert. Fabius vigilia prima, dato signo iis, qui in arce erant, quique custodiam portus habebant, ipse circuito portu ab regione urbis in orientem versa occultus consedit. Canere inde tubæ simul ab arce, simul[2] a portu et ab navibus, quæ ab aperto mari appulsæ erant; clamorque undique cum ingenti tumultu, unde minimum periculi erat, de industria ortus. Consul interim silentio continebat suos. Igitur Democrates, qui præfectus antea classis fuerat, forte illo loco[3][k] præpositus, postquam quieta omnia circa se vidit, alias partes eo tumultu personare, ut captæ urbis interdum excitaretur clamor, veritus ne inter cunctationem suam consul aliquam vim faceret signaque inferret, præsidium ad arcem, unde maxime terribilis accidebat sonus, traducit. Fabius, cum et[4] ex temporis spatio et ex silentio ipso (quod, ubi paulo ante strepebant excitantes vocantesque ad arma, inde nulla accidebat vox[*]) deductas custodias sensisset; ferri scalas ad eam partem muri, qua Bruttiorum cohortem præsidium agitare proditionis conciliator nuntiaverat,[5] jubet. Ea primum est captus murus, adjuvantibus recipientibusque Bruttiis, et transcensum in urbem est. Inde et[6] proxima refracta porta, ut frequenti agmine signa inferrentur. Tum, clamore sublato, sub ortum ferme lucis, nullo obvio armato,

[*] *Nihil strepitus ea parte excitabatur: vox inde nulla ad se perveniebat.*

J. F. Gron.—1 'Pro *convenerat* in quibusdam libr. Mss. et vett. Edd. *convenerant*.' Doering. *convenerant* Gron. Crev.—2 'Beatus tollit alterum *simul*. Quasi non hic usus et duplicatio particulæ nostro frequentissima.' *J. F. Gron.* Pro *simul* olim substitut. *et*.—3 '*Præponi* et *præesse* simpliciter passim pro imperium tenere, dicitur, ut multis exemplis ad h. l. probavit Drak. Itaque non opus est ut pro *illo loco* legatur cum Rhenano *illi loco*.' Doering. —4 *Et* del. Gron. Donjat.—5 Vet. lib. *pronunciaverat*.—6 *Deinde* pro *inde et* olim. Librarii errore Putean. *inde ex proxima*.

NOTÆ

[k] *Forte illo loco*] Rhen. scribebat *illi loco*: sed optimi, tum scripti, tum editi habent *illo loco*: nec tam loco ipsi, quam iis qui illo loco erant, præpositus intelligi debet Democrates.

in forum perveniunt; omnesque undique, qui ad arcem portumque pugnabant, in se converterunt.

16. Prælium in aditu fori majore impetu, quam perseverantia, commissum est. Non animo, non armis, non arte belli, non vigore aut viribus corporis, par Romano Tarentinus erat. Igitur, pilis tantum conjectis, prius pæne, quam consererent manus, terga dederunt; dilapsique per nota urbis itinera in suas amicorumque domos. Duo ex ducibus Nico et Democrates fortiter pugnantes cecidere. Philemenus,[7] qui proditionis ad Hannibalem auctor fuerat, cum citato equo ex prælio avectus esset; vagus paulo post equus errans [8] per urbem cognitus; corpus nusquam inventum est. Creditum vulgo est, in puteum apertum ex equo præcipitasse.[9] Carthalonem autem, præfectum præsidii Punici, cum commemoratione paterni hospitii, positis armis, venientem ad consulem, miles obvius obtruncat. Alii alios passim sine discrimine armatos, inermes, cædunt, Carthaginienses Tarentinosque pariter. Bruttii quoque multi interfecti,[10] seu per errorem, seu vetere in eos insito odio,[1] seu ad proditionis famam (ut vi potius atque armis captum Tarentum videretur) extinguendam. Tum ab cæde ad diripiendam urbem discursum. Millia triginta servilium capitum dicuntur capti; argenti vis ingens facti signatique; auri octoginta tria [11] millia pondo;[m] signa tabulæque, prope

[9] *Præcipitem equo excidisse, aut se præcipitem dedisse ex equo in apertum puteum.*

7 *Philemenus* Gron. Doujat. Crev.—8 'Pro vulgata lectione *vacuus...errans-que*, eam, quam nos dedimus, primum optimorum librr. Mss. auctoritate in textum recepit J. Fr. Gronovius, simulque frequentatum Nostro loquendi genus omissa copula idoneis exemplis illustravit.' *Doering.*—9 'Præcipitasse sc. se; quod fuerunt qui adjicerent; sed sæpius apud Nostrum *præcipitare* absolute positum est.' *Doering.*—10 Vet. lib. *passim interfecti.* Gron. Doujat. *multi passim interfecti.*—11 *Septem* Gron. Doujat. Crev. Mox infra, *æquarent*

NOTÆ

[1] *Vetere in eos insito odio*] Romanis odio Bruttii erant, ea præsertim de causa, quod primi totius Italiæ ad Hannibalem descivissent. Idcirco devictis Pœnis, Bruttios Romani ignominiæ causa magistratibus in provincias euntibus servorum vice ministrare jusserunt: unde lorarii seu lictores, tortoresque Bruttiani dicti, auctore A. Gell. x. 3.

[m] *Auri octoginta* [*septem*] *tria millia pondo*] Æquipollent, nisi errat cal-

ut Syracusarum ornamenta æquaverint. Sed majore animo generis ejus præda abstinuit Fabius, quam Marcellus; qui interroganti scribæ, quid fieri signis vellet,[128 n] (ingentis magnitudinis Dii sunt, suo quisque habitu in modum pugnantium formati) Deos iratos Tarentinis relinqui jussit. Murus inde, qui urbem ab arce dirimebat, dirutus est ac disjectus. Dum hæc Tarenti aguntur, Hannibal iis, qui Cauloniam obsidebant, in deditionem acceptis, audita oppugnatione Tarenti, dies noctesque cursim agmine acto, cum, festinans ad opem ferendam, captam urbem audisset; 'Et Romani,' inquit, 'suum Hannibalem habent. Eadem, qua ceperamus, arte Tarentum amisimus.' Ne tamen fugientis modo convertisse agmen videretur, quo constituerat loco,[130 o] quinque millia ferme ab urbe posuit castra. Ibi paucos moratus dies, Metapontum sese recepit. Inde duos Meta-

Edd. antiq. pro *æquaverint*.—12 Drak. conj. scripsisse Livium *interroganti scribæ* pro *interroganti scribæ*, et prob. Doering. 'Cf. Cort. ad Sallust. Jug. LXXXIV. Burmann. ad Ovid. Met. VIII. 752. et plures alios, qui aureæ ætatis scriptores a locutione 'jubere alicui' alienos plane esse docuerunt.' *Doering*. 'Præpositio *de*, quam ante *signis* exhibent nonnulli librr. Mss. et editt. vett. ab iis, qui hunc usum loquendi ignorarent, intrusa esse videtur.' *Doering*. '*Quid fieri signis vellet ingentis magnitudinis* (*Dii sunt* cet. distinguebat Roëllius. Aliquid hic depravatum vel omissum esse, suspicabantur Crev. et Drak. *Dii* (Deorum signa) *sunt*, non *erant*, quia exstitisse adhuc Livii ætate videntur. *Doering*.—13 Olim legebatur *constiterat*. '*Constiterat* al. non improb.

NOTÆ

culus, libris Francicis argenteis trecenties tricies centenis septingentis ac viginti millibus: (33720000 l.) quæ summa suspecta est Glareano. Quare sic interpungit: *Argenti vis ingens, facti signatique auri LXXXVII. pondo*, ut hoc aurum, non totum in pecunia numerata fuerit, sed non minima ex parte in vasis, annulis, torquibus, omnique instrumentorum atque ornamentorum genere. Plut. prædam Tarentinam universam tribus millibus talentorum æstimat: quæ non ultra septuagies centena et ducenta millia librarum excurrerent (7200000.).

n *Quid fieri signis vellet*] Gall. *Ce qu'il vouloit que l'on fît des statues*. Ita meliores, elegantius quam cum vulg. *quid fieri de signis vellet*.

o *Quo constituerat loco*] Vulgo *quo constiterat loco*: sed in optimis est, *quo constituerat loco*; quod Gron. notat: id est, eo loco ubi jam suos ad modicam quietem statuerat. Ita Sallust. Bel. Jugurth. c. 49. loquens de Metello: 'dein brevi cognitis insidiis, paulisper agmen constituit.' Et Noster lib. IX. ubi 'cum constituisset Romanos.' Fatendum tamen est ab hac ipsa sententia non abire vulgarem lectionem: idem enim revera est, aliquo loco cum exercitu consistere, et aliquo loco exercitum constituere.

pontinos cum literis principum ejus civitatis ad Fabium Tarentum mittit, fidem ab consule accepturos, impunita iis [14] priora fore, si Metapontum ei cum præsidio Punico prodidissent. Fabius, vera, quæ afferrent, esse ratus, diem, qua accessurus esset Metapontum, constituit; literasque ad principes dedit, quæ ad Hannibalem delatæ sunt. Enimvero lætus successu fraudis, si ne Fabius quidem dolo invictus fuisset,[15] haud procul Metaponto insidias ponit. Fabio auspicanti prius, quam egrederetur ab Tarento, aves semel atque iterum non addixerunt. Hostia quoque cæsa consulenti Deos haruspex, cavendum a fraude hostili et ab insidiis, prædixit. Metapontini, postquam ad constitutam non venerat diem, remissi, ut cunctantem hortarentur, repente [16] comprehensi, metu gravioris quæstionis, detegunt insidias.

17. Æstatis ejus principio, qua hæc agebantur, P. Scipio in Hispania cum hyemem totam reconciliandis barbarorum animis, partim donis, partim remissione [17] obsidum captivorumque, absumsisset; Edesco [18] ad eum,[p] clarus inter duces Hispanos, venit. Erant conjux liberique ejus apud Romanos. Sed præter eam causam etiam velut fortuita inclinatio animorum, quæ Hispaniam omnem averterat ad Romanum a Punico imperio, traxit eum. Eadem causa Indibili Mandonioque [q] fuit, haud dubie omnis Hispaniæ principibus, cum omni popularium manu, relicto Hasdrubale, secedendi in imminentes castris ejus tumulos, unde per continentia juga [q] tutus receptus ad Romanos esset.

[q] *Per montes qui continui ad Romanorum castra pertingebant.*

Crev.' *Rupert.* Vid. Not. Var.—14 Omitt. *iis* Edd. antiq. Quidam Mss. *his.* —15 In Edd. ante Gron. *esset.*—16 Put. Reg. Mon. Voss. *hortarentur, ac repente.*

17 '*Emissione* novissimarum editionum lapsus est. Aliæ et Mss. *remissione*, quod revocandum duxi.' *Jac. Gron.*—18 'Cf. Polyb. x. 34. 37. qui Edesconem, τὸν Ἐδεσκῶν δυνάστην, constanter Ἐδεσκῶνα appellat.' *Rupert.*—

NOTÆ

[p] *Edesco ad eum*] Polybio est Edeco.

[q] *Indibili Mandonioque*] Ilergetum reguli erant.

Hasdrubal, cum hostium res tantis[19] augescere incrementis cerneret, suas imminui, ac fore, ut, nisi audendo aliquid moveret, qua cœpissent, fluerent,[20 r] dimicare quam primum statuit. Scipio avidior etiam certaminis erat, cum a spe,[r] quam successus rerum augebat, tum quod prius, quam jungerentur hostium exercitus, cum uno dimicare duce exercituque, quam simul cum universis, malebat. Ceterum etiam, si cum pluribus pariter dimicandum foret, arte quadam copias auxerat. Nam cum videret, nullum esse navium usum, quia vacua omnis Hispaniæ ora classibus Punicis erat, subductis navibus Tarracone, navales socios terrestribus copiis addidit.[s] Et armorum affatim erat captorum Carthagine, et quæ post captam eam fecerat, tanto opificum numero incluso.[t] Cum iis copiis Scipio veris principio[1] ab Tarracone egressus, (jam enim et Lælius redierat ab Roma, sine quo nihil majoris rei motum volebat[u]) ducere ad hostem pergit. Per omnia pacata eunti, ut cujusque populi fines transiret,[x] prosequentibus

[r] *Tum propter spem, &c.*

[s] *Navigiis ad portum Tarraconensem adductis, adjecit exercitui terrestri milites qui in navibus erant.*

[t] *Cum infinitum prope numerum artificum, qui apud Carthaginem Novam inventi, in urbis illius officinis reclusisset.*

[u] *Absque cujus opera et ministerio nolebat quicquam moliri quod majoris momenti esset.*

[x] *Cum sociorum populorum, alii eum comitarentur, alii venientem exciperent, prout fines uniuscujusque transibat.*

19 *Tacitis* Gron. Donjat. Curionis est.—20 ' *Qua* ratione (nisi leg. *quo*) *cœpissent, fluerent* res.' *Rupert.* Vid. Not. Var. h. l.—1 In Edd. ante Gron. omiss.

NOTÆ

[r] *Qua cœpissent, [cepissent,] fluerent]* Ita membranæ et editi melioris notæ, contra Rhenanum, cui probatur, *qua cepissent, ruerent*. Lectionem priorem tuetur pluribus Gronov. Et fluere pro effluere, deficere, dilabi, haud dubie dicitur: nec opus erat exemplorum congerie qualis eam in rem ab ipso adducta. Sed nec eo sensu, opinor, id verbum hoc loco accipi necesse est. Vult enim Livius vidisse Hasdrubalem, nisi aliquid novi moliretur, quo Hispanorum animi averti a Romanis, atque ad Pœnorum partes reduci possent; futurum ut res quæ ad Romanos inclinare cœperant, ad eosdem omnino vergerent, et aquarum more eodem cursu ad illos fluerent seu decurrere pergerent.

excipientibusque sociis, Indibilis et Mandonius cum suis copiis occurrerunt. Indibilis pro utroque locutus, haudquaquam ut barbarus stolide incauteque, sed potius cum verecunda gravitate, propiorque excusanti transitionem ut necessariam, quam glorianti eam[s] velut primam occasionem raptam.[2] 'Scire enim se, transfugæ nomen[t] execrabile veteribus sociis, novis suspectum esse. Neque eum se reprehendere morem hominum, si tamen anceps odium causa, non nomen, faciat.'[y] Merita inde sua in duces Carthaginienses commemoravit, avaritiam contra eorum superbiamque et omnis generis injurias in se atque populares. 'Itaque corpus duntaxat suum ad id tempus apud eos fuisse; animum jam pridem ibi esse, ubi jus ac fas crederent coli. Ad Deos quoque confugere supplices, qui nequeant hominum vim atque injurias pati. Se id Scipionem orare, ut transitio sibi nec fraudi apud eum, nec honori sit. Quales ex hac die experiundo cognorit, perinde operæ eorum pretium faceret.'[3] Ita prorsus respondet facturum Romanus; nec pro transfugis habiturum, qui non duxerint societatem ratam, ubi nec divini quicquam, nec humani sanctum esset. Productæ deinde in conspectum iis[4] conjuges liberique lacrymantibus gaudio redduntur, atque eo die in hospitium abducti.[5] Postero die fœdere accepta fides, dimissique ad

[y] *Modo causa transfugii non ipsum nomen transfugæ, dubium reddat odium impendens ab utrisque.*

---

copiis.—2 *Ea velut ad primam occasionem rapta* Gron. Doujat. Crev. 'Vulgata lectio *glorianti ea ad primam occasionem rapta* debetur ingenio Rhenani, sed nostra, quam recte Drakenborchius revocavit, optimorum Codd. auctoritate nititur.' *Doering.*—3 *Ex eo die experiundo cognoverit* olim legebatur. *Tò faceret* sustulit Rhenan.—4 Olim legebatur *in conspectum ejus.* 'Put. *in conspectum is.* Reg. Men. Voss. *his.* Pal. *iis.*' J. F. Gron.—5 'Al. *adducti*: sed rectius ex usu loquendi *abducti*; vide Drak. ad h. l.' *Doering.*—6 *In castris* Gron. Doujat. Ita olim legebatur. Deinde Put. *castris tenebant.*

NOTÆ

[s] *Quam glorianti eam* [*ea*] Palatini codices habent, *eam velut primam occasionem raptam*, quod Gronov. placet.

[t] *Transfugæ nomen*] Sumta videtur hæc sententia ex orat. legati Mitylenæi apud Thucyd. lib. III. cap. 17.

copias adducendas. Iisdem deinde castris tendebant,[6 u] donec ducibus iis ad hostem perventum est.

18. Proximus Carthaginiensium exercitus Hasdrubalis prope urbem Bæculam[7 x] erat. Pro castris equitum stationes habebat. In eas velites antesignanique et qui primi agminis erant, advenientes ex itinere, prius quam castris locum caperent, adeo contemtim impetum fecerunt, ut facile appareret, quid utrique parti animorum esset. In castra trepida fuga compulsi equites sunt, signaque Romana portis prope ipsis illata. Atque illo quidem die, irritatis tantum ad certamen animis, castra Romani posuerunt. Nocte Hasdrubal in tumulum copias recipit,[8] plano campo in

7 'In multis Mss. *Betulam.*' Rupert.—8 In Edd. ante Gron. *recepit.*—

NOTÆ

[u] *Iisdem deinde in castris tendebant*] Gron. ex Put. cui consonat Colb. *Iis castris tenebant:* quod fulcire nititur auctoritate, tum ipsius Livii lib. XXVIII. ubi, 'Læva Celtiberos, novum exercitum, supra novem millia hominum; dextra Punica tenere:' sed ibi *tenere* refertur ad læva et dextra, nimirum loca. Addit Valer. Flaccum ex scripto Oxoniensi, apud quem, 'hinc lævo Telamon pelago tenet.' Sed ibi vulgo legitur, *lævum pelagus tenet.* Malim itaque ex recepta magis scriptura *tendebant*, id est, conjunctis cum Scipione copiis, cum eo castra metabantur, sive in ipsius castris tentoria habebant.

[x] *Prope urbem Bæculam*] Memoratur hoc oppidum Polybio, qui Βαίκυλα in plurali numero vocat. Ptolemæus Authetanis sive Ausetanis tribuit. In Reg. editisque pluribus scribitur *Betula*, in Colb. *Besula.* Unde in suspicionem venio eam urbem fuisse quæ nunc *Besalu* in Cataloniæ tractu emporitano. Favet Hasdrubalis consilium de transitu in Galliam cogitantis, apud Nostrum et Polyb. Sed negotium facessit quod idem Polybius Castuloni vicinum facit hunc locum, sive, ut ipse nominat, Κασουλῶνι: et Noster mox cap. 20. testatur paucis post prælium factum ad Bæculam diebus, Scipionem, cum rediret Tarraconem, saltu Castulonensi excessisse: unde sequi videtur Bæculam non in Ausetanis, sed in Oretanis, certe procul ab Ausetanis et Tarracone fuisse. Accedit quod initio cap. 19. dicitur Hasdrubal, commisso ad Bæculam prælio, præter Tagum, qui in Celtiberorum finibus oritur, per Carpetanos longe ab Tarracone dissitos fluit. Simile veri videtur prælium in Castellanorum regione, cui vicini Ausetani, commissum fuisse; nec Castulonensi, sed Castellanensi saltu Scipionem rediisse Tarraconem; Hasdrubalem vero, qui paulo ante victus secundum Tecum seu Tichim fluvium, (hodie *le Tech,*) qui eo tractu oritur, ad Pyrenæum contenderet: Livium autem exemplo Polybii pro fluviolo minoris nominis Teco, (ut a Plinio vocatur,) Tagum subjecisse notissimum flumen.

summo patentem: fluvius ab tergo; ante circaque velut ripa præceps oram ejus omnem cingebat.[z] Suberat et altera inferior summissa fastigio planities. Eam quoque altera crepido haud facilior in ascensum ambibat. In hunc inferiorem campum postero die Hasdrubal, postquam stantem pro castris hostium aciem vidit, equites Numidas leviumque armorum Baliares et Afros demisit.[y] Scipio, circumvectus ordines signaque, ostendebat, 'hostem, prædamnata[9] spe æquo dimicandi campo, captantem tumulos, loci fiducia, non virtutis armorumque,[10] stare in conspectu. Sed altiora mœnia habuisse Carthaginem, quæ transcendisset miles Romanus. Nec tumulos, nec arcem, ne[11] mare quidem armis obstitisse suis. Ad id fore altitudines,[x] quas cepissent hostes, ut per præcipitia et prærupta salientes fugerent. Eam quoque se illis fugam clausurum.' Cohortesque duas, alteram tenere fauces vallis, per quam deferretur amnis, jubet; alteram, viam insidere, quæ ab urbe per tumuli obliqua in agros ferret. Ipse expeditos, qui pridie stationes hostium pepulerant, ad levem armaturam, infimo stantem supercilio,[12 a] ducit. Per aspreta[b]

[z] *Campus altior amnem habebat; a tergo, a fronte, atque ab lateribus, crepidine cingebatur, quæ similis erat præruptis amnium ripis.*

9 Doering. demonstrat nostram lectionem alteri *damnata*, quam nonnulli librr. vett. exhibent, longe præferendam esse: quem vid.—10 Mutatum Rhenano in *virtutis aut armorum*.—11 *Nec* Gron. Et paulo infra *hostibus* pro *hostes* est Rhenani.—12 '*Infimo stantem supercilio*. Mur. in *infimo*. Ms. Gud.

NOTÆ

Nam etsi non procul Tago commissum fuisset prælium, non per saltum Castulonensem, sed per Idubedam montem rectum iter Scipioni Tarraconem redeunti erat.

[y] *Equites Numidas, &c. demisit*] Gall. *Hasdrubal fit descendre la cavalerie Numidienne, &c. dans le champ qui étoit au-dessous de son camp, mais plus élevé que la campagne voisine.*

[x] *Ad id fore altitudines*] Gall. *Que ces éminences occupées par les ennemis ne serviroient qu'à les engager à fuir par des précipices, &c.*

[a] *Infimo stantem supercilio*] Gall. *Qui étoient logés en bas sur la ravine.* Supercilium dicitur pars collis eminentior, sic apud Virgil. I. Georg. 'Ecce supercilio clivosi tramitis undam Elicit.' Ducta metaphora ab hominum superciliis, quæ supra oculos eminent.

[b] *Per aspreta*] Scripti *per aspera*, scilicet loca.

primo, nihil aliud quam via impediti,[c] iere.[13] Deinde, ut sub ictum venerunt, telorum primo omnis generis vis ingens effusa est in eos: ipsi contra, saxa, quæ locus strata passim, omnia ferme missilia,[d] præbet, ingerere, non milites solum, sed etiam turba calonum immixta armatis. Ceterum, quanquam ascensus difficilis erat, et prope obruebantur telis saxisque, assuetudine tamen succedendi[a][14] muros et pertinacia animi subierunt primi.[b] Qui, simul cepere aliquid æqui loci, ubi firmo consisterent gradu, levem et concursatorem hostem atque intervallo tutum, cum procul missilibus pugna eluditur, instabilem eundem ad cominus conserendas manus, expulerunt loco, et cum[15] cæde magna in aciem altiori superstantem tumulo impegere. Inde Scipio, jussis adversus mediam evadere aciem victoribus, ceteras copias cum Lælio dividit, atque eum parte dextra tumuli circumire, donec mollioris ascensus viam inveniret, jubet. Ipse ab læva, circuitu haud magno, in transversos hostes incurrit. Inde primo turbata acies est, dum ad circumsonantem undique clamorem flectere cornua et obvertere ordines volunt. Hoc tumultu et Lælius subiit, et, dum pedem referunt, ne ab tergo vulnerarentur, laxata prima acies, locusque ad evadendum et mediis datus est; qui per tam iniquum locum, stantibus integris ordinibus, elephantisque ante signa locatis, nunquam evasissent. Cum ab omni parte cædes fieret,[16] Scipio, qui

[a] *Muros subeundi, seu ascendendi.*
[b] *Qui proximi hostibus erant, ascenderunt in tumulum.*

in summo. Forte, *in imo.*' J. F. Gron.—13 ' *Per aspreta primo, nihil.* Scripti, *Per aspera primo nihil aliud quam via impediti iere: deinde ut sub ictum venerunt telorum.* Quidam et *prima.* Nonnulli recentiores tamen *jactum.*' J. F. Gron. —14 Vulgo legebatur in Edd. ante Sigon. *et assuetudine succedendi.*—15

NOTÆ

[c] *Nihil aliud quam via impediti*] Rectum videbatur, *nullo alio quam via impediti:* sed non ineleganter accusativo utitur: *nihil aliud impediti,* quasi non aliter impediti quam via difficultate.

[d] *Omnia ferme missilia*] Adjective dicuntur missilia saxa, ad jaciendum idonea.

lævo cornu in dextrum incucurrerat,[17] maxime in nuda hostium latera pugnabat. Et jam ne fugæ quidem patebat locus. Nam et stationes utrimque Romanæ dextra lævaque insederant vias, et portam castrorum ducis principumque fuga clauserat; addita trepidatione elephantorum, quos territos æque atque hostes timebant. Cæsa igitur ad octo millia hominum.

19. Hasdrubal, jam ante, quam dimicaret, pecunia rapta elephantisque præmissis, quam plurimos poterat, de fuga excipiens, præter Tagum flumen[a] ad Pyrenæum tendit. Scipio, castris hostium potitus, cum præter libera capita omnem prædam militibus concessisset, in recensendis captivis decem millia peditum, duo millia equitum invenit. Ex iis Hispanos sine pretio omnes domum dimisit: Afros vendere quæstorem jussit. Circumfusa inde multitudo Hispanorum, et ante deditorum, et pridie captorum, REGEM eum ingenti consensu appellavit. Tum Scipio, silentio per præconem facto, 'sibi maximum nomen imperatoris esse,' dixit, 'quo se milites sui appellassent. Regium nomen alibi magnum, Romæ intolerabile esse.[18] Regalem animum in se esse, si id in hominis ingenio amplissimum ducerent, tacite judicarent;[19] vocis usurpatione abstinerent.' Sensere etiam barbari magnitudinem animi, cujus miraculo nominis alii mortales stuperent, id ex tam alto fastigio aspernantis.[c] Dona inde regulis principibusque Hispanorum divisa, et ex magna copia captorum equorum

[c] *Qui velut ex multo eminentiore loco despiciebat nomen regis, quod homines ceteri velut admirabile suspicerent.*

Olim omiss. *cum.*—16 *Fierent* Gron. Doujat.—17 'Scriptum invenimus Cantabrigiæ *incucurrerat*, idemque integre notavit Salmasius ex Put. 'Quid igitur nos moraretur lævitas edentium *incurrerat*?' Jac. Gron.

18 In Edd. ante Gron. *intolerandum esse.* Sed omnes Gall. et Pall. nolente Rhenan. *intolerabile.*—19 Vet. lib. apud Sigon. *taciti judicarent.* Mox, 'in Put. Flor. et Lov. 4. *usurpationem.* Cf. ad XXXIII. 34. si lectio est certa; nam *abstinere* quidem quarto casui, sed alio sensu, jungitur.' *Rupert.*

NOTÆ

[a] *Præter Tagum flumen*] Legendum superiori cap. allatas: et hic fl. juxta auguror *præter Tecum*, ob rationes Pyrenæum.

trecentos, quos vellet, eligere Indibilem jussit. Cum Afros venderet jussu imperatoris quæstor, puerum adultum inter eos forma insigni, cum audisset regii generis esse, ad Scipionem misit. Quem cum percunctaretur Scipio, 'quis et cujas et cur id ætatis in castris fuisset?' 'Numidam esse,' ait,[20] 'Massivam populares vocare. Orbum a patre relictum,[f] apud maternum avum Galam, regem Numidarum, eductum, cum avunculo Masinissa,[g] qui nuper cum equitatu subsidio Carthaginiensibus venisset, in Hispaniam trajecisse. Prohibitum propter ætatem a Masinissa, nunquam ante prælium iniisse. Eo die,[2] quo pugnatum cum Romanis esset, inscio avunculo, clam armis equoque sumto, in aciem exisse; ibi, prolapso equo effusum in præceps, captum ab Romanis esse.' Scipio, cum asservari Numidam jussisset, quæ pro tribunali agenda erant, peragit. Inde, cum se in prætorium recepisset, vocatum eum interrogat, velletne ad Masinissam reverti. Cum, effusis gaudio lacrymis, 'cupere vero,' diceret; tum puero annulum aureum, tunicam lato clavo,[h] cum Hispano sagulo et aurea fibula, equumque ornatum donat, jussisque prosequi, quoad vellet, equitibus dimisit.

20. De bello inde consilium habitum; et,[3] auctoribus quibusdam, ut confestim Hasdrubalem consequeretur,[4] anceps id ratus, ne Mago atque Hasdrubal cum eo jungerent co-

—20 Vet. lib. apud Sigon. *Numidam se lacrymans esse ait.* 'Put. Voss. Pal. unus, aliique meliores *Numidam esse, ait.* Al. *Numidam se esse ait.*' J. F. Gron.—1 *Factum* Gron. Vid. Not. Var. Mox *educatum* pro *eductum* Gron. Doujat.—2 Olim legebatur *eo die se.* 'Τὸ *se* melius abesse judicamus.' *J. F. Gron.*

3 '*Habitum. Et.* Τὸ *et* turbare mihi videtur orationis nexum et concinnitatem. An scripsit Livius, *habitum est. Auctoribus* cett.' *Doering.*—4 *Persequeretur* Gron. Doujat. Crev. Mox *Mago atque Hasdrubal.* '*Alter* post *atque*

NOTÆ

[f] *Orbum a patre relictum*] Ita recte et editi et scripti quibus utor. Alii perperam *orbum a patre factum.*

[g] *Cum avunculo Masinissa*] Immo cum patruo. Nam Masinissa eum fratris filium vocat, XXVIII. 35. Avus ergo Massivæ paternus Gala, non maternus.

[h] *Tunicam lato clavo*] Quasi senatorio insigni.

pias, præsidio tantum ad insidendum Pyrenæum[1] misso, ipse reliquum æstatis recipiendis in fidem Hispaniæ populis absumsit. Paucis post prælium factum ad Bæculam diebus, cum Scipio, rediens jam[5] Tarraconem, saltu Castulonensi[k] excessisset, Hasdrubal Gisgonis filius et Mago imperatores ex ulteriore Hispania[l] ad Hasdrubalem venere, serum post male gestam rem auxilium; consilio in cetera exequenda belli haud parum opportuni.[d] Ibi conferentibus, quid in cujusque provinciæ regione animorum Hispanis esset, unus Hasdrubal Gisgonis, ultimam Hispaniæ oram, quæ ad Oceanum et Gades vergit, ignaram adhuc Romanorum esse eoque Carthaginiensibus satis fidam, censebat. Inter Hasdrubalem alterum et Magonem constabat, 'beneficiis Scipionis occupatos omnium animos publice privatimque esse; nec transitionibus[6] finem ante fore,[e] quam omnes Hispani milites aut in ultima Hispaniæ amoti, aut traducti in Galliam forent. Itaque, etiamsi senatus Carthaginiensium non censuisset,[m] eundum tamen Hasdrubali fuisse in Italiam, ubi belli caput rerumque[7] summa esset; simul ut Hispanos omnes procul ab nomine Scipionis ex Hispania abduceret.[f] Exercitum ejus, cum transitionibus, tum adverso prælio imminutum, Hispanis repleri

[d] *Idonei tamen ad consilium præbendum ad reliqui belli administrationem.*
[e] *Nec cessatura transfugia Hispanorum ad Romanos.*
[f] *Tum quia caput belli et summa rerum in Italia; tum etiam quia abducendi procul a Scipione Hispani erant.*

inserunt quidam Mss. Pro *atque* forte leg. *alterque.*' Rupert.—5 Vet. lib. apud Sigon. omitt. τὸ *jam.*—6 In Edd. ante Gron. *nec transitionis finem.*—

NOTÆ

[1] *Ad insidendum Pyrenæum*] Ut Hasdrubali victo in Galliam transituro iter præriperet.

[k] *Saltu Castulonensi*] Num potius *Castellanensi?* vide cap. 18. 'Bæculam.' Totus certe tractus ille montosus.

[l] *Ex ulteriore Hispania*] Mago enim in confinio Bæticæ hybernasse videtur: Hasdrubal Gisgonis versus Gades in Lusitaniæ Bæticæque confinio. Vide XXII. 21.

[m] *Etiamsi senatus Carthaginiensium non censuisset*] Id quidem censuerat senatus Carthaginiensis, supra XXIII. 27. sed remoto ac secluso ejus decreto, necessaria videbatur hæc Hasdrubalis in Italiam expeditio.

militibus. Et Magonem, Hasdrubali, Gisgonis filio, tradito exercitu, ipsum cum grandi pecunia ad conducenda mercede auxilia in Baliares trajicere. Hasdrubalem Gisgonis cum exercitu penitus in Lusitaniam[n] abire, nec cum Romanis manus conserere. Masinissæ ex omni equitatu, quod roboris esset, tria millia equitum expleri; eumque vagum per citeriorem Hispaniam[o] sociis opem ferre, hostium oppida atque agros populari.' His decretis, ad exequenda, quæ statuerant, duces digressi. Hæc eo anno in Hispania acta. Romæ fama Scipionis in dies crescere. Fabio Tarentum captum astu magis, quam virtute,[8 p] gloriæ tamen esse. Fulvii senescere fama. Marcellus etiam adverso rumore esse, super quam quod primo male pugnaverat, quia, vagante per Italiam Hannibale, media æstate Venusiam † in tecta milites abduxisset.[q] Inimicus erat ei C. Publicius Bibulus tribunus plebis. Is jam a prima pugna, quæ adversa fuerat, assiduis concionibus infamem invisumque plebei Claudium fecerat, et jam de imperio abrogando ejus[9 r] agebat; cum tamen necessarii[s] Claudii

7 Olim legebatur *et rerum*. Mox *Hispaniæ* pro *Hispanis*.—8 'Men. et Pall. *captum ingenio magis quam virtute*: quæ Andreæ Aldinæque est, et omnium ante Rhenan. Reg. aliique meliores, *captum magis*, omissa voce *astu*. Put. *captumagis quam*. Scribe, *Fabio Tarentum captum astu quam virtute*. Et intellige *magis*.' J. F. Gron.—† Plutarchus *Sinuessam* edit pro *Venusiam*. Vid. Not. Var. h. l. Mox, lapides Capitolini *Poblicius*.—9 '*De imperio abrogando ejus*, immo *ei*, ut et mox: quod hic ostendit ipse positus pronominis;

NOTÆ

[n] *In Lusitaniam*] Pars extrema ulterioris Hispaniæ versus occasum, nunc *Portugallia* magna ex parte: quod regnum plus in longitudinem, minus in latitudinem patet. Nam Castellæ occidentalioris pars, veteris Lusitaniæ regionem orientalem invasit.

[o] *Per citeriorem Hispaniam*] Hispania citerior, quæ initio hujus belli Ibero finiebatur, jam nunc longe ultra eum fluvium porrigi cœperat, victoriis Scipionis amplificata.

[p] *Astu magis, quam virtute*] Ita diserte Reg. quo utimur. Colb. aliique, *ingenio magis, quam virtute*. Alii aliter.

[q] *Venusiam .... milites abduxisset*] Pro *Venusiam*, Plut. *Sinuessam* nominat, ut notat Sigon.

[r] *De imperio abrogando ejus*] Planum erit si dicamus, *de ejus imperio abrogando*; aut legendum erit, *abrogando ei*; vel cum Sigon. *de imperio ei abrogando*.

[s] *Cum [tum] tamen necessarii*] Variant exemplaria: non panca habent

obtinuerunt, ut, relicto Venusiæ legato, Marcellus Romam rediret ad purganda ea, quæ inimici decernerent,[10 t] nec de imperio ejus abrogando, absente ipso, ageretur. Forte sub idem tempus et Marcellus ad deprecandam ignominiam, et Q. Fulvius consul comitiorum causa Romam venit.

21. Actum de imperio Marcelli in circo Flaminio est ingenti concursu plebisque et omnium ordinum; accusavitque [11] tribunus plebis non Marcellum modo, sed omnem nobilitatem. 'Fraude eorum et cunctatione fieri, ut Hannibal decimum jam annum Italiam provinciam habeat; diutius ibi, quam Carthagine, vixerit. Habere fructum imperii prorogati Marcello populum Romanum: bis cæsum exercitum ejus æstiva Venusiæ sub tectis agere.' Hanc tribuni orationem ita obruit Marcellus commemoratione rerum suarum, ut non rogatio solum de imperio ejus abrogando antiquaretur, sed postero die consulem cum ingenti consensu centuriæ omnes crearent. Additur collega T. Quintius Crispinus, qui tum prætor erat. Postero die prætores creati P. Licinius Crassus Dives,[12] pontifex maximus, P. Licinius Varus, Sex. Julius Cæsar, Q. Claudius Flamen.[13 u] Comitiorum ipsorum diebus solicita civitas de

Gron. Mox pro *quum tamen* Sigon. e cod. malebat *tum tamen*, et Gron. *cunctanter*.' Rupert.—10 Ante Gron. legebatur *quæ inimici objicerent*. Vid. h. l. Not. Var. Mox, *ab imperio ei*.

11 Deest τὸ *que* in vulg. ante Gron. lectione.—12 'Pnt. Reg. Men. Pall. Voss. *P. Licinius Crassus diverso pontifex*. Alter Pal. *P. Licinius Crassus Druso*. Tertius controversum vocabulum omnino omittit. Sed hæc ludibria librariorum sunt.' *J. F. Gron.*—13 'Q. *Claudius Flamen*. Pro *Flamen*, alii

NOTÆ

cum tamen. Colb. *cum tam:* sed in Reg. cujus mihi copia, *tum tamen*, quod sensui congruit. Gronov. *cunctanter*, subtilius quam verius.

t *Quæ inimici decernerent*] Meliorum est hæc lectio, et cum aliis Colb. et sic *decernerent* intelligendum erit de senatoribus, qui Claudio Marcello infesti, eum sententiis suis lacerabant. Nec refert quod non ea quæ decernerentur purganda erant, sed crimina ob quæ decernebantur: est enim hypallages vel metonymiæ species: ut apud Sueton. in Vespasiano: 'ruderibus purgandis manus primus admovit.' Non enim proprie rudera purgantur, sed locus ruderibus oppletus. Nihil tamen reprehensione dignum habet vulgata lectio (quam præfert Regius quoque), *quæ inimici objicerent*.

u *Q. Claudius Flamen*] Absit a nos-

Etruriæ defectione fuit. Principium ejus rei ab Arretinis fieri, C. Calpurnius scripserat, qui eam provinciam pro prætore [14] obtinebat. Itaque confestim [15] eo missus Marcellus, consul designatus, qui rem inspiceret, ac, si digna videretur, exercitu accito, bellum ex Apulia in Etruriam transferret. Eo metu compressi Etrusci quieverunt. Tarentinorum legatis pacem petentibus cum libertate ac legibus suis responsum ab senatu est, ut redirent, cum Fabius consul Romam venisset. Ludi et Romani et plebeii [x] eo anno in singulos [16] dies [e] instaurati. Ædiles curules fuere L. Cornelius Caudinus et Ser. Sulpicius Galba: plebeii C. Servilius et Q. Cæcilius Metellus. Servilium negabant jure aut tribunum plebis fuisse, aut ædilem esse; quod patrem ejus, quem triumvirum agrarium [h] occisum a Boiis circa Mutinam esse opinio per decem annos fuerat, vivere atque in hostium potestate esse [y] satis constabat.

22. Undecimo anno Punici belli consulatum inierunt M. Marcellus quintum (ut numeretur consulatus,[i] quem vitio creatus non gessit) et T. Quintius Crispinus. Utrisque consulibus [17] Italia decreta provincia [z] est, et duo consula-

[e] *Per unum diem singuli.*
[h] *Unum a triumviris ad dividendos colonis in Galliam Cisalpinam missis agros.*
[i] *Si quis annumeret eum consulatum, &c.*

Flaminius, alii *Flamininus*, legendum esse contendunt; vid. Interpretes ad h. l. et Pigh. Annal. ad ann. DXXXV. p. 151.' *Doering*. Vid. Not. Var.—14 Gron. Donjat. Crev. *proprætor obtinebat*, ut in antiq. lect. 'Voss. per notas *ppr.* primam vocem exhibet, sed in margine additum *pretore*. Gud. *proprætore*.' J. F. Gron.—15 '*Atque confestim*, Cantabrig. Reputa utrum pro scribæ ludibrio habendum, an apponendum illis quæ notata sunt XXVI. 39.' *Jac. Gron.*—16 Corrigit Sigon. omission. τοῦ *in* ante *singulos* antiq. lect.
17 '*Utrique consulum* dedit Rhenan. quem secuti sunt Gron. et Crev.'

NOTÆ

tris vox *Flamen*, sed cap. proximo huic *Q. Claudio* additur cognomen *Flaminio*: malim tamen, *Flamini*, ut sit agnomen ex præsenti dignitate, non cognomen familiæ.

[x] *Ludi et Romani et plebeii*] Quorum illi ab ædilibus curulibus; hi ab ædilibus plebeiis celebrati uno tantum die.

[y] *In hostium potestate esse*] Non itaque inter jurisconsultos constabat filium captivi (qui servus esset hostium) pro libero cive interim habendum, aut certe honores gerere posse.

[z] *Italia decreta provincia*] Provinciæ proprie extra Italiam. Verum

res prioris anni exercitus;[a] (tertius tum erat Venusiæ, cui M. Marcellus præfuerat;) ita ut ex tribus eligerent duo, quos vellent; tertius ei traderetur, cui Tarentum et Sallentini provincia evenisset. Ceteræ provinciæ ita divisæ prætoribus.[18] P. Licinio Varo urbana, P. Licinio Crasso pontifici maximo peregrina, et quo senatus censuisset;[b] Sex. Julio Cæsari Sicilia, Q. Claudio Flamini[b] Tarentum. Prorogatum imperium in annum est Q. Fulvio Flacco, ut provinciam Capuam, quæ T. Quintii prætoris fuerat, cum una legione obtineret. Prorogatum et C. Hostilio Tubulo est, ut pro prætore[19] in Etruriam ad duas legiones succederet C. Calpurnio: prorogatum et L. Veturio Philoni est, ut pro prætore Galliam eandem provinciam cum iisdem duabus legionibus obtineret, quibus prætor obtinuisset. Quod in L. Veturio, idem in C. Arunculeio decretum ab senatu, latumque de prorogando imperio ad populum est, qui prætor Sardiniam provinciam cum duabus legionibus obtinuerat. Additæ ei ad præsidium provinciæ quinquaginta naves,[20 c] quas P. Scipio ex Hispania misisset. Et P. Sci-

[a] *Et præterea provincia ad quam senatus illum proficisci decerneret, seu munus aliud quod ultra jurisdictionem urbanam administrare a senatu juberetur.*

Doering. Doujat. etiam *utrique consulum.* Mox rursus *duo consulum* Gron. Doujat. Crev. 'Quod protulit Rhenan. repugnantibus melioris notæ librr. Mss. apud Crev. et Drak.' *Doering.* Mox *duos* Gron. Doujat. Crev.—18 'Hunc locum Crev. distinxit ita: *Ceteræ provinciæ ita divisæ. Prætoribus cet.*' Doering. —19 *Proprætor* Gron. Doujat. Crev. Eandem habent lect. paulo infra.—20 'Quinquaginta naves. In editt. quibusdam additur *longæ*, quod plurimi librr.

NOTÆ

provinciæ vocabulum non de regione hic accipiendum, sed de munere et magistratus officio in ea exercendo.

[a] *Duo consulares* [*consulum*] *prioris anni exercitus*] Tolerari potest: elegantius tamen, *duo consulares pr. an. exercitus:* quæ lectio indicatur aliquatenus in Colb. ubi *duo consules exercitus.*

[b] *Claudio Flamini*] Sigon. *Flaminium* appellatum vult, quod Flamen Dialis fuerit: sed ea ratione Flaminini nomen posteris ipsius magis quam ipsi convenisset; quemadmodum a Corvo Corvini dicti sunt. Neque verisimile est a sacerdotio, quod per tot familias ambulaverat, deductum ad hanc solam cognomen. Nostri *Flaminium* legunt, quod cognomen est Quintiorum, nisi forte hic Q. Claudius ex Flaminiorum familia fuit, in Claudiam gentem adoptione translatus: sic sane Flamininus diceretur, quemadmodum Scipio Æmilianus.

pioni et M. Silano suæ Hispaniæ suique exercitus in annum decreti. Scipio ex octoginta navibus, quas aut secum ex Italia adductas aut captas Carthagine habebat, quinquaginta in Sardiniam transmittere jussus, quia fama erat, magnum navalem apparatum eo anno Carthagine esse; ducentis navibus omnem oram Italiæ Siciliæque ac Sardiniæ impleturos. Et in Sicilia ita divisa res est. Sex. Cæsari exercitus Cannensis est datus. M. Valerius Lævinus (ei quoque enim prorogatum [1] imperium est) classem, quæ ad Siciliam erat, navium septuaginta obtineret. Adderet eo triginta naves, quæ ad Tarentum priore anno fuerant. Cum ea centum navium classe, si videretur ei, prædatum in Africam trajiceret. Et P. Sulpicio, ut eadem classe Macedoniam Græciamque provinciam haberet, prorogatum in annum imperium est. De duabus, quæ ad urbem Romam fuerant, legionibus nihil mutatum. Supplementum, quo opus esset, scriberent consules permissum.[2 d] Una et viginti legionibus eo anno defensum imperium Romanum est. Et P. Licinio Varo prætori Urbis[3 e] negotium datum, 'ut naves longas triginta veteres reficeret, quæ Ostiæ erant, et viginti novas naves sociis navalibus impleret; ut quinquaginta navium classe oram maris vicinam urbi Romanæ tueri posset.' C. Calpurnius vetitus ab Arretio movere exercitum, nisi

Mss. apud Drakenb. ignorant. J. Fr. Gronovius hunc locum ita emendat: *Additum et præsidium provinciæ quinquaginta naves*, probante Crevierio.' Doering. *Longæ* Gron. Doujat. Crev.—1 Olim legebatur *enim in annum prorogatum*. 'Tὰ *in annum* cancellant omnes Gall. duo Pall. Voss.' *J. F. Gron.*— 2 In Edd. ante Gron. *quo opus essent, ut scriberent, consulibus permissum.*— 3 Putean. *prætori urbem*. Pet. *urbano*. Mox, infra, olim legebatur *comple-*

NOTÆ

[c] *Additæ ei ad præsidium provinciæ quinquaginta* [*longæ*] *naves*] Lectio hæc vulgaris in Regio majori occurrit. Colb. cum aliis habet *additum præsidium*; quod, per appositionem, est *quinquaginta naves præsidium provinciæ additum*. Omittunt etiam τὸ *longæ*.

[d] *Supplementum, quo opus esset, scriberent consules, permissum*] Alii *consulibus*. Sed nihil interest, dicas *permissum consulibus ut supplementum scriberent*, an *permissum ut consules supplementum scriberent*.

[e] *Prætori* [*urbano*] *Urbis*] Scriptura est Regii unius. Vulg. *Prætori Urbis*, quod eodem redit. Illud usitatius.

cum successor venisset. Idem et Tubulo imperatum,[4] ut inde præcipue caveret, ne qua nova consilia caperentur.[5]

23. Prætores in provincias profecti. Consules religio tenebat, quod, prodigiis aliquot nuntiatis, non facile litabant. Et[6] ex Campania nuntiata erant,[f] Capuæ duas ædes, Fortunæ et Martis, et sepulcra aliquot de cœlo tacta. Cumis (adeo minimis[g] etiam rebus prava religio inserit Deos) mures in æde Jovis aurum rosisse. Casini examen apium ingens in foro consedisse. Et Ostiæ[7] murum portamque de cœlo tactam. Cære vulturium volasse in æde[8] Jovis.[h] Volsiniis sanguine lacum manasse. Horum prodigiorum causa diem unum supplicatio fuit. Per dies aliquot hostiæ majores sine litatione cæsæ,[i] diuque non impetrata pax Deum. In capita[9] consulum, re publica incolumi, exitiabilis prodigiorum eventus vertit. Ludi Apollinares, Q. Fulvio, Ap. Claudio consulibus, a P. Cornelio Sulla prætore Urbis primum facti erant. Inde omnes deinceps prætores urbani fecerant: sed in unum annum vovebant, dieque incerta faciebant. Eo anno pestilentia gravis incidit in Urbem agrosque; quæ tamen magis in longos morbos, quam

[i] *Absque signis propitiati per sacrificium numinis.*

---

vet pro *impleret*.—4 'Idem et Tubulo imp. Cum *idem* vix imperari posset Tubulo, qui tum primum in provinciam profecturus erat, quo tempore de ejus successore nondum sermo esse poterat, ingeniose Jac. Perizonius, *Eidem et Tubulo imperatum* legendum esse suspicatus est. Sed hæc lectio postulat quoque, ut mox *caverent* pro *caveret* cum Dukero scribatur.' *Doering*.—5 Olim legebatur *orirentur* pro *caperentur*.

6 Vulgo ante Gron. deerat copulativa *et*.—7 'In Cantabrig. primum notavi *hortis*. Sic postea vidi patrem ex Voss. Sed et Salmasius ex Put. *ostia*, addito 'lege *ostia*.' Immo Mss. volunt *et ostiis*.' Jac. Gron.—8 'Ita optimi Mss. *in ædem* Edd.' *Rupert*. *In ædem* Gron. Doujat.—9 Olim ita

NOTÆ

[f] *Nuntiata erant*] Intellige prodigia, quæ Capuæ contigisse, statim narrantur: alioqui scribendum erat, *ex Campania nuntiatum est*.

[g] *Adeo minimis, &c.*] Mirum est falsitatem prodigii potius non arguisse Livium. Interea hic tertius locus est, ex quo liquet non usque adeo superstitiosum fuisse. Vide ad l. XXI. c. 62. et XXII. c. 1. *J. Clericus*.

[h] *In æde* [*ædem*] *Jovis*] Optimi, *in æde Jovis*, id est, intra ædem: et vultures, licet in auspiciis boni ominis habeantur, unum tamen in templo volasse, ominosum videbatur, quia rarum; quemadmodum et lupum frequentia hominibus loca esse ingressum.

in perniciales,[10] [i] evasit. Ejus pestilentiæ causa et supplicatum per compita tota urbe est, et P. Licinius Varus prætor Urbis legem ferre ad populum jussus, ut hi ludi in perpetuum in statam diem voverentur.[m] Ipse primus[11] ita vovit, fecitque ante diem tertium Nonas [l] Quintiles.[12] Is dies deinde solennis servatus.

24. De Arretinis et fama in dies gravior, et cura crescere Patribus. Itaque C. Hostilio scriptum est, ne differret obsides ab Arretinis accipere; et,[13] cui traderet Romam deducendos, C. Terentius Varro cum [14] imperio missus. Qui ut advenit, extemplo Hostilius legionem unam, quæ ante urbem castra habebat, signa in urbem ferre jussit, præsidiaque locis idoneis disposuit: tum in foro[15] citatis senatoribus obsides imperavit. Cum senatus biduum ad considerandum peteret tempus,[n] aut ipsos extemplo dare, aut se postero die senatorum omnes liberos sumturum, edixit. Inde portas custodire jussi tribuni militum præfectique socium [k] et centuriones,[16] ne quis nocte urbe exiret.

[m] *Ut certa die quotannis celebrarentur.*
[n] *Cum bidui tempus ad deliberandum postularet.*

distinguebatur, *pax deum, in capita.*—10 'Nihil mutant omnes nostri, nisi quod Put. Pet. Men. et Pal. unus, *in perniciabiles.* Reg. *exitiabiles:* Rhenan. *incidit per urbem agrosque.*' J. F. Gron.—11 *Itaque ipse* Gron. Doujat. 'Optimi, *Is ipse primus.*' J. F. Gronov.—12 Olim legebatur *ad III. Non. Quint.* pro *ante diem tertium Nonas Quintiles;* 'cujus locutionis vim non intelligens Rhenan. mutavit et depravavit. Cum dicimus *ad III. ad IIII.* puto mendose dici; dividendasque literas esse ita, *A.D.* (i. e.) *ante diem.*' Sigon.

13 Rhenan. et scriptores antiq. *accipere: cui,* omisso τῷ *et.*—14 Olim sine *cum* legebatur.—15 Maluit Rupert. cum Duk. *in forum,* ut paulo post dicitur. Et mox infra dicit Duk. 'Vel leg. *bidui,* vel del. *tempus.*'—16 'Ab Rhenan. est, ut consuleret syntaxi, hæc lectio: *custodire jussit tribunos militum præfectosque socium et centuriones.* Vulgata olim, quam servant omnes Mss. Gall. et Pall. a nobis consulti, excepto solo antiquissimo, *custodire jussit tribunis militum, præfectisque socium, et centurionibus.* Sed in antiquissimo omnium plane ac perspicue *tribuni* cet.' *J. F. Gron.* quem vid. et

NOTÆ

[i] *Quam in perniciales*] In melioribus est *perniciabiles.*

[l] *Ante diem tertium Nonas*] Modus loquendi classicis auctoribus receptus, pro tertio die ante nonas.

[k] *Portas custodire jussi tribuni* [*jussit tribunis*] *militum præfectique socium*] Hæc Colb. cum plerisque aliis membranis. Et sane, quamvis usu minus recepta, potest tamen non omnino vitiosa videri constructio verbi *jubere* cum dativo. Præter Paul. J. C. apud quem in l. 26. dig. de acquirenda vel omittenda hæred. 'si jussero

Id segnius negligentiusque factum. Septem principes senatus, prius quam custodiæ in portis locarentur, ante noctem cum liberis evaserunt. Postero die luce prima, cum senatus in forum citari cœptus esset, desiderati,[1] bonaque eorum venierunt. A ceteris senatoribus centum viginti obsides, liberi ipsorum, accepti, traditique C. Terentio Romam deducendi. Is omnia suspectiora, quam ante fuerant, in senatu fecit. Itaque, tanquam imminente Etrusco tumultu, legionem alteram ex urbanis Arretium ducere jussus ipse C. Terentius, eamque habere in præsidio urbis. C. Hostilium cum cetero exercitu placet totam provinciam peragrare, et cavere, ne qua occasio novare cupientibus res daretur. C. Terentius, ut Arretium cum legione venit, claves portarum cum magistratus poposcisset,[o] negantibus iis comparere, fraude amotas magis ratus, quam negligentia intercidisse, ipse alias claves omnibus portis imposuit; cavitque cum cura, ut omnia in potestate sua essent. Hostilium intentius monuit, ut in eo spem, non moturos quicquam Etruscos, poneret,[p] si, ne quid moveri posset, cavisset.[17]

25. De Tarentinis inde magna contentione in senatu actum coram Fabio, defendente ipso, quos ceperat[m] armis, aliis infensis, et plerisque æquantibus eos Campanorum

[o] *Cum petiisset a magistratibus ut sibi darentur portarum claves.*

[p] *Accuratius monuit ut in eo spem tantum collocaret retinendi Etruscos in fide, si cautionem ipse adhiberet ne possent res ab ipsis notari.*

Not. Var.—17 Lectio ante Gron. *Si, ne quid movere possent, præcavisset.*

NOTÆ

filio vel servo adire:' tum alii, tum Q. Curt. lib. v. ubi, 'suis rex corporibus, cultuque fœminarum abstinere jussit.' Cic. ipse ita locutus videtur III. de Legib. 'senatori,' inquit, 'tria jussa sunt, ut adsit, ut loco dicat, ut modo.' Castigavit hic nostrum Rhen. mutatis dandi casibus in accusativos; *custodire jussit tribunos militum præfectosque.* Et sic habetur in Reg. Sed optima Gronovii correctio ex antiquissimo codice, in quo, resecta duntaxat ultima litera verbi *jussit*, legitur: *portas custodire jussi tribuni militum, præfectique, &c.*

[1] *Desiderati*] Septem illi senatores Aretini.

[m] *Defendente ipso, quos ceperat*] Mos Romanorum ita ferebat, ut victores urbium tuerentur earum causam, tanquam patroni.

noxæ pœnæque. Senatus consultum in sententiam M'. Acilii factum est, ut oppidum præsidio custodiretur, Tarentinique omnes intra mœnia continerentur: res integra postea referretur, cum tranquillior status Italiæ esset. Et de M. Livio, præfecto arcis Tarentinæ, haud minore certamine actum est, aliis senatus consulto notantibus[18 n] præfectum, quod ejus socordia Tarentum proditum hosti esset; aliis præmia decernentibus, quod per quinquennium arcem tutatus esset, maximeque unius ejus opera receptum Tarentum foret; mediis ad censores,[o] non ad senatum, notionem [19 o] de eo pertinere dicentibus, cujus sententiæ et Fabius fuit. Adjecit tamen, 'fateri se, opera Livii Tarentum receptum,[p]

[o] *Aliis senatoribus, qui neutram illarum sententiarum probabant, sed media quasi via incedebant.*

18 Vid. Not. Delph. inf. et Not. Var.—19 'Arbitror scribendum *cognitionem*. Hoc enim magis placeret quam *notationem*. Sic infeliciter Beatus.'

NOTÆ

[n] *Aliis senatus consulto notantibus præfectum*] Id est, notandum censentibus: vulgo *aliis sententiis notantibus præfectum*. Rhenan. vitioso codice usus, qui pro *sententiis* habebat *sociis*, (ut est in Reg. uno,) scribit minus commode, *aliis ocii notantibus præfectum*. Sigon. optime, pro *sententiis*, legit *senatus consulto*; quam lectionem partim conjectura assecutus, partim ab veteri codice hausit. Ea confirmari potest ex lib. XXV. Livii nostri, ubi de fraude publicanorum: 'ea fraus indicata M. Æmilio prætori priori anno fuerat, ac per eum ad senatum delata, nec tamen senatusconsulto notata.' Plures hujusmodi auctoritates adjecit Gron. Mihi non potest non probari hæc correctio, cum in Colb. inveniam *se notantibus*, nullo quidem idoneo sensu: sed ita ut pateat SE scriptum pro *S. C.* quibus singularibus literis significari *senatusconsultum* nemo nescit.

[o] *Ad censores, non ad senatum, notionem*] Censoriæ notionis non uno loco meminit Cic. etsi plerique codices corrupte *notationem* habeant; quæ ad censores quidem pertinebat, sed non absque *notione* fieri poterat aut debebat: meliusque dicitur hic *notionem* quam *cognitionem*, ut scribendum censebat Rhen. aliud est enim *cognitio*, quæ ad censores proprie non pertinet, sed ad magistratus jurisdictionem solenni more exercentes (unde dies cognitionum): aliud *notio*, quæ judicibus, etiam datis seu pedaneis, competit. Porro qui hujus rei judicium ad censores, morum ac disciplinæ magistros, trahebant, hi Livium præfectum arcis Tarentinæ, crimine liberabant, non probro.

[p] *Fateri se, opera Livii Tarentum receptum*] Hoc acute et facete dictum narrat Cic. de Senect. sed quod in Livium Salinatorem id jactatum ait, memoria lapsus est. Vide et Plut. in Fab.

quod amici ejus [20] vulgo in senatu jactassent; neque enim recipiundum fuisse, nisi amissum foret.' Consulum alter T. Quintius Crispinus ad exercitum, quem Q. Fulvius Flaccus habuerat, cum supplemento in Lucanos est profectus. Marcellum aliæ atque aliæ objectæ animo religiones tenebant. In quibus, quod, cum bello Gallico ad Clastidium [q] ædem Honori et Virtuti [r] vovisset, dedicatio ejus a pontificibus impediebatur; quod negabant, unam cellam duobus [2 s] recte dedicari, quia, si de cœlo tacta, aut prodigii aliquid in ea factum esset, difficilis procuratio foret; quod, utri Deo res divina fieret, sciri non posset: neque enim duobus, nisi certis, Deis rite una hostia fieri.[3] Ita addita Virtutis ædes [t] approperato opere: neque tamen ab ipso ædes eæ dedicatæ sunt. Tum demum ad exercitum, quem priore anno Venusiæ reliquerat, cum supplemento proficiscitur. Locros in Bruttiis Crispinus oppugnare conatus, quia magnam famam attulisse Fabio Tarentum rebatur,[4] omne genus tormentorum machinarumque ex Sicilia arcessierat; et

J. F. Gronov. quem vid. ad h. l. et Not. Delph. infra.—20 *Ejus* del. Gron. —2 *Unam cellam amplius quam uni Deo rite dedicari* Gronov. Donjat. Crevier. 'Ab Rhenan. est, cui modo Pal. unus et recentior Pet. subscribunt.' *J. F. Gron.* '*Rite* Hearnii lib. 1. prob. Duk.' *Rupert.*—3 '*Nisi certis*, nisi certo constaret, utrique eam deberi; ita ut dubium non relinquatur, utrum huic, an illi, sacrum fieret; Crev. Immo *certis* quibusdam, scil. iis, quibus una eademque hostia rite sacrificari solet; nisi potius leg. *secretis*: nam duobus Diis cella inter se secretis, utri eorum, si quid accidisset, una hostia sacrificanda esset, sciri potuit; Doer. Nihil horum satis probandum videtur. Forte leg. *Neque enim duobus* (sc. Diis), *nisi lectisternüs, rite una hostia fieret.*' Rupert.—4 Scriptura vulgata ante Gron. *attulisse Fabio*

NOTÆ

[q] *Bello Gallico ad Clastidium*] Primo consulatu Marcelli, cum Virdumaro duce Insubrium interemto opima spolia retulit ann. U. 531. Vide Epit. Liv. XX. Polyb. lib. 1. Plut. in Marcello.

[r] *Ædem Honori et Virtuti*] Fuit hæc ædes ad portam Capenam.

[s] *Unam cellam duobus* [*amplius quam uni Deo*] Ita quidem Reg. unus, idque Rhenano placuit. Cæterum meliores, *qui negabant unam cellam duobus recte dedicari*: et Plut. sic quoque expressit, ἐπὶ ναοῦ, δύο θεοὺς περιέχεσθαι, quem vide in Marcello, et Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1. sed nonne cella Junonis cum Jovis cella in Templo Jovis Capitolini? Exceptos esse certos Deos ab ea observatione ostendunt sequentia.

[t] *Virtutis ædes*] Diversa ab æde Honoris, quamvis proxima et conjuncta; ita ut per illam ingressus ad hanc pateret.

naves indidem accitæ erant, quæ vergentem ad mare partem urbis oppugnarent. Ea omissa oppugnatio est, quia Lacinium [u] Hannibal admoverat copias; et collegam eduxisse jam ab Venusia exercitum fama erat, cui conjungi volebat. Itaque in Apuliam ex Bruttiis reditum, et inter Venusiam Bantiamque,[5 x] minus trium millium passuum intervallo, consules binis castris consederant. In eandem regionem et Hannibal rediit, averso ab Locris bello. Ibi ambo consules, ingenio feroces, prope quotidie in aciem exire;[6] haud dubia spe, si duobus exercitibus consularibus junctis commisisset sese hostis, debellari posse.

26. Hannibal quia cum Marcello bis priore anno congressus vicerat victusque erat, ut, cum eodem si dimicandum foret, nec spem, nec metum ex vano haberet;[7] ita duobus consulibus haudquaquam sese parem futurum credebat. Itaque, totus in suas artes versus, insidiis locum quærebat. Levia tamen prælia inter bina castra vario eventu fiebant. Quibus cum extrahi æstatem posse consules crederent, nihilominus oppugnari Locros posse rati, L. Cincio, ut ex Sicilia Locros cum classe trajiceret, scribunt: et, ut ab terra quoque oppugnari mœnia possent, ab Tarento partem exercitus, qui in [8] præsidio erat, duci eo jusserunt. Ea ita futura per quosdam Thurinos [y] compertum Hannibali cum esset,[9] mittit ad insidendam ab

---

ferebatur.—5 Hæc est Sigon. emendat. Vet. lib. *Bauriamque*. Antiq. lectio vulgat. *Brutiamque*. Plutarch. et Stephan. Βαυρία.—6 *Quotidie milites in aciem exire* Gron. Doujat. 'Put. τὸ *milites* omittit, quod nec ulli alii paulo vetustiores agnoscunt.' *J. F. Gron.*

7 Gron. conj. *habebat*, prob. Rupert.—8 Vulgat. scriptura habebat *quæ in*

NOTÆ

[u] *Lacinium*] Oppidum est, vicino Junonis templo celebratum, juxta promontorium ejusdem nominis; nunc *Capo delle Colonne* in Calabria ulteriori.

[x] *Bantiamque*] Ex Livio Appuliæ oppidum est, haud procul Forento et Acherontia, in Lucanorum confinio. Cluver. ad lævam Bradani ripam collocat, haud procul ejus fontibus. Fuit ergo ex adverso oppidi Petra Galla in Basilicata, non procul Cirenza.

[y] *Thurinos*] A Thuriis, oppido in Bruttiis, dicti Thurini. Id antea Sibaris, postea Copiæ dictum. Nunc in ruinis vocatur *Siberi*, in Calabria citeriore.

Tarento viam. Ibi sub tumulo Peteliæ[8] tria millia equitum, peditum duo in occulto[10] locata: in quæ inexplorato euntes Romani cum incidissent, ad duo millia armatorum cæsa, mille et quingenti[11] ferme vivi capti. Alii dissipati fuga per agros saltusque Tarentum rediere. Tumulus erat sylvestris inter Punica et Romana castra, ab neutris primo occupatus; quia Romani, qualis pars ejus, quæ vergeret ad[12] hostium castra, esset, ignorabant; Hannibal insidiis, quam castris, aptiorem eum crediderat. Itaque nocte ad id missas aliquot Numidarum turmas medio in saltu condiderat, quorum interdiu nemo ab statione movebatur, ne aut arma, aut ipsi procul conspicerentur. Fremebant vulgo in castris Romanis,[13] occupandum eum tumulum esse et castello firmandum; ne, si occupatus ab Hannibale foret, velut in cervicibus haberent hostem. Movit ea res Marcellum, et collegæ, 'quin imus,' inquit, 'ipsi cum equitibus paucis exploratum? Subjecta res oculis nostris[14] certius dabit consilium.' Consentiente Crispino, cum equitibus ducentis et viginti, ex quibus quadraginta Fregellani,[a] ceteri Etrusci erant, proficiscuntur. Secuti M. Marcellus, consulis filius, et A. Manlius, tribuni militum; simul et duo præfecti[15] socium, L. Arennius et M'. Aulius.[16] Immolasse eo die quidam memoriæ prodidere consulem Marcellum, et, prima hostia cæsa, jecur sine capite inventum; in secunda

pro *qui in*.—9 *Comperta Hannibali cum essent* Donjat. Crev.—10 Olim legebatur, *Sub tumulo Petelliæ equitum duo peditum tria millia in occulto*.—11 '*Mille et quingenti* e Put. et melioribus Mss. recepi pro vulg. *et mille ducenti*.' Rupert.—12 Olim legebatur *in* pro *ad*.—13 'Non moverim; tamen Put. *Romani*.' J. F. Gron.—14 Omittebant olim *nostris*. Mox, *assentiente* Gron. Donjat. Crev.—15 'Put. Gall. Voss. unusque Pall. *Secuti M. Marcellum trib. mil. Cos. filius et A. Manlius, simul et duo præfecti*. Ubi explicabis *tribuni militum*.' J. F. Gron.—16 *M. Aulius* Gron. Crev. semper. 'Optimi Mss. *M'. Aulius*.' Rupert.

NOTÆ

[8] *Sub tumulo Peteliæ*] Respondere huic loco videtur *Lopa di Pacela* circa fontes Lai, in confinio Basilicatæ et Calabriæ citerioris.

[a] *Quadraginta Fregellani*] Hos ab Fregellis equites Marcellus sibi præ ceteris sociis fidos selegerat, cum Etruscis 180. ex Romanis nemine accito, præter collegam, filium, unumque tribunum.

omnia comparuisse, quæ assolent, auctum etiam visum in capite:[b] nec id sane haruspici placuisse, quod secundum trunca et turpia exta nimis læta apparuissent.

27. Ceterum consulem Marcellum tanta cupiditas[17] tenebat dimicandi cum Hannibale, ut nunquam satis castra castris collata crederet. Tum quoque vallo egrediens signum dedit, ut ad locum miles esset paratus,[18 c] ut, si collis, in quem speculatum irent, placuisset, vasa colligerent ac sequerentur. Exiguum campi ante castra erat: inde in collem aperta undique et conspecta ferebat via. Numidis speculator, nequaquam in spem tantæ rei[d] positus, sed si quos vagos, pabuli aut lignorum causa longius a castris progressos, possent excipere, signum dat, ut pariter ab suis quisque latebris exorirentur.[19] Non ante apparuere, quibus obviis ab jugo ipso[r] consurgendum erat, quam circumiere, qui a tergo includerent[20] viam. Tum undique omnes exorti, et clamore sublato impetum fecere. Cum in ea valle consules essent, ut neque evadere[1] possent in jugum occupatum ab hoste, nec receptum ab tergo circumventi haberent; extrahi tamen diutius certamen potuisset, ni

[r] *Illi qui consurgere debebant a vertice, ut obviam irent hostibus.*

17 Vet. lib. pro *cupiditas* habent *cupido*. Mox pro *crederet*, Gron. Doujat. Crev. habent *duceret;* et olim legebatur *diceret*.—18 ' *Ut ad locum miles esset paratus*, h. e. ad tempus; Doujat. statim, quantocius, illico; Crev. *ut ad speculandum miles e. p., et si* cet. emend. Doer. Forte leg. *ad motum*, ad castra movenda, aut *ad nutum*, sc. militi dandum, *si collis placuisset*, satis opportunus sibi visus esset.' *Rupert.* Mox *ut* del. Gron. Doujat.—19 Put. Pal. Voss. *ab utrisque lateribus exorerentur*.—20 ' *Includerent* sc. Numidæ; pro *includerent* in quibusdam libr. vett. *intercluderent*, sed *includere* passim pro *intercludere* poni solet; vid. Gronov. et Drakenb. supr. ad XXVI. 5. § 11.' *Doering*.—1 *Ut*

NOTÆ

[b] *Auctum etiam visum in capite*] Indicat jecur majus solito versus caput apparuisse, quod clarius tradunt Valer. Max. I. 6. ubi caput jecinoris duplex ait fuisse, et Plut. grande supra modum: additque ideo displicuisse haruspicibus, quod mutationem ingentem portenderent.

[c] *Ut ad locum miles esset paratus*] Hic quoque *locus* pro tempore.

[d] *Nequaquam in spem tantæ rei*] Speraverat Hannibal, ipsique Numidæ, hisce insidiis circumveniri posse legionem, turmamve aliquam tantum exercitus Romani, non sub ictum venturos consules ipsos, et certæ morti sese objecturum Marcellum.

cœpta ab Etruscis fuga pavorem ceteris injecisset. Non tamen omisere pugnam deserti ab Etruscis Fregellani, donec integri consules hortando ipsique ex parte pugnando rem sustinebant. Sed postquam vulneratos ambo consules, Marcellum etiam transfixum lancea [e] prolabentem ex equo moribundum videre, tum et ipsi (perpauci autem supererant) cum Crispino consule, duobus jaculis icto, et Marcello adolescente, saucio et ipso, effugerunt. Interfectus A. Manlius [2] [f] tribunus militum, et ex duobus præfectis socium M'. Aulius occisus, L. Arennius captus. Et lictores consulum quinque vivi in hostium potestatem venerunt: ceteri aut interfecti, aut cum consule effugerunt. Equites tres et quadraginta, aut in prælio, aut in fuga, ceciderunt, duodeviginti vivi capti. Tumultuatum et in castris fuerat, ut consulibus irent subsidio; cum consulem et filium alterius consulis saucios exiguasque infelicis expeditionis reliquias ad castra venientes cernunt. Mors Marcelli cum alioqui miserabilis fuit, tum quod nec pro ætate, (major jam enim sexaginta annis erat,) neque pro veteris prudentia ducis, [g] tam improvide [3] se collegamque et prope totam rem publicam in præceps dederat. Multos circa unam rem ambitus fecerim, [t] si, quæ de Marcelli morte variant auctores, omnia exequi velim. Ut omittam alios, L. Cœlius [5] triplicem rei gestæ ordinem edit: [4] unam traditam

[e] *Nec quantum exigebat prudentia, quam comparare sibi debuerat, cum jam vetus esset dux.*

[t] *Utendum mihi esset longo verborum circuitu, multisque ambagibus circa rem unam.*

---

neque evaderent olim legebatur.—2 Vid. Not. Delph. inf. et Gron. ubi disseruit de nomine prioris præfecti.—3 'Ita Rhenan. se restituisse depravatum locum ait. Priores *improvide isset coll.* nec aliter legimus Cantabrigiæ. Voss. *improvide issent coll.* Nimirum colligendæ propius literæ, scribendumque *tum improvide is se collegamque.*' Jac. Gron.—4 '*L. Cœlius triplicem rei gestæ ordinem*

NOTÆ

[e] *Transfixum lancea*] Adactam Marcello per latera hastam lato ferro armatam scribit Plut.

[f] *Interfectus A. Manlius*] Cum meliores codices exhibeant *interfecti*, non abs re suspicatur Gron. ita scripsisse Livium: *interfecti A. Manlius tribunus militum, et ex duobus præfectis socium Manius Aulius, L. Arennius captus*, expuncta voce *occisus*, quam ab homine semidocto adjectam censet.

[g] *L. Cœlius*] Librorum veterum alii

fama;[h] alteram scriptam[5] laudatione filii,[u] qui rei gestæ interfuerit; tertiam, quam ipse pro inquisita ac sibi comperta affert. Ceterum ita fama variat, ut tamen plerique loci speculandi causa castris egressum, omnes insidiis circumventum tradant.

28. Hannibal, magnum terrorem hostibus, morte consulis unius, vulnere alterius, injectum esse ratus, ne cui deesset occasioni, castra in tumulum, in quo pugnatum erat, extemplo transfert. Ibi inventum Marcelli corpus sepelit.[i] Crispinus, et morte collegæ, et suo vulnere territus, silentio insequentis noctis profectus, quos proximos nactus[6] est montes, in iis loco alto et tuto undique castra posuit. Ibi duo duces sagaciter moti sunt,[x] alter ad inferendam, alter

[u] *Oratione qua filius Marcelli defunctum patrem publice pro more laudavit.*
[x] *Castra prudenter moverunt.*

edit, *unam* sc. rem gestam cet. Sed pro *ordinem* Livium scripsisse *seriem* aut *narrationem* aliamve vocem gen. fem. cum aliis suspicari possis. Pro *L. Cælius* quidam libri habent *C. Lælius:* quem historias scripsisse non constat. Cf. Schweigh. ad Polyb. x. 3. 3.' *Rupert.*—5 Parum caute videtur mutasse Rhenan. *scriptam* in *scripta*, judice Gron.

6 Put. Reg. Pall. Voss. *quosquos proxumos nanctus.* Mox inferius Put.

NOTÆ

C. Lælius scribunt, ut Colb. alii *C. Cælius.* Unde Sigonius putat intelligendum hic esse L. Cœlium Antipatrum, cujus alibi mentio apud Nostrum; aut C. Lælium, quem historias scripsisse colligi potest ex Polyb. lib. x.

[h] *Unam traditam fama*] An igitur *ordo* fœminino genere dicitur? An vero *unam*, *alteram*, et *tertiam* referuntur ad *rem gestam?* Nisi pro *ordinem*, legendum *narrationem*, *seriem*, aut quid simile.

[i] *Marcelli corpus sepelit*] Decet nimirum victores moderatio, et humanitatis, in mortuos præsertim, officia. Testatur Plut. Hannibalem Marcelli corpus vultumque contemplatum, et commotum hoc tanti viri casu, mortui cadaver splendide cremasse, cineresque argentea inclusos urna ad Marcelli filium misisse, sicuti a Livio et Cæsare Augusto narratum ait: nam a Corn. Nepot. et Valer. Maximo traditum fuisse, urna a Numidis e manibus deferentium rapta, sparsos ac dissipatos cineres jacnisse. Ecce tibi ex nummis Marcelli effigies:

ad cavendam fraudem. Annulo Marcelli[k] simul cum corpore Hannibal potitus erat. Ejus signi errore ne cui dolus [7][l] necteretur a Pœno, metuens Crispinus, circa civitates proximas miserat nuntios: occisum collegam esse, annuloque ejus hostem potitum: ne quibus literis crederent nomine Marcelli compositis. Paulo ante hic nuntius consulis Salapiam venerat, cum literæ[8] ab Hannibale allatæ sunt, Marcelli nomine compositæ: 'se nocte, quæ diem illum secutura esset, Salapiam venturum. Parati milites essent,[9] qui in præsidio erant, si quo opera eorum opus esset.' Sensere Salapitani [10][m] fraudem, et ab ira,[n] non defectionis modo, sed etiam equitum interfectorum, rati occasionem supplicii peti,[y] remisso retro nuntio, (perfuga autem Romanus erat,)[11] ut sine arbitro milites, quæ vellent, agerent, oppidanos per muros urbisque opportuna loca in stationibus disponunt; custodias vigiliasque in eam noctem intentius instruunt. Circa portam, qua venturum hostem rebantur,[12] quod roboris in præsidio erat, opponunt. Hannibal quarta vigilia ferme ad urbem accessit. Primi agminis erant perfugæ Romanorum, et arma Romana habebant. Ii, ubi ad portam est ventum, Latine omnes loquentes excitant vigiles,

y Suspicati Salapiani seu Salapitani Hannibalem occasionem hanc quærere expetendi ab ipsis pœnas, propter iram qua ardebat, non solum quod descivissent ad Romanos, sed etiam quod prodidissent præsidium, ita ut ala equitum Numidarum interficeretur.

Voss. Men. *Annulis Marcelli.* Id etiam in Gud.—7 '*Ne qui dolus* in vet. libr. apud Rhenan. *ne quis dolus* in Lov. 3. et Reg. apud Doujat. sed nostram lectionem plurimi Codd. apud Drakenb. tuentur. Similiter supr. 1. 5. 'Ita undique regi dolus nectitur.'' *Doering.*—8 Vet. lib. apud Sigon. *quam literæ.* —9 'Vox *parati* abest ab optimis Mss. unde Gron. conj. *venturum: vigiles essent* cet.' Rapert.—10 Al. ut Doujat. *Salapiani.*—11 'Ignorant Put. et ceteri τὸ *erat.* Men. et Voss. etiam *perfugam.* Licet conjicere, *remisso retro nuntio* (*perfugam norant Romanum*) *ut sine.*' J. F. Gronov.—12 'Put. Men.

NOTÆ

[k] *Annulo Marcelli*] Signatorius indicatur annulus. In Reg. majori et alibi, *annulis.* Sive plures habebat Marcellus, sive quod veteres de uno etiam annulo pluralem numerum usurpabant, quemadmodum 'liberos' dicimus de uno filio filiave.

[l] *Ne cui* [*qui*] *dolus*] Colb. cum plerisque, *ne cui dolus necteretur.* Reg. major, *ne quis.*

[m] *Sensere Salapitani* [*Salapiani*] In Reg. et Colb. quemadmodum, in Put. *Salapitani*, ut Lilybætani, &c.

[n] *Ab ira, &c.*] Gall. *Par le ressentiment.* Vide supra XXVI. 38.

aperirique portam jubent: consulem adesse. Vigiles, velut ad vocem eorum excitati, tumultuari, trepidare, moliri [13] portam.° Cataracta dejecta clausa erat. Eam partim vectibus levant, partim funibus subducunt in tantum altitudinis, ut subire recti possent. Vixdum satis patebat iter, cum perfugæ certatim ruunt per portam; et cum sexcenti ferme intrassent, remisso fune, quo suspensa erat, cataracta magno sonitu cecidit. Salapitani alii perfugas negligenter ex itinere suspensa humeris, ut inter pacatos, gerentes arma, invadunt; alii e turri ejus portæ [14] murisque saxis, sudibus, pilis, absterrent hostem. Ita inde Hannibal suamet ipse fraude captus abiit; profectusque ad Locrorum solvendam obsidionem, quam Cincius [15] summa vi, operibus tormentorumque omni genere ex Sicilia advecto, oppugnabat. Magoni, jam haud ferme fidenti retenturum defensurumque se urbem, prima spes, morte nuntiata Marcelli, affulsit. Secutus inde nuntius, Hannibalem, Numidarum equitatu præmisso, ipsum,[p] quantum accelerare posset, cum peditum agmine sequi. Itaque ubi primum Numidas edito e speculis signo adventare sensit, et ipse, patefacta repente porta, ferox in hostes erumpit. Et primo, magis quia improviso id fecerat, quam quod par viribus esset, anceps certamen erat. Deinde, ut supervenere Numidæ, tantus pavor Romanis est injectus, ut passim ad mare ac naves fugerent; relictis operibus machinisque, quibus muros quatiebant. Ita adventu Hannibalis soluta Locrorum obsidio est.

29. Crispinus, postquam in Bruttios profectum Hannibalem sensit, exercitum, cui collega præfuerat, M. Marcel-

---

Voss. *hostem quærebantur.* Forte *verebantur.*' J. F. Gronov.—13 Olim distinctio post *moliri*; ut *moliri. Porta cataracta.*—14 Rhenan. *e turribus portæ.*—15 Vet. lib. teste Sigon. *quam L. Cincius.*

NOTÆ

° *Moliri portam*] Ita Gron. ex Reg. et Put. vulgo *moliri.* ac deinde, *Porta cataracta dejecta clausa erat*, quod non caret sensu. *Moliri* enim sumitur pro satagere, conari, Gall. *se remuer.* Cic. Fam. VI. epist. 10. ' agam ipse per me, et moliar.'

[p] *Ipsum*] Hannibalem.

lum tribunum militum [q] Venusiam abducere [16] jussit. Ipse, cum legionibus suis Capuam profectus, vix lecticæ agitationem præ gravitate vulnerum patiens, Romam literas de morte collegæ scripsit, quantoque ipse in discrimine esset. 'Se comitiorum causa non posse Romam venire, quia nec viæ laborem passurus videretur, et de Tarento solicitus esset, ne ex Bruttiis Hannibal eo converteret agmen. Legatos opus esse ad se mitti, viros prudentes, cum quibus, quæ vellet, de re publica loqueretur.' Hæ literæ recitatæ magnum et luctum [17] morte alterius consulis, et metum de altero fecerunt. Itaque et Q. Fabium filium ad exercitum Venusiam [18] miserunt, et ad consulem tres legati missi, Sext. Julius Cæsar, L. Licinius Pollio, L. Cincius Alimentus, cum paucis ante diebus ex Sicilia redisset. Hi nuntiare consuli jussi, ut, si ad comitia ipse Romam venire non posset, dictatorem in agro Romano [19] [r] diceret comitiorum causa. Si consul Tarentum profectus esset, Q. Claudium prætorem placere in eam regionem inde abducere legiones, in qua plurimas sociorum urbes tueri posset. Eadem æstate M. Valerius cum classe centum navium ex Sicilia in Africam transmisit,[20] et, ad Clupeam urbem [s] exscensione facta, agrum late, nullo ferme obvio armato, vastabat. Inde ad naves raptim prædatores recepti, quia repente fama accidit, classem Punicam adventare. Octoginta erant et tres naves. Cum iis haud procul Clupea prospere pugnat Ro-

16 Lectio vulgat. ante Gron. *adducere*.—17 Olim legebatur *et magnum luctum*, anteposit. *et*.—18 Ante Gron. *Venusianum*. Mox inf. *Alimentius* pro *Alimentus*.—19 'Nulla ratio est in senatusconsulto addendi *in agro Rom.* et hæc

NOTÆ

[q] *M. Marcellum tribunum militum*] Marcelli consulis nuper interfecti filium.

[r] *Dictatorem in agro Romano*] An ita ut ipse Quintius ex vulneribus æger in agrum Romanum veniret? an ut dictatoris potestas agro Romano finiretur? Sed hoc, ni fallor, valde novum; illud vix possibile.

[s] *Clupeam urbem*] Clupea sive Clypea oppidum fuit Africæ proprie dictæ, (quæ et postea proconsularis,) inter Hermæam sive Mercurii promontorium (vul. *Capo Bon*) et Hadrumettum. Clupea hodie inflexo vocabulo *Quipia* vocatur, pertinetque ad regnum Tunetanum.

manus. Decem et octo navibus captis, fugatis aliis, cum magna terrestri navalique præda Lilybæum rediit. Eadem æstate et Philippus implorantibus Achæis auxilium tulit; quos et Machanidas[t] tyrannus Lacedæmoniorum finitimo bello urebat, et Ætoli, navibus per fretum, quod Naupactum et Patras[u] interfluit, (Rhion incolæ vocant,[x]) exercitu trajecto, depopulati erant. Attalum quoque regem Asiæ, quia Ætoli summum gentis suæ magistratum ad eum proximo concilio detulerant,[y] fama erat in Europam trajecturum.

30. Ob hæc Philippo in Græciam descendenti ad Lamiam[y] urbem Ætoli, duce Pyrrhia,[z a] qui prætor in eum annum cum absente Attalo creatus erat, occurrerunt. Habebant et ab Attalo auxilia secum, et mille ferme ex Romana classe, a P. Sulpicio missos. Adversus hunc ducem atque

verba forsan e cap. 5. huc translata.' *Duk.*—20 Put. *tramisit.*—1 Put. et Voss. *proximo anno concilio detulerunt.*

NOTÆ

[t] *Machanidas*] Qui post Lycurgum regiæ stirpis ultimum, Lacedæmonum regnum invaserat.

[u] *Et Patras*] Urbs est e primariis Achaiæ, (quæ nunc ducatus Clarentiæ a Latinis appellatur,) in Peloponneso (vulgo *Morea*) ad oram Ionii maris, non procul faucibus sinus Corinthiaci: nunc Italis *Patrasso*: nostris *Patras:* Græcis *Paleopatræ.*

[x] *Rhion incolæ vocant*] Non tam fretum, quam promontorium ei imminens a meridie ex Achaia Peloponnesiaca, Rhium dicitur; cui ex adverso respondet Antirrhium in Ætoliæ et Locridis confinio, in aditu sinus Corinthiaci. Id fretum Molycrium Straboni dicitur a Molycria oppido: nunc imminentibus hinc inde castellis duobus defenditur, quæ *Dardanelli* vocantur a Turcis, quemadmodum quæ faucibus Hellesponti dominantur: fretum ipsum ab Italis dicitur, *le Bocche del Golfo di Lepanto*, vel *Stretto di Lepanto*; promontorium autem Rhium appellant *Capo di Patrasso.* Nigro tamen dicitur *Galata*, quibusdam *Capo di S. Andrea*; Antirrhium vero *Trapani.*

[y] *Ad Lamiam*] Phthiotidis in Thessalia oppidum mediterraneum, non procul sinu Maliaco situm. Inde bellum Lamiacum dictum, quod ab Atheniensibus in Antipatrum gestum duce Laosthene paulo post mortem Alexandri. Urbs nomen adhuc retinere dicitur ad Sperchium, aliis est *Lamina.*

[z] *Ætoli, duce Pyrrhia*] Ejus sæpe mentio apud Polybium. Vulgo, contra fidem meliorum codicum, legebatur *Physia*, sive *Physsia*, cujus meminit quoque Polyb. lib. v. et quem captum scribit a Lyco Pharæensi duce Achæorum: sed non apparet hunc ducem fuisse Ætolorum.

has copias Philippus bis prospero eventu pugnavit: mille admodum[z] hostium utraque pugna occidit. Inde cum Ætoli metu compulsi Lamiæ urbis mœnibus tenerent sese, Philippus ad Phalara[a] exercitum reduxit. In Maliaco[b] sinu is locus est, quondam frequenter habitatus propter egregium portum tutasque circa stationes et aliam opportunitatem maritimam terrestremque. Eo legati ab rege Ægypti[c] Ptolemæo[d] Rhodiisque et Atheniensibus et Chiis[e] venerunt ad dirimendum inter Philippum atque Ætolos bellum. Adhibitus ab Ætolis et ex finitimis pacificator Amynander, rex Athamanum.[f] Omnium autem non tanta pro Ætolis cura erat, ferocioribus quam pro ingeniis Græcorum gentis,[5] quam ne Philippus regnumque ejus, grave

[z] *Mille fere, vel circiter mille.*

2 *Physia* Editiones ante Gronov.—3 *Multos admodum* Editiones ante Gronov. qui '*admodum* accipit pro *fere*. Dicere certe Gronovius debebat, *ferme, circiter*. Equidem particulam *admodum* positam esse puto pro *plane*.' Doering.—4 Alii *Phaleram* et *Phalaram*.—5 Omittunt *et* Editiones ante Gronov.—5 '*Ferocioribus quam pro ingeniis gentis* alicujus *Græcorum*, nisi leg. *ferociori gente*; Gronov.' *Rupert*. *Ferocioris* Editiones ante Gronov.—

NOTÆ

[a] *Ad Phalara*] Plurali numero dicitur Phalara,-orum, oppidum Thessaliæ in Phthiotide regione ad ostium fere Sperchii fluvii, qui in Maliacum influit sinum.

[b] *Maliaco*] Hic sinus Ægæi maris Thessaliam et Locros orientales dividit ab Eubœa insula, hodie *Golfo de Zeiton*.

[c] *Ab rege Ægypti*] Quæ olim Melampodum regio Græcis dicta, Ægypti deinde nomen sortita est ab Ægypto Danai fratre. Inter Syriam ab oriente, Libyam ab occasu, Æthiopiam a meridie sita; Mediterraneo mari prætenditur latere septemtrionali, qua Delta est regio, sic dicta quod extremis duobus Nili ostiis et mari circumdata triquetram figuram imitetur instar illius Græcorum literæ Δ (delta): hodie *Errif* appellatur. Pars vero superior versus meridiem, olim Thebais, a Thebis quæ centum portis nobiles (de quarum prisco imperio Tacitus lib. II.); hodie *Sahid*. Media olim Heptanomis, nunc *Bechria*. Tota Ægyptus *Elchibeth* indigenis, Turcis *Messere*, eodem nomine quo Kairus, nobis *le grand Caire*, ubi olim Memphis. Europæi vetus Ægypti nomen retinent.

[d] *Ptolemæo*] Is fuit tertius a primo Ptolemæo Lagi, habuitque cognomen Philopatoris.

[e] *Et Chiis*] Chios Ægæi maris insula est ad latus Asiæ minoris occidentale, a quo non lato admodum freto dirimitur: nomen adhuc servat.

[f] *Rex Athamanum*] Athamanes populi fuere Epiri orientalis sub Pindo monte, Dryopibus et Perrhæbis ad occidentem. Præcipuum oppidum

libertati futurum, rebus Græciæ immisceretur. De pace dilata consultatio est in concilium Achæorum; concilioque ei et locus et dies certa indicta. Interim triginta dierum induciæ impetratæ. Profectus inde rex per Thessaliam [g] Bœotiamque,[h] Chalcidem [i] Eubœæ venit, ut Attalum, quem classe Eubœam [k] petiturum audierat, portubus et littorum appulsu arceret. Inde, præsidio relicto adversus Attalum, si forte interim trajecisset, profectus ipse cum paucis equitum levisque armaturæ, Argos [l] venit. Ibi curatione He-

NOTÆ

fuit Argithea. Eorum regio pars hodie Despotatus est sub Turcis in præfectura Romeliæ, sive Græciæ.

[g] *Per Thessaliam*] Regio est Græciæ, inter Macedoniam ad septemtrionem, partim etiam ad occasum, et Helladem seu Græciam proprie dictam, atque Epirum ad meridiem, Ægæum mare ad ortum attingens. Eam Ptolemæus Macedoniæ ascribit, quod Macedonibus diu subjecta fuerit. In partes quatuor dividitur a Strabone, Thessaliotidem seu Thessaliam stricte sumtam, Pthiotidem, Estiotidem, Pelasgiotidem, quibus adjungenda Magnesia. Olim Æmonia, aliisque nominibus dicta, adhuc *Thettalia* Græcis, ut audio. Brietio *Janna;* Lazio *Jannina;* at Castaldo *Comenolitari;* quæ partium nomina esse conjicio, illud occidentem versus, qua hæc regio Epiro contermina; hoc versus orientem et aquilonem. Caput urbium *Larissa* etiamnum hodie sub Turcis. Præcipui quondam populi fuere Pelasgi ex Arcadia oriundi, auctore Pausania, (unde ipsa regio quondam Argos Pelasgicum apud Strabonem;) Magnetes ab Magnete, uno e filiis Æoli prisci, nomen sortiti; Myrmidones ex Ægina insula; Lapithæ Pindi et Othryos montium accolæ; Centauri equorum domitores circa Pelion.

[h] *Bœotiamque*] Quæ prius Aonia, aliisque appellationibus dicta, eam mansuro diutius nomine Bœotiam vocarunt; sive a bove, qua duce Cadmus in designando condendæ urbis principis (Thebarum nempe) loco usus ex oraculo fuerat; seu potius a Bœoto Æoli tertii filio, ut vult Apollodorus. Ea hodie *Stramulipa* dicitur, ut aiunt.

[i] *Chalcidem*] Hæc Chalcis Eubœæ insulæ primaria, ab Atheniensibus condita, qua Euripus insulam et Bœotiæ continentem interfluit, angusto adeo freto, ut ponte jungatur. Nunc Græcis Εὔριπος, ab Euripo vicino seu mari reciprocante, hinc Turcis corrupte *Egripos*, nostris *Negrepont*, eodem cum insula nomine.

[k] *Eubœam*] Insula e majoribus Græciæ, quam a Bœotia avulsam Plin. scribit, eidem universæ in longitudinem ab Attica Thessaliam usque prætenta: ubi Caphareum promontorium Troicis temporibus formidandum. Ceterum *Chalcidem Eubœæ*, distinctionis causa Livius dicit, quod aliæ sint eo nomine urbes, tum in Ætolia, tum in Syria.

[l] *Argos*] Argolidis Peloponnesi provinciæ et Argivorum regni caput Argos in neutro genere dicebatur, et Argi numero plurali: atque hoc Argos, Hippium et Hippoborum cognomine dictum, quod generosos aleret equos, prope Inachum fluvium fuit: hodieque *Argo* vocatur.

ræorum [m] Nemeorumque [n] suffragiis populi ad eum delata, quia se Macedonum reges ex ea civitate oriundos [o] referunt, Heræis peractis, ab ipso ludicro extemplo [a] Ægium [6] profectus est,[p] ad indictum multo ante sociorum concilium. Ibi de Ætolico finiendo bello actum, ne causa aut Romanis, aut Attalo intrandi Græciam esset. Sed ea omnia, vixdum inducíarum tempore circumacto, Ætoli turbavere, postquam et Attalum Æginam venisse,[q] et Romanam classem stare ad Naupactum audivere. Vocati enim in concilium Achæorum, in quo eædem legationes erant, quæ ad Phalara [7] egerant de pace, primum questi sunt quædam parva contra fidem conventionis tempore induciarum facta; postremo negarunt dirimi bellum posse, nisi Messeniis [r]

[a] *Statim post ludos Heræos.*

6 ' In omnibus Edd. est *Rhium*, Achaiæ prom. et fretum, forte et oppidum. Nos *Ægium* recepimus ex emendat. vix dubia Glareani et Jac. Gron. Nam omnes Mss. habent *regium;* et aptissimum h. l. est *Ægium.*' Rupert.—7 *Ad Phalaram*, ut sup. Edd. ante Gron. Quidam Mss. hab. *et eadem.* Mox inf. vet.

NOTÆ

[m] *Curatione Heræorum*] Heræa oppidum fuit Arcadiæ in mediterraneo fere Peloponnesi, (quæ nunc *Morea,*) ad Ladonem, qui in Alpheum delabitur: vulgo quibusdam *Hereo:* Moletius *Ravoli* appellat. Hic ludi sive certamina ludicra celebrabantur minoris famæ quam Nemea; utrorumque tamen cura hoc anno delata Philippo, ut iis præsideret.

[n] *Nemeorumque*] Nemea Argolidis oppidum in eadem Peloponneso, inter Argos et Corinthum, ubi ludi Nemei, sacri nempe agones in honorem sive Herculis, qui horrendum in Nemea silva leonem occiderat, seu potius Archemori infantis, qui Lycurgi Thracis filius, Hypsipyles alumnus, dum ea viam septem heroibus adversus Thebas proficiscentibus demonstrat, a serpente ibidem fuerat interemtus. Hodie pertinere dicitur ad Zachaniam, Moreæ regionem, cujus nomen a Laconia detortum: locum ipsum vocari aiunt *Tristina.*

[o] *Ex ea civitate oriundos*] Primus Macedonum rex Caranus ex Heraclidarum Argolidis regum sanguine ortus fuit, de quo Just. lib. VII.

[p] *Ægium* [*Rhium*] *profectus est*] Oppidum Achaiæ, ad promontorium.

[q] *Æginam venisse*] Insula est in medio sinu Saronico inter plagam Athenarum in Hellade, et Epidauri in Peloponneso: in ea quondam regnavit Æacus. Nomen adhuc retinet Sponio teste. Geographi scribunt *Engiam* vocari, atque adeo sinum ipsum *Golfo d'Engia* appellant.

[r] *Messeniis*] Messenia Peloponnesi regio inter sinus Messeniacum et Cyparissium: caput olim habuit Messenam ad ostium Balyræ, atque oram sui sinus: nunc *Mossenigo* dici volunt. Regio partim sub *Zachaniæ* nomine comprehenditur, partim ad *Belvedere* refertur, quæ provinciæ sunt Moreæ.

Achæi Pylum redderent,[s] Romanis restitueretur Atintania,[t] Scerdilædo[8] et Pleurato Ardiæi.[9 u] Enimvero indignum

lib. apud Sigon. *parva quædam.*—8 *Sationis restitueretur Athamanis, Scerdileto* Edd. ante Gron. Andreas et Aldina *Cordileo* pro *Scerdileto.* Vid. Not. Delph. inf. et Not. Var.—9 ' Pro *Ardiæi* edd. ante Gron. *Parthini* et *Archide,* Mss. plerique *Archide,* at Put. *Archidæi,* et hinc Gron. ac Drak. *Ardyæi.* Sed 'Αρδιαῖοι, non 'Αρδναῖοι, in omnibus fere codd. ap. Polyb. Appian. et Strab.'

NOTÆ

[s] *Pylum redderent*] Tres fuere hujus nominis urbes in Peloponneso. Alia Pylus Eliaca ad ostium Penei in Elide; alia Pylus Nestorea ad Amathum; tertia Pylus Messeniaca e regione Sphacteriæ insulæ in Messeniæ latere occidentali, supra Coryphasium promontorium: de hac nunc agi videtur; videmus enim ex Polybio in Excerptis controversiam Achæis hoc tempore motam ab Eleis quidem de Triphylia, quæ pars Elidis; a Messeniis autem de Pylo ab illis occupata. Hæc Pylos hodie *Navarino* in regione Moreæ quam *Belvedere* nominant. Sphacteria insula dicitur hodie nantis *Sapienza.*

[t] *Romanis restitueretur Atintania*] Ita legendum haud dubie, licet in aliquibus codicibus pro *Romanis* legatur *Sationis:* ac deinde in optimis etiam ignoratione Atintanum librarii scripserint *at in tanta,* vel *at in tantas,* ubi alii legunt *Athamanis;* sed eo usque nondum Romani penetraverant. Atintanes porro populi erant Macedoniæ occidentalis, quam postea Romani quartam ejus regionis partem constituerunt, quæque hodie ab Albanis populis *Albania* vocatur. Sed Albani ad septemtrionem, Atintanes ad meridiem versus Acroceraunios montes; hinc Orestidi, inde Stymphalidi et Penestis, Tymphæisque finitimi. Ceterum, ad Atintaniam quod attinet, cum Romani Illyriorum obsidione liberatos Epidamnios in fidem accepissent, proxima Illyrici ea occasione ingressi, Ardiæos obiter subegerunt. Affuere mox plures aliorum populorum legationes, inque his Parthinorum et Atintanum, qui omnes se fidei Romanorum permisere, suntque in amicitiam susceptí, ut est apud Polyb. lib. II. Atintanes vero Molossica gens fuere, et primum pars Epiri, mox Macedoniæ, nunc tractus illius qui vulgo *Canina* in Albania meridionali.

[u] *Scerdilædo et Pleurato Ardiæi*] Scriptum in plerisque est *Archide;* editorum non pauci habent *Parthini.* De *Archide,* quæ post Justiniani patria, cogitasse Livium quo minus conjiciam, tum alia faciunt, tum nomen hujus loci recentius, et quod nomen verum populi regulis illis attributi occurrit, nempe *Ardyæi,* ut recte Gronov. vidit. Sunt autem *Ardyæi* populi Illyrici, Macedoniæ regno inclusi a Philippo, Vardæi quoque et Bardæi; iidem, ni fallor, qui Ptolemæo Eordæi, ad Panyasum seu Genusum fluvium, hodie *Arzenza,* inter Taulantios, Elymiotas, Parthinos, et Dassaretios atque Albanos siti: nunc ex fide tabularum geographicarum vulgarium in *Tamoriza* regione, inter fluvios Polinam et Spinarzam. At Parthini, quos Pleurato attributos a Romanis Polyb. tradit, alias Parthiæi, Elymiotis et Eordæis ad ortum, ad occasum Dassaretiis erant: unde suspicor veram hujus loci lectionem ex collatis Mss. et Editis esse, *Romanis restitueretur Atintania, Scerdilædo et Pleurato Ardyæi et Parthini.*

ratus Philippus, victos victori sibi ultro conditiones ferre: 'ne antea quidem se aut de pace audisse, aut inducias pepigisse,' dixit, 'spem ullam habentem quieturos Ætolos; sed ut omnes socios testes haberet, se pacis, illos belli causam quæsisse.' Ita infecta pace concilium dimisit, quatuor millibus armatorum relictis ad præsidium Achæorum, et quinque longis navibus acceptis. Quas si adjecisset missæ nuper ad se classi Carthaginiensium, et ex Bithynia ab rege Prusia venientibus navibus, statuerat navali prælio lacessere Romanos, jam diu in ea regione potentes maris. Ipse ab eo concilio [10] Argos regressus: jam enim Nemeorum appetebat tempus, quæ celebrari volebat præsentia sua.

31. Occupato rege apparatu ludorum, et per dies festos licentius, quam inter belli tempora, remittente animum, P. Sulpicius, ab Naupacto profectus, classem appulit inter Sicyonem et Corinthum, agrumque nobilissimæ fertilitatis effuse vastavit. Fama ejus rei Philippum ab ludis excivit; raptimque cum equitatu profectus, jussis subsequi [11] peditibus, palatos passim per agros gravesque præda (ut qui nihil tale metuerent) adortus Romanos, compulit in naves. Classis Romana, haudquaquam læta præda, Naupactum rediit. Philippo [12] quoque ludorum, qui reliqui erant, celebritatem quantæcumque, de Romanis tamen, victoriæ partæ fama auxerat,[b] lætitiaque ingenti celebrati festi dies; eo magis etiam, quod, populariter demto capitis insigni[c] purpuraque [13] atque alio regio habitu, æquaverat ceteris se in speciem:[x] quo nihil gratius est civitati-

[b] *Celebritas dierum, qui supererant ad perficiendos ludos, aucta fuerat ex fama victoriæ, quæ etsi mediocris, tamen qualiscumque esset, de Romanis fuerat relata, quod magno in pretio habendum.* [c] *Diademate.*

Rupert.—10 Vet. lib. test. Sigon. *ipse habito concilio.*
11 Vet. lib. test. Sigon. *jussis se subsequi.* Mox inf. *compulit ad naves* Edd. ante Gron.—12 [c] Pro *Philippo* vett. librr. offerunt *Philippus*, vel *Philippum;*

NOTÆ

[x] *Æquaverat ceteris se in speciem verat civis se in speciem.* [*ceteris in speciem*] Colb. melior, *æqua-*

bus liberis. Præbuissetque haud dubiam eo facto spem libertatis, nisi omnia intoleranda libidine fœda ac deformia effecisset. Vagabatur enim cum uno aut altero comite per maritas domos [14][7] dies noctesque, et, summittendo se [15] in privatum fastigium,[8] quo minus conspectus,[16] eo solutior erat; et libertatem cum aliis vanam ostendisset, totam in suam licentiam verterat. Neque enim omnia emebat aut eblandiebatur, sed vim etiam flagitiis adhibebat;[d] periculosumque et viris et parentibus erat, moram incommoda severitate libidini regiæ fecisse. Uni etiam principi Achæorum Arato ademta uxor nomine Polycratia, ac spe regiarum nuptiarum in Macedoniam asportata fuerat. Per hæc flagitia solenni Nemeorum peracto paucisque additis diebus, Dymas est profectus,[a] ad præsidium Ætolorum,

[d] *Non enim stupra et adulteria cuncta pretio vel blanditiis obtinebat, et quasi mercabatur, sed multa per vim extorquebat.*

pro *celebritatem* vero nonnulli *celebritate;* pro *fama* quidam *famam.* Lectio, quam nos dedimus, constituta est a J. F. Gron.' *Doering. Philippus* Gron. Doujat. Crev.—13 *Purpura* Eæd. sine *que.*—14 'Pro *maritas* in textum Rhenan. recepit *maritimas,* quod explicat, ad mare sitas; sed neque Nemea, neque Argos ad mare situm fuit.' *Doering. Maritimas* Gron.—15 'Τὸ *se* delevit Drak. suadente Gron. Sed vulgata lectio bene se habet.' *Rupert.*

NOTÆ

[7] *Per maritas domos*] Reg. ad marginem: alias, *maritas;* quod diserte Colbertini ambo habent: *per domos* scilicet *maritorum,* ut cum eorum uxoribus adulterium committeret. In Spirensi cod. scriptum erat *maritum as domos;* unde Rhen. fecit *maritimas domos,* vultque intelligi domos tenuiorum. Quasi maritima loca minus frequentia minusque conspicua, quam mediterranea. Sed nec patitur hanc illius emendationem narratio Liviana, quæ flagitia hæc a Philippo admissa refert quo tempore ludis Heræis Nemeisque præerat, qui non ad mare celebrabantur. Nomen *maritus* adjective dicitur pro maritali seu conjugali, quod ipse Rhen. fatetur, *ulmos* agnoscens *maritas.* Sic 'maritam pecuniam' pro dote, Plaut. Sic pro conjugali amore aut amoris usu, 'venerem maritam' Ovid. dixit. Quidni pari ratione dixerit Noster, *maritas domos?*

[8] *Summittendo se in privatum fastigium*] Mirum videtur *summittere se in fastigium;* ideoque censet Gronov. deleto pronomine, legendum *submittendo in privatum* (id est, privatim, seu in morem privatorum) *fastigium* (suum nempe, sive regium). Posset tamen dici Philippum, cum rex esset, ita se summisisse, ut fastigium retineret, non regium, sed quale servant nobiliores et potentiores inter privatos.

[a] *Dymas est profectus*] Dymæ urbs est maritima Achaiæ propriæ in Pe-

quod ab Eleis[b] accitum acceptumque in urbem[c] erat, ejiciendum. Cycliadas (penes eum summa imperii erat) Achæique ad Dymas regi occurrere, et Eleorum accensi odio, quod a ceteris Achæis dissentirent,[d] et infensi Ætolis, quos Romanum quoque adversus se movisse bellum credebant. Profecti ab Dymis conjuncto exercitu transeunt Larisum[17] amnem,[e] qui Eleum agrum ab Dymæo dirimit.

32. Primum diem, quo fines hostium ingressi sunt, populando absumserunt. Postero die acie instructa ad urbem accesserunt, præmissis equitibus, qui, obequitando portis, promtum ad excursiones genus lacesserent Ætolorum. Ignorabant, Sulpicium cum quindecim navibus ab Naupacto Cyllenen trajecisse,[f] et, expositis in terram quatuor millibus armatorum, silentio noctis, ne conspici agmen posset, intrasse Elim.[g] Itaque improvisa res ingentem

—16 'Ab novitiis corruptoribus *suspectus*.' J. F. Gron.—17 *Larisum* pro *Larissum* edidit Drak. Sed *Larissum* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

loponneso ad confinia Elidis, non procul Araxo promontorio, nunc *Chiarenza* Italis, nostris *Clarence*. Nam posterioribus sæculis duces habuit suos, unde Ducatus Clarentinus.

[b] *Ab Eleis*] Dicuntur Elei ab Elide provincia seu regione Peloponnesi, (quæ nunc *Morea*,) inter Achaiam et Messeniam posita, cui ad ortum Arcadia. Ea fluminis Alphei ostiis, et Olympia urbe, ludisque Olympicis, olim nobilis: hodie *Belvedere* appellatur ab Italis, de nomine Castelli maritimi, ab amœno prospectu. Græcis eodem sensu Elis, cum vicino ad meridiem tractu dicitur *Caloscopion*.

[c] *Acceptumque in urbem*] Elim, unde regioni atque incolis nomen.

[d] *Quod a ceteris Achæis dissentirent*] Diversa quidem ab Achaia fuit Elis; sed hoc tempore plerique Peloponnesiorum in Achæorum societatem coierant; ideoque latius sumto nomine sub Achæis Elæi continebantur: quemadmodum hodie Frisii, Zelandi, aliique populi nomine Hollandorum vulgo censentur.

[e] *Larisum amnem*] Hic fluvius] Achaiam propriam magna ex parte dividit ab Elide: nunc *Riso* vocatur in tabulis geographicis.

[f] *Cyllenen trajecisse*] Cyllene oppidum est Elidis maritimum inter Dymam et Pylum Eliacam, quæ ad ostia Penei supra Chelonates promontorium, quod hodie *Capo Tornese*, non procul ostio Selleentis fluvii: hodie ex Nigro *Atravida*. Hic genitum Mercurium Mela putavit, ideo Cyllenium appellatum: cum tamen ex recepta magis sententia id nominis traxerit a Cyllene vel Cyllenio monte in Arcadiæ, Achaiæ, atque Argolidis confinio.

[g] *Elim*] Ab hac urbe nomen Elidi

injecit terrorem, postquam inter Ætolos Eleosque Romana signa atque arma cognovere. Et primo recipere suos voluerat rex; dein, contracto jam inter Ætolos et Trallos[18] [h] (Illyriorum id est genus) certamine, cum urgeri videret suos, et ipse rex[19] cum equitatu in cohortem Romanam incurrit. Ibi equus pilo trajectus cum prolapsum per caput regem effudisset, atrox pugna utrimque accensa est, et ab Romanis impetu in regem facto, et protegentibus regiis. Insignis et ipsius pugna fuit, cum pedes inter equites coactus esset prælium inire. Dein,[20] cum jam impar certamen esset, caderentque circa eum multi et vulnerarentur, raptus ab suis atque alteri equo injectus, fugit. Eo die castra quinque millia passuum ab urbe Eleorum posuit. Postero ad castellum[1] (Pyrgum vocant) copias omnes eduxit;[1] quo agrestium multitudinem cum pecoribus metu populationum compulsam audierat. Eam inconditam inermemque multitudinem primo statim terrore adveniens cepit; compensaveratque ea præda, quod ignominiæ ad Elim acceptum fuerat. Dividenti prædam captivosque (fuerant autem quatuor millia hominum, pecoris[2] omnis generis ad millia viginti) nuntius ex Macedonia venit, Eropum quendam, corrupto arcis præsidiique præfecto, Lychnidum[3] [k]

18 Vulgata lect. ante Sigon. *Triballos.*—19 'Repetitionem *τοῦ rex* præmissæ voculæ *et ipse* repudiare Duk. videntur.' *Doering.*—20 *Deinde* Gron. Doujat. Crev.—1 In Edd. ante Gron. *omnes copias ad propinquum Eleorum castellum.* 'Put. Reg. et fere duo Pall. Menardique, *Postero die castellum Phyrcum vocant copias omnes eduxit.* Nonnulli, *ad castellum.* Duo alia verba non conspiciuntur. Et certe insititia sunt: nam scripserat Livius *Postero ad castellum cet.*' J. F. Gron.—2 *Pecorumque* Edd. ante Gron. 'Quia Rhenan. invenerat in suo *peditum hominum*, suspicabatur *deditorum hominum.* Nihil tale

NOTÆ

provinciæ, seu regioni Peloponnesi, in qua priscis temporibus Epei. Fuit urbs in ejus parte quæ Triphylia vocabatur, ad Peneum Peloponnesiacum: nunc Nigro *Jalea.*

[h] *Et Trallos*] Inter Illyrici populos referuntur a Stephano Tralli, an a Triballis diversi, an errore exscriptorum contracto Triballorum vocabulo, valde ambigo. Vide quæ infra lib. XXXVII. c. 39.

[1] *Ad castellum (Pyrgum vocant)*] Pylum geminam in hac regione, nec procul Eli memorant geographi veteres; Pyrgum, ni fallor, tacent; sed πύργος generale nomen est *turrim* sive *arcem* significans.

[k] *Lychnidum*] Urbs fuit Macedoniæ

cepisse; tenere et Dassaretiorum quosdam vicos,[1] et Dardanos[m] etiam concire. Omisso igitur Achaico[4] bello, relictis tamen duobus millibus et quingentis omnis generis armatorum cum Menippo et Polyphanta[5] ducibus ad præsidium sociorum, profectus ab Dymis, per Achaiam Bœotiamque et Eubœam,[6n] decimis castris Demetriadem[o] in Thessaliam pervenit.

33. Ibi alii, majorem afferentes tumultum, nuntii occurrunt, Dardanos, in Macedoniam effusos, Orestidem[p] jam tenere,

in nostris.' *J. F. Gron.*—3 *Lycnidum* Edd. antt. Mox *Dassaritiorum* ex Stephano.—4 *Atque Ætolico* add. Gron. Doujat. Crev.—5 Edd. ante Gron. *Polyphante.* Men. *Polyphanio.* Put. Voss. Pall. *Polyphania.* Alius Pal. *Polyfanta.*—6 Edd. antt. *Bebœidem.* Vid. Jac. Gron. et Not. Delph. inf. *Bœbeidem* Gron. *Beboidem* Doujat.

NOTÆ

occidentalis, Dassaretiorum caput, in Illyrici confinio, unde nomen vicino lacui, qui et Dassarites, ex quo Drillus fluvius in Adriaticum mare defluit; Sophiano est *l'Ochrida*, aliis *Alchria.* Sunt qui patriam Justiniani fuisse velint, et vocari nunc Turcis *Justandil*, id est, Justinianam, quod mihi valde dubium ob rationes alibi adductas ex Nov. ejusdem Imperatoris XI. *L'Ochrida* in Albania est præfecti Turcici sedes.

[1] *Dassaretiorum quosdam vicos*] Vocantur et Dassaretæ, aliisque nominibus: Macedoniæ Illyricæ, ut diximus, populi fuere; hodie Albaniæ.

[m] *Dardanos*] Mœsica gens fuere Dardani, Orbelo monte a Macedonia diremti, semperque Macedonibus infesti: nunc in parte meridionali Serviæ et Bulgariæ sub Turcis.

[n] *Et Eubœam* [*Beboidem*] In quibusdam codicibus est *et Bœobam*, unde Sabellicus *Bœbeidem* excogitavit. Verum *Bœbeis* non regionis nomen est, ut Achaia et Bœotia; sed paludis, quæ a Bœbe, Magnesiæ juxta Methonen, oppido nomen traxit, vulgo *Besero*, Turcis lacus *de Jenifar*, ab urbe Pheris, quam Bœbe vicinam ad occasum, sic illi vocant. Melius hic igitur, ni fallor, Colbertini ambo cum Regio *et Eubœum* habent; quod et Aldus secutus est. Nec repugnat geographica ratio, ut Glareano visum: etenim Eubœa citra Demetriadem est, cum Bœbeis palus ultra hanc urbem sit. Eodemque itinere jam antea Demetriadem Philippus a Peloponneso redierat, ut vidimus supra c. 30.

[o] *Demetriadem*] In Magnesia Thessaliæ orientali regione hæc *Demetrias* est, imminens sinui Pelasgico, qui nunc *Golfo de Armiro*, inter Pagasas et Iolcon: hodie *Dimitriada.* Regum Macedoniæ quandoque sedes: a Demetrio Poliorcete nomen accepit, ut et aliquandiu Sicyon in Peloponneso.

[p] *Orestidem*] Ab Oreste hæc regiuncula nomen accepit, qui regno propter interfectam matrem profugus, Argos Oresticum hic condidisse traditur. Fuere Orestæ populi olim in parte australi Macedoniæ occiduæ, Atintanibus et Elymiotis, Stymphaliisque finitimi: Acroceraunii

ac descendisse in Argestæum[7] campum;[q] famamque inter barbaros celebrem esse, Philippum occisum. Expeditione ea, qua cum populatoribus agri ad Sicyonem pugnavit, in arborem illatus impetu equi, ad eminentem ramum cornu alterum galeæ[r] præfregit.[8] Id inventum ab Ætolo quodam perlatumque in Ætoliam ad Scerdilædum, cui notum erat insigne galeæ, famam interfecti regis vulgavit. Post pro-

---

7 '*In Argestæum campum*, nescio quem. *Æstræum* ex Ptol. conj. Glar. et *Ægestæum*, h. e. Thesprotium, qui affinis Orestidi, Sigon. coll. Steph. Αἰγεσταῖοι οἱ Θεσπρωτοὶ ἀπὸ τινὸς Αἰγέστου στρατηγοῦ. Hæc nimis remota sunt, et aliis quoque argumentis possunt refelli.' *Drak.*—8 *Perfregit* Edd. ante

NOTÆ

montibus dividuntur a Chaonia, quæ videtur ad eorum sedem producta sub corrupto nomine *Canina*, quæ pars Albaniæ ad oram meridionalem sinus Adriatici.

q *In Argestæum campum*] Sigon. pro *Argestæum campum*, scribendum censet *Ægestæum*, id est, Thesprotium: nam *Ægestæi* apud Steph. Thesproti, Epirotica gens satis nota. Sed Thesproti extra Philippi regnum, adversus quem bellum Dardanis erat; et vix credibile in Thesprotis nominandis obsoleta et parum nota appellatione usum Livium. Num potius *Æstræum*, quod conjecerat Glarean.? Fuit certe in Macedonia, auctore Ptolem. ejus nominis oppidum, a quo *Æstræi*, exiguus populus, Dassaretiis ad ortum æstivum proximi, inter Axium et Drillonem fluvios: hodie in Albaniæ parte septemtrionali, eo loco forte ubi nunc Tabulæ Mercatoris locant *Hitirga*.

r *Cornu alterum galeæ*] Ipse Livius mox 'insigne galeæ' explicat: quale tamen id fuerit silent interpretes. Lucem afferre potest quod Plut. in Pyrrho tradit, agnitum eum fuisse ab eximia crista, sive apice galeæ, et cornibus hircinis; quo sive ornamento ad decorem, sive nota præcipua ad terrorem usos fuisse Macedoniæ præsertim reges, ex ipsorum nummis constat. Et ante Alexandrum quidem caput tegebant leoninis exuviis, exemplo Herculis, a quo genus ducebant: Alexander vero, qui Jove Hammone, sub arietis specie coli solito, genitus credi volebat; ex eo cornibus insignem amabat effigiem: unde et *Bicornis* cognominatus. Inde successores ejus simile affectabant insigne. Et Pyrrhus quidem inter Alexandri successores fuit, regnumque Macedoniæ bis tenuit. Philippus autem, de quo hic agitur, Macedonibus nunc imperabat. Quin et Thraces Asiatici, ex Herodoto, æreæ cassidi imponebant bovis aures et cornua ex ære facta: Celtæ quoque sive Galli, et Cimbri rictibus ferarum, quarum pellibus corpus tegebant, aut eorum formis affabre effigiatis sæpe capita exornabant, aut armabant. Quin et Hammoni ipsi arietis caput assignatum refert Diod. Sic. lib. III. quod hoc signo galeam in bellis ornatam gestasset. Et vero cornu pro gloriæ ac splendoris symbolo apud veteres habebatur. Adeo ut Hebræorum aliorumque orientalium lingua eodem vocabulo, *Karan* קרן, utrumque exprimatur, et splendor et cornu: unde et cornuta Mosis facies pro splendida.

fectionem ex Achaia regis[9] Sulpicius, Æginam classe profectus, cum Attalo sese conjunxit. Achæi cum Ætolis Eleisque haud procul Messene prosperam pugnam fecerunt. Attalus rex et P. Sulpicius Æginæ hybernarunt. Exitu hujus anni T. Quintius Crispinus consul,[10] dictatore comitiorum ludorumque faciendorum causa dicto T. Manlio Torquato, ex vulnere moritur. Alii Tarenti,[11] alii in Campania mortuum tradunt. Id quod nullo ante bello acciderat, duo consules, sine memorando prælio interfecti, velut orbam rem publicam reliquerant. Dictator Manlius magistrum equitum C. Servilium (tum [12] ædilis curulis erat) dixit. Senatus, quo die primum est habitus, ludos magnos [a] facere dictatorem jussit, quos M. Æmilius prætor urbis, C. Flaminio, Cn. Servilio consulibus, fecerat, et in quinquennium voverat.[13] Tum dictator et ludos[14] fecit, et in insequens lustrum vovit. Ceterum, cum duo consulares exercitus tam prope hostem sine ducibus essent, omnibus aliis omissis, una præcipua cura Patres populumque incessit, consules primo quoque tempore creandi, et ut eos potissimum crearent, quorum virtus[15] satis tuta a fraude Punica esset: [c] cum toto eo bello damnosa præpropera ac fervida ingenia imperatorum fuissent,[16 t] tum eo ipso anno consules, nimia cupiditate conserendi cum hoste manum, in necopinatam

---

Gronov. Put. *præflegit*.—9 *Philippi* pro *regis* Edd. ante Gronov.—10 Olim legebatur *T. Quintius Cos.* Mox *L. Manlio* pro *T. Manlio*.—11 Verba *Alii Tarenti* in omnibus Gall. et Voss. desiderantur.—12 'Non *Cn. Servilium*, quod ex ultima Gruteri ed. Gron. et al. servarunt. Nam C. Servilium cum Q. Metello hujus anni ædilem curulem fuisse, infr. quoque c. 36. Noster refert.' *Doering*.—13 Conj. Rupert. *et in quinquennium vovere* sc. dictatorem jussit: quia Livius sup. XXII. 9. dicit quidem, ludos hos ab Æmilio factos, non vero *in quinquennium votos* fuisse.—14 'Vocem *ludos*, quam ob ingratam ejus repetitionem ejiciendam censuerunt Jac. Gronov. et Crevierius, librr. Mss. apud Drakenborchium constanter tuentur.' *Doering*. Mox *in sequens* Edd. ante Gronov.—15 'J. F. Gronov. orationis concinnitati consulturus, hunc locum ita refingit: *consules creandi, et eos potissimum, quorum virtus* cett. Sed Dukerus, sæpius apud Nostrum mutatam hujuscemodi orationis formam occurrere, exemplis probavit.' *Doering*.—

NOTÆ

[a] *Ludos magnos*] De illorum origine, supra lib. XXV. cap. 12.

[t] *Ingenia fuisse* [*fuissent*] Subintellige, aiebant, vel cogitabant.

fraudem lapsos esse. Ceterum Deos immortales, miseritos[17] nominis Romani, pepercisse innoxiis exercitibus: temeritatem consulum ipsorum capitibus damnasse.'[e]

34. Cum circumspicerent Patres, quosnam consules facerent, longe ante alios eminebat C. Claudius Nero. Ei collega[18] quærebatur, et virum quidem eum egregium ducebant, sed promtiorem acrioremque, quam tempora belli postularent, aut hostis Hannibal: temperandum acre ejus ingenium moderato et prudenti viro adjuncto collega censebant. M. Livius erat, multis ante annis ex consulatu populi judicio damnatus,[f][u] Quam ignominiam adeo ægre tulerat, ut et rus migraret,[19] et per multos annos et Urbe et omni cœtu careret hominum. Octavo ferme post damnationem anno M. Claudius Marcellus et M. Valerius Lævinus consules reduxerant eum in Urbem: sed erat veste obsoleta capilloque et barba promissa,[x] præferens in vultu habituque insignem memoriam ignominiæ acceptæ. L. Veturius et P. Licinius censores eum tonderi,[20] et squalorem deponere, et in senatum venire,[y] fungique aliis publicis muneribus coëgerunt. Sed tum quoque aut verbo assentiebatur, aut pedibus in sententiam ibat,[g] donec cognati hominis eum causa, M. Livii Macati, cum fama[1] ejus age-

[e] *Consulumque ipsorum nimiam audaciam, ipsorum tantum moţe punitam voluisse.*

[f] *Condemnatus statim post consulatum, vel propter gesta in consulatu.*

[g] *Senatoribus aliis verba facientibus ipse vel unico verbo assentiendo, vel cum discessio fieret, e sua sede in alteram partem cum aliis migrando, sententiam suam per silentium prodebat.*

16 *Fuisse* Donjat.—17 *Misertos* Crev.

18 'Put. Voss. *et coll.* Gud. *collega et quær.* Cantabr. *Sed collega;* idque rectius videtur.' *Jac. Gron.*—19 *Migrarit* Edd. ante Gron.—20 *Tondere* Edd. ante Gron.—1 'Non opus erat, ut præpositio *de*, quam optimi codd. ignorant,

NOTÆ

[u] *Populi judicio damnatus*] Quod prædam Illyricam maligne divisisse argueretur.

[x] *Barba promissa*] Ut in luctu et reatu.

[y] *Et in senatum venire*] Forte non tanquam senatorem; neque enim ad huc a censoribus lectum in senatum fuisse apparet: sed quod consul fuisset, et sic ex eorum esset numero, quibus permissum erat in senatu sententiam dicere, ut antea est observatum.

retur, stantem coëgit in senatu sententiam dicere. Tum ex tanto intervallo auditus convertit ora hominum [a] in se, causamque sermonibus præbuit,[b] 'indigno injuriam a populo factam, magnoque id damno fuisse, quod tam gravi bello nec opera nec consilio talis viri usa res publica esset. C. Neroni neque Q. Fabium, neque M. Valerium Lævinum dari collegas posse, quia duos patricios [a] creari non liceret. Eandem causam in T. Manlio esse, præterquam quod recusasset delatum consulatum recusaturusque esset. Egregium par consulum fore, si M. Livium C. Claudio collegam adjunxissent.' Nec populus mentionem ejus rei ortam a Patribus est aspernatus. Unus eam rem in civitate is, cui deferebatur honos, abnuebat, levitatem civitatis accusans. 'Sordidati rei non miseritos, candidam togam invito offerre: eodem honores pœnasque congeri. Si bonum virum ducerent, quid ita pro malo ac noxio damnassent? si noxium comperissent, quid ita, male credito priore consulatu, alterum crederent?' Hæc taliaque arguentem et querentem castigabant Patres, 'et M. Furium,' memorantes, 'revocatum de exilio, patriam pulsam [3] sede sua restituisse.[a] Ut parentum sævitiam, sic patriæ, patiendo ac ferendo leniendam esse.' Annisi omnes cum C. Claudio M. Livium consulem fecerunt.[a]

[b] *Cum egregie perorasset, spectari cœpit, deditque causam de se disserendi, et fatendi inustam ipsi infamiam cum eam meritus non esset.*

[1] *Post male sibi commissum primum consulatum, cur secundum committerent?*

---

ante *fama* in editt. quibusdam intruderetur.' *Doering.*—2 Conj. Rupert. *ora omnium* sc. senatorum.—3 'Male in quibusd. editt. *patria pulsum* vel *patriam pulsum* legitur.' *Doering.*

NOTÆ

[a] *Duos patricios*] Notat Sigon. his temporibus nunquam in consulatu duos simul patricios fuisse, licet plebeii duo conjuncti fuerint; velut cum creati sunt consules Gracchus et Marcellus.

[a] *Patriam pulsam sede sua restituisse*] Vulgo, *patria pulsum, sede sua restituisse*: elegantius tamen Put. *patriam pulsam sede sua*; quod post Rhenanum Gronov. probat. Patriæ quippe nomine intelligitur resp. civitas, populus Romanus; qui, urbe pulsus a Gallis, restitutus fuerat in pristinas sedes a Camillo (de quo lib. v.) Simili loquendi forma usus Augustus apud Sueton. 'Ita mihi salvam ac sospitem remp. sistere in sede sua liceat.'

[a] A. U. C. 546.

35. Post diem tertium ejus diei prætorum comitia habita. Prætores creati L. Porcius Licinus, C. Mamilius,[4 b] A. et C. Hostilii Catones. Comitiis perfectis ludisque factis, dictator et magister equitum magistratu abierunt. C. Terentius Varro in Etruriam proprætor missus, ut ex ea provincia C. Hostilius Tarentum ad eum exercitum iret, quem T. Quintius consul habuerat. Et[5] L. Manlius trans mare legatus iret,[c] viseretque, quæ res ibi gererentur: simul, quod Olympiæ ludicrum[d] ea æstate futurum erat, quod maximo cœtu Græciæ celebraretur, ut, si tuto per hostem posset, adiret id concilium: ut, qui Siculi bello ibi profugi, aut Tarentini cives relegati ab Hannibale essent domos redirent, scirentque, sua omnia, quæ ante bellum habuissent, reddere populum Romanum. Quia periculosissimus annus imminere videbatur, neque consules in re publica erant, in consules designatos omnes versi, quam primum eos sortiri provincias, et præsciscere,[6] quam quisque eorum provinciam, quem hostem haberet, volebant. De reconcilia-

4 Olim legebatur *C. Manlius.* ' *Caius* certe non est prænomen *Manliorum.* Hunc puto esse *C. Mamilium Vitulum.*' J. F. Gron.—5 ' Hæc verba nullo in Ms. obvia: unde forsan leg. *ad eum exercitum,* (qui illic erat,) *L.* (al. *T.*)

NOTÆ

[b] *C. Mamilius*] Vulg. *C. Manlius:* sed ex veteribus libris Sigon. emendat: *et C. Mamilium Vitulum,* de quo supra cap. 8. indicari putat: eo magis quod *Caius* inter prænomina Manliorum non legatur.

[c] *Ad eum exercitum iret, quem T. Quintius consul habuerat. Et L. Manlius trans mare legatus iret*] Rotundius Colbertini ambo: *ut ex ea provincia C. Hostilius Tarentum ad eum exercitum:* et omissis quæ sequuntur: *L. Manlius trans mare legatus iret.* Ibi *ad eum exercitum* satis indicat exercitum illum qui ad Tarentum.

[d] *Olympiæ ludicrum*] Fuit Olympia, quæ et Pisa, urbs Peloponnesi in Elide regione; ejusque tractu Triphylia, ad Alpheum fluvium, hod. *Langanico,* ex mente Castaldi, Nigro *Stauri.* Ibi habebantur ludi Olympici Jovi sacri, quarto quoque anno celebrari soliti circa solstitium æstivum; quod intervallum Olympiadem dixere. Quatuor apud Græcos fuisse præcipua certamina sacra sive agones cuique notum. Olympia Jovi; Pythia Apollini dicata; Nemea in honorem Archemori; Isthmia in honorem Palæmonis, alias Melicertæ. Præter musicæ certamen (quod in Pythiis), exercitationum, quibus certabatur, quinque fuere genera; saltus, cursus, discus, jaculatus, et lucta. Præmia victoris coronæ fuere ex ramis in Olympicis ludis oleastri, in Pythicis lauri cum baccis, in Isthmiis ex pino, in Nemeis ex apio.

tione etiam gratiæ eorum in senatu actum est, principio facto a Q. Fabio Maximo. Inimicitiæ autem nobiles[7•] inter eos erant, et acerbiores eas indignioresque Livio sua calamitas fecerat,[h] quod spretum se in ea fortuna credebat. Itaque is magis implacabilis erat, et, 'nihil opus esse reconciliatione,' aiebat. 'Acrius et intentius omnia gesturos, timentes ne crescendi ex se inimico collegæ potestas fieret.'[i] Vicit tamen auctoritas senatus, ut, positis simultatibus, communi animo consilioque administrarent rem publicam. Provinciæ iis non permixtæ regionibus,[f] sicut superioribus annis, sed diversæ extremis Italiæ finibus, alteri adversus Hannibalem Bruttii, Lucani; alteri Gallia adversus Hasdrubalem (quem jam Alpibus[8] appropinquare fama erat) decreta. Exercitum ex duobus, qui in Gallia quique in Etruria essent, addito urbano, eligeret, quem mallet, qui Galliam esset sortitus. Cui Bruttii provincia evenisset, novis legionibus urbanis scriptis, utrius mallet consulum prioris anni, exercitum sumeret. Relictum a consule exercitum Q. Fulvius proconsul acciperet; eique in annum imperium esset. Et C. Hostilio, cui pro Etruria Tarentum mutaverant provinciam, pro Tarento Capuam mutaverunt. Legio una data, cui Fulvius proximo anno præfuerat.

36. De Hasdrubalis adventu in Italiam cura in dies crescebat. Massiliensium primum legati nuntiaverant, eum in Galliam transgressum, erectosque adventu ejus, quia

[h] *Et quæ Livio majorem indignationis seu offensionis causam præbuerant.*
[i] *Cum metueret uterque, ne si forte deterius rem gereret, locus daretur collegæ, sibi infenso, sese extollendi augendique potentiam et gloriam suam ex ipsius dedecore.*

Manlius cet.' Rupert.—6 Vet. lib. teste Sigon. *et præscire.*—7 Vet. lib. teste Sigon. *ante nobiles inter eos.*—8 *Quem Alpibus* Edd. ante Sigon.

NOTÆ

• *Inimicitiæ autem nobiles*] Alias, *inimicitiæ ante nobiles.* In gratiam vero ut redierint, refert Valer. Max. lib. IV. cap. 2.

[f] *Non permixtæ regionibus*] Ut anno superiori, quo Fabius ad Tarentum, Fulvius in Lucania et Bruttiis finitimis populis rem gerere jussi. Sup. c. 3.

magnum pondus auri attulisse diceretur ad mercede auxilia conducenda, Gallorum animos. Missi deinde cum iis legati ab Roma Sex. Antistius et M. Ræcius[9] ad rem inspiciendam retulerant, misisse se cum Massiliensibus ducibus, qui per hospites eorum, principes Gallorum, omnia explorata referrent. Pro comperto habere, Hasdrubalem ingenti jam coacto exercitu proximo vere Alpes trajecturum; nec tum eum quicquam aliud morari, nisi quod clausæ hyeme Alpes essent. In locum M. Marcelli P. Ælius Pætus[10] augur creatus inauguratusque; et Cn. Cornelius Dolabella rex sacrorum inauguratus est in locum M. Marcii, qui biennio ante mortuus erat. Hoc eodem anno et lustrum conditum est a censoribus P. Sempronio Tuditano et M. Cornelio Cethego. Censa civium capita centum triginta septem millia centum et octo: minor aliquanto numerus, quam qui ante bellum fuerat. Eo anno primum, ex quo Hannibal in Italiam venisset, comitium tectum[s] esse,[11] memoriæ proditum est, et ludos Romanos semel instauratos ab ædilibus curulibus Q. Metello et C. Servilio. Et plebeiis ludis biduum instauratum ab Q. Mamilio[12] et M. Cæcilio Metello ædilibus plebis. Et tria signa ad Cereris iidem[13] dederunt: et Jovis epulum fuit ludorum causa.

9 *Retius* Gron. Donjat. Crev.—10 Sigon. emend. e lectione vulgat. *L. Aquilius Pætus.* Vet. lib. apud eum *præfectus Aquilius Pætus.*—11 'Verba *ex quo Hannibal in I. v.* vel otiosa, vel corrupta: certe non patiuntur interpretationem Marliani et Nardini: *comitium eo anno, quo H. in I. venit, tectum fuisse.* Nam nec quemquam in designando tempore ita loquutum, puto, nec video, cur Livius id demum hoc anno memorare voluerit. Suspicor mutilum esse locum, Liviumque hic non solum de anno, quo tectum comitii perfectum, verum etiam, quo inchoatum est, nempe eo, quo Hannibal in Italiam venit, egisse.' *Duker.* 'Cæptum post *venisset* excidisse putabat Roëllius. Verba autem sic transponebat Crev. *Eo anno primum, ex quo Han. in It. venisset, lustrum conditum est a censoribus,* (nam licet ter censores creati sunt, ex quo Hannibal in It. venit, hi tamen soli lustrum condidere)...*ante bellum fuerat. Hoc eodem anno et comitium tectum esse* cet.' *Rupert.*—12 *Ab Q. Manlio* Edd. ante Sigon. et paulo infr. *C. Manlio* pro *C. Mamilio.*—13 'Mox pro *iidem* male in quibusdam vett. libr. *eidem,* nisi pro *iidem* positum sit. Nonnulli Mss. apud Drakenb.

NOTÆ

s *Comitium tectum*] Comitium vocabatur locus in foro ubi habebantur comitia, præsertim curiata. Id diu tecto caruit, ita ut populus sub dio de rebus publicis deliberare cogeretur: unde non raro tempestate ingruente solvebantur comitia. Nunc autem tecto illud operiri placuit.

Consulatum inde ineunt C. Claudius Nero et M. Livius iterum. Qui, quia jam designati provincias sortiti erant, prætores sortiri jusserunt. C. Hostilio urbana evenit: [14] [h] addita et peregrina, ut tres in provincias [i] exire possent. A. Hostilio Sardinia, C. Mamilio Sicilia, L. Porcio Gallia [k] evenit. Summa legionum trium et viginti ita per provincias divisa, ut binæ consulum essent,[m] [15] quatuor Hispania haberet, tres prætores binas, in Sicilia, in Sardinia, et Gallia, duas C. Terentius in Etruria, duas Q. Fulvius in Bruttiis, duas Q. Claudius circa Tarentum et Sallentinos, unam C. Hostilius Tubulus Capuæ; duæ urbanæ ut scriberentur. Primis quatuor legionibus populus tribunos creavit: in ceteras consules miserunt.[l]

37. Prius quam consules proficiscerentur, novemdiale sacrum fuit, quia Veiis de cœlo lapidaverat. Sub unius prodigii (ut fit) mentionem alia quoque nuntiata; Minturnis ædem Jovis et lucum Maricæ,[m] item Atellæ murum et portam de cœlo tacta.[16] Minturnenses, terribilius quod esset,

[m] *Ut consulum unusquisque duas haberet legiones.*

habent *ad Cereris ædem*, alii *ad Cereris fidem* sine sensu.' *Doering. Eidem* Gron. Crev. *Ædem* Doujat.—14 *Urbana jurisdictio* editt. ante Gron.—15 ' *Ut binæ consulum essent:* male Pighius *cuique* ante *consulum*, et mox *quisque* ante *binas* inserendum putabat. Mirum, non intellexisse eum vim numerabilium ἐπιμεριζομένων s. dispertitivorum.' *J. F. Gron.*

NOTÆ

[h] *Urbana evenit*] Intellige e proximo, provincia, vel sors; munus scilicet juris inter cives dicendi, ut et peregrina inter peregrinos.

[i] *Ut tres in provincias*] Ut nempe ex quatuor prætoribus creatis, tres extra urbem mitti possent ad res gerendas, uno urbanas provincias duas seu jurisdictiones administrante et exercente.

[k] *L. Porcio Gallia*] At jam Gallia consulum alteri assignata fuerat. Quid ergo prætore opus? Id factum extra ordinem conjicias, ob periculum ea parte ab Hasdrubale adventante in Hannibalis fratris auxilium.

[l] *In ceteras consules miserunt*] Jam observatum est, cum tribuni militum ad legiones a consulibus aliisve imperatoribus prius crearentur; populum deinde partes suas ea in re interponere cœpisse. Nunc itaque ad eas legiones quæ consulibus attributæ, tribuni a populo nominati; ad reliquas aliis imperatoribus assignatas ipsi consules tribunos crearunt.

[m] *Lucum Maricæ*] Fuit Marica Nympha, seu Dea Minturnensium circa Lirim fluvium, de qua dictum Dec. I.

adjiciebant, sanguinis rivum in porta fluxisse. Et Capuæ lupus, nocte portam ingressus, vigilem laniaverat. Hæc procurata hostiis majoribus prodigia, et supplicatio diem unum fuit ex decreto pontificum. Inde iterum novemdiale instauratum, quod in Armilustro[n] lapidibus visum pluere. Liberatas religione mentes turbavit rursus nuntiatum, Frusinone infantem natum esse quadrimo parem; nec magnitudine tam mirandum, quam quod is quoque, ut Sinuessæ biennio ante, incertus, mas an fœmina esset, natus erat. Id vero haruspices, ex Etruria acciti, fœdum ac turpe prodigium dicere. Extorrem agro Romano, procul terræ contactu, alto mergendum. Vivum in arcam condidere, provectumque in mare projecerunt. Decrevere item pontifices, ut virgines ter novenæ, per Urbem euntes, carmen canerent. Id cum in Jovis Statoris æde discerent, conditum ab Livio poëta,[o] carmen, tacta de cœlo ædes in Aventino Junonis Reginæ: prodigiumque id ad matronas pertinere, haruspices cum respondissent, donoque Divam placandam esse; ædilium curulium edicto in Capitolium convocatæ, quibus in urbe Romana intraque decimum lapidem ab Urbe domicilia essent, ipsæ inter se quinque et viginti delegerunt, ad quas ex dotibus stipem conferrent.[p] Inde donum pelvis aurea facta, lataque in Aventinum, pureque et caste a matronis sacrificatum. Confestim ad aliud sacrificium eidem

NOTÆ

[n] *In Armilustro*] Armilustrum et Armilustrium diversa sunt. Etenim Armilustrium festum erat apud Romanos, quo rem divinam faciebant lustrationis causa; ex eo dictum quod circumirent ludentes, ancilibus armati, testibus Varrone et Festo. Armilustrum autem fuit locus in quo hæc sacra fiebant; petito nomine ab ambitu lustri. Hinc *Armilustrum*, et *vicus Armilustri* in Aventino.

[o] *Conditum ab Livio poëta*] Livium Andronicum intelligit, Poëtam antiquissimum, qui apud Romanos primus fabulam docuit, ut Cic. et Gell. scribunt, hoc est, dramata recitavit: cujus rei initium M. Claudio Cethego Cæci filio, et P. Sempronio Tuditano Coss. an. U. 549. Fuit autem hic Livius libertus M. Livii Salinatoris, cujus et liberos erudierat. De fabularum primis actoribus dictum supra VII. 2. *Conditum* et sequentia refer ad *carmen*.

[p] *Ex dotibus stipem conferrent*] Consentientibus scilicet maritis, mediocria dona religionis præsertim causa mulieribus permissa. Alioqui maritus constante matrimonio civile habet dotis dominium.

Divæ ab decemviris [q] edicta dies, cujus ordo talis fuit: ab æde Apollinis [r] boves fœminæ albæ duæ porta Carmentali in Urbem ductæ. Post eas duo signa cupressea Junonis Reginæ portabantur. Tum septem et viginti virgines, longam indutæ vestem, carmen in Junonem Reginam canentes ibant; illa tempestate forsitan laudabile rudibus ingeniis, nunc abhorrens et inconditum, si referatur. Virginum ordinem sequebantur decemviri coronati laurea prætextatique. A porta Jugario vico in forum venere. In foro pompa constitit; et, per manus reste data,* virgines sonum vocis pulsu pedum † modulantes • incesserunt. Inde vico Tusco Velabroque, per Boarium forum, in clivum Publicium [17] [s] atque ædem Junonis Reginæ [t] perrectum. Ibi duæ hostiæ ab decemviris immolatæ, et simulacra cupressea in ædem illata.

38. Diis rite placatis, delectum consules habebant acrius

* *Tradito per manus fune, quo pompa trahebatur.*
• *Saltatione regentes, vel sequentes cantum.*

16 Olim legebatur *tactam*.—17 *In clivum publicum* Edd. ante Grou. Vide Not. Var. et Not. Delph. inf.

NOTÆ

[q] *Ab decemviris*] Sacrorum.

[r] *Ab æde Apollinis*] Cum plures fuerint ædes Apollinis Romæ, hinc atque ex sequentibus patet hanc pompam ab æde Apollinis quæ in regione Circi Flaminii erat, per portam Carmentalem, ad Forum Romanum incessisse; inde per Forum Boarium et Velabrum, in Aventinum ductam, ad ædem Junonis Reginæ.

† *Pulsu pedum*] Scabellis nempe, et crepeziis pedibus subjectis, de quibus vid. Jac. Sponium Miscell. Er. Ant. sect. 1. art. 6. *J. Clericus.*

[s] *In clivum Publicium*] Alias, *clivum publicum*. Sed differunt hi duo clivi. De publico, qui in Quirinali, accipiendus Livius lib. XXVI. cap. 10. Hic *Publicius* clivus, seu clivus *Publicii* in regione Aventini, sic appellatus est, ex Festo, quod eum duo fratres, L. et M. Publicii Malleoli ædiles curules, pecuariis condemnatis, ex pecunia quam ceperant, munierunt, ut in Aventinum vehiculis ab Velia veniri posset: sic enim corrigendum hunc locum censent non improbabiliter viri docti, cum vulgo scriptum sit, 'ut in Quintinum vehiculis vel venire possit.' Simili de causa, ait Varro, dictus est Publicius vicus, ad portam Trigeminam regione Circi Maximi.

[t] *Atque ædem Junonis Reginæ*] Diversa duo erant Junonis Reginæ templa: alterum in Aventino, quo hæc pompa processit; alterum in regione Circi Flaminii.

intentiusque, quam prioribus annis quisquam meminerat habitum. Nam et belli terror duplicatus novi hostis in Italiam adventu; et minus juventutis erat, unde scriberent milites. Itaque colonos etiam maritimos, qui sacrosanctam vacationem dicebantur habere,[u] dare milites cogebant. Quibus recusantibus, edixere in diem certam, ut, quo quisque jure vacationem haberet, ad senatum deferret.[x] Ea die hi populi ad senatum venerunt: Ostiensis,[y] Alsiensis, Antias, Anxuras,[18] Minturnensis, Sinuessanus, et ab supero mari Senensis. Cum vacationes suas quisque populus recitaret; nullius, cum in Italia hostis esset, præter Antiatem Ostiensemque, vacatio observata est; et earum coloniarum juniores jure jurando adacti, supra dies triginta[z] non pernoctaturos se esse extra mœnia coloniæ suæ, donec hostis in Italia esset.[19] Cum omnes censerent, primo quoque

18 Conj. Gron. *Anxurnus*, ut Tiburnus a Tiburi: prob. Rupert. Put. *Anxurnas*. Palatin. alter *Anfurnas*; alter *Auxurnas*.—19 'Vacationem illam non semper duabus coloniis a senatu datam esse, patet ex XXXVI. 3. *supra quadraginta* (sc. juniores) quidam Mss. prob. Sigon.' *Rupert*. Vet. lib. apud

NOTÆ

[u] *Qui sacrosanctam vacationem dicebantur habere*] Coloniarum maritimarum vacationes sive immunitates, (ne scilicet inviti cogerentur milites Romanis dare,) *sacrosanctæ* dicebantur, quod jurejurando senatus et populi firmatæ essent. Hoc vero privilegium ipsis concessum fuerat propter necessitatem tuendi adversus piratarum hostiumque incursum littoris. Vide Cic. pro Corn. Balbo; Hyginum de limitib.

[x] *Ad senatum deferret*] Supple, per zeugma, jus, id est, tabulas, quibus jus cujusque coloniæ nitebatur.

[y] *Ostiensis, &c.*] Hæc nomina coloniarum, quæ in ora Latii, partim etiam Etruriæ, jam diu explicuimus. Senensis intelligitur quæ in Senam Gallicam, ad littus maris Adriatici deducta fuerat: Senæ enim in Etruria procul ab utroque mari, ut coloniis maritimis annumerari non possint.

[z] *Supra dies triginta*] Aliter veteres libri ex Sig. (nam pro *triginta* scribunt *quadraginta*, prætermisso vocabulo *dies*) habent, *juniores jurejurando adacti ultra quadraginta non pernoctaturos extra mania coloniæ suæ*; sic numerus non ad tempus referetur, quod sane diuturnius fuisset, si cuivis licuisset abesse per mensem integrum; sed ad ipsos colonos, seu cives, quorum non nisi *quadraginta* abnoctare poterant eodem tempore, reliquis omnibus interdicto de nocte exitu, per hæc periculosa tempora.

tempore consulibus eundum ad bellum, (nam et Hasdrubali occurrendum esse descendenti ab Alpibus, ne Gallos Cisalpinos, neve Etruriam, erectam in spem rerum novarum, solicitaret; et Hannibalem suo proprio occupandum bello, ne emergere[20] ex Bruttiis atque obviam fratri ire posset[p]) Livius cunctabatur, parum fidens suarum provinciarum exercitibus: collegam[a] ex duobus consularibus egregiis exercitibus et tertio, cui Q. Claudius Tarenti præesset, electionem habere. Intuleratque mentionem de volonibus revocandis ad signa. Senatus liberam potestatem consulibus fecit, et supplendi unde vellent, et eligendi de omnibus exercitibus, quos vellent, permutandique, et ex provinciis, quos e re publica censerent esse, traducendi. Ea omnia cum summa concordia consulum acta. Volones in undevicesimam et vicesimam legiones scripti. Magni roboris auxilia ex Hispania quoque a P. Scipione M.[1] Livio missa quidam ad id bellum auctores sunt; octo millia Hispanorum Gallorumque, et duo millia de legione militum,[b] equitum mille, mixtos[2] Numidas Hispanosque. M. Lucretium has copias navibus adduxisse:[3] et sagittariorum funditorumque ad quatuor millia ex Sicilia C. Mamilium misisse.

39. Auxerunt Romæ tumultum literæ ex Gallia allatæ ab L. Porcio[4] prætore: 'Hasdrubalem movisse ex hybernis, et jam Alpes transire; octo millia Ligurum conscripta

[p] *Ne posset extra remotos ab urbe fines Bruttiorum progredi: Bruttiorum regione excedere.*

Sigon. carent voce *dies*.—20 *Ne emergeret* olim legebatur.—1 Edd. ante Gron. carent τῷ *M.* ante *Livio*.—2 'Optimi Mss. *de legione*, non, ut alii, *de legionibus*.' Rupert. 'Rhenan. *ad duo millia de legione militum, equitum mille octingentos*.' Put. *et duo millia de legione militum, equitum mille mixtos*. Nec Pall. tres aliter, nisi quod unus et Voss. *equitem decem*.' J. F. Gron. *Ad mille octingentos* Gron. Doujat. Crev.—3 Olim legebatur *advexisse*, ut Rhenan. 'Mox *ad tria millia* optimi Mss.' *Rupert.*

NOTÆ

[a] *Collegam, &c.*] Supple, dicens, nimirum Livius consul.

[b] *Duo millia de legione militum*] Intelligit detracta de una, vel pluribus legionibus, quæ in Hispania erant, millia peditum Romanorum duo: ex numero autem sociorum aut conductitiorum, equites mille, qui partim Numidæ, partim Hispani.

armataque conjunctura [5] se transgresso in Italiam esse, nisi mitteretur in Ligures, qui eos bello occuparet. Se cum invalido exercitu, quoad tutum putaret, progressurum.' Hæ literæ consules, raptim confecto delectu, maturius, quam constituerant, exire in provincias coëgerunt, ea mente, ut uterque hostem in sua provincia contineret, neque conjungi, aut conferre in unum vires pateretur. Plurimum in eam rem [c] adjuvit opinio Hannibalis, quod, etsi ea æstate transiturum in Italiam fratrem crediderat, recordando quæ ipse in transitu nunc Rhodani, nunc Alpium, cum hominibus locisque pugnando per quinque menses exhausisset, haudquaquam tam facilem maturumque transitum expectabat. Ea tardius movendi ex hybernis causa fuit. Ceterum Hasdrubali et sua et aliorum spe omnia celeriora atque expeditiora fuere. Non enim receperunt modo Arverni [d] eum deincepsque aliæ [6] Gallicæ atque Alpinæ gentes, sed etiam secutæ sunt ad bellum; et cum per munita pleraque [e] transitu fratris, quæ antea invia [f] fuerant, ducebat, tum etiam, duodecim annorum assuetudine perviis Alpibus factis, in-

4 *Missæ ab L. Porcio* Edd. ante Gron.—5 Add. *que* post *conjunctura* Edd. ante Gron.—6 ' Rhenan. auctore libro suo delet τὸ *aliæ*, neque est illud in quibusdam nostris. Si virtutem particulæ noris, superfluum potius quam

NOTÆ

[c] *In eam rem*] Ad impediendam nempe Hasdrubalis cum Hannibale conjunctionem.

[d] *Arverni*] Populi Galliæ, hoc tempore Celticæ, post Aquitaniæ sub Augusto: quorum urbs Gergovia, deinde Arvernum, quod nunc *Claromontium*. Hi ante Cæsaris ætatem de principatu Galliarum cum Heduis certaverant, seque Romanorum fratres appellabant. Sed miror hac transiisse Hasdrubalem, procul recta ad Alpes via: nisi si, paratis ad arcendum transitum accolis Rhodani inferioris, ad superiorem regionem invitantibus Arvernis, progredi maluit.

[e] *Per munita pleraque*] Intellige munita loca, non de castellis arcibusve adversus externam vim permunitis; sed de itineribus quæ complanata fuerant, et pervia facta, ab Hannibale illac transeunte, &c.

[f] *Quæ antea invia*] Alpes inviæ ante Hannibalem non fuerant. Testis ipse Liv. qui lib. v. Gallos Transalpinos jam regnante Prisco Tarquinio ea transgressos tradit in Italiam. Videndi eam in rem Strabo lib. IV. Plin. lib. XII. cap. 1. Id modo verum est, parum cognita fuisse horum montium juga, atque itinera.

ter mitiora jam hominum transibat ingenia.[q] Invisitati[7] [8] namque antea alienigenis, nec videre ipsi advenam in sua terra assueti, omni generi humano insociabiles erant. Et primo ignari, quo Pœnus pergeret, suas rupes suaque castella et pecorum hominumque prædam peti crediderant: fama deinde Punici belli, quo duodecimum annum Italia urebatur,[8] satis edocuerat, viam tantum Alpes esse;[r] duas prævalidas urbes, magno inter se maris terrarumque spatio discretas, de imperio et opibus certare. Hæ causæ aperuerant Alpes Hasdrubali. Ceterum quod celeritate itineris profectum erat, id mora ad Placentiam, dum frustra obsidet magis, quam oppugnat, corrupit. Crediderat campestris oppidi[s] facilem expugnationem esse; et nobilitas coloniæ induxerat eum, magnum se excidio ejus urbis terrorem ceteris ratum[9] injecturum.[h] Non ipsum solum ea oppugnatio impediit, sed Hannibalem post famam transitus ejus, tanto spe sua celeriorem, jam moventem ex hybernis, continuerat; quippe reputantem, non solum quam lenta urbium oppugnatio esset, sed etiam quam ipse frustra eandem illam coloniam,[i] ab Trebia victor regressus, tentasset.

40. Consules, diversis itineribus profecti ab Urbe, velut in duo pariter bella distenderant curas hominum, simul re-

[q] *Per populos quorum animi paulatim mansuefacti fuerant, aucto hominum per montana transitu et commercio.*

[r] *Alpes per se non peti, quasi de illarum possessione dimicaretur: sed esse viam duntaxat, qua bellum transferretur.*

[s] *Urbis in plano sitæ.*

necessarium videbitur.' *J. F. Gron.*—7 Olim legebatur *inusitati.*—8 'Pro *urebatur* male in quibusd. libr. *utebatur.*' Doering.—9 In Edd. ante Gron. deerat τὸ *ratum.*

NOTÆ

[t] *Invisitati*] Ut in Put. sic in Regio quoque habetur hæc scriptura, quam adverterat Lips. Vulgo legitur *inusitati*: quod nomen de rebus magis, quam de personis dicitur hoc sensu. Nam, quod Gell. x. 10. 'Romanos annulis usitatos' dicit, frequentativum est, pro usos, sive uti solitos.

[h] *Ratum injecturum*] Inductus fuerat Hasdrubal ad obsidendam Placentiam, cum existimaret fore ut, si ea potiretur, reliquis metum injiceret.

[i] *Ipse frustra eandem illam coloniam*] Aut certe Castellum Placentiæ adjunctum; qua de re supra XXI. 56. et 57.

cordantium, quas primus adventus Hannibalis intulisset Italiæ clades; simul, cum illa angeret cura, 'quos tam propitios Urbi atque imperio fore Deos, ut eodem tempore utrobique res publica prospere gereretur? Adhuc [10] adversa secundis pensando rem ad id tempus extractam esse. Cum in Italia ad Trasimenum et Cannas præcipitasset Romana res,[11] prospera bella in Hispania prolapsam eam erexisse. Postea quam [12] in Hispania alia super aliam clades, duobus egregiis ducibus amissis, duos exercitus ex parte delesset multa, secunda [13 k] in Italia Siciliaque gesta quassatam rem publicam excepisse: [l] et ipsum intervallum loci, quod in ultimis terrarum oris alterum bellum gereretur, spatium dedisse ad respirandum. Nunc duo bella in Italiam accepta,[t] duo [14] celeberrimi nominis duces circumstare urbem Romanam, et unum in locum totam periculi molem, omne onus incubuisse. Qui eorum prior vicisset, intra paucos dies castra cum altero juncturum.' Terrebat et proximus annus lugubris duorum consulum funeribus. His anxii curis homines digredientes in provincias consules prosecuti sunt.[m] Memoriæ proditum est, plenum adhuc iræ [15]

[t] *Illatum intra Italiam bellum duplex, seu duabus diversis regionibus.*

10 Olim deerat τὸ *adhuc*.—11 Vulgata ante Sigon. lectio *præcipitasset Romana respubl.* Vet. lib. apud Sigon. *præcipitasset respubl.*—12 'Pro *cum* in Drakenb. edit. exhibetur *quam*, haud dubie operarum errore.' *Doering.* *Quum* Gron. Doujat. Crev.—13 Olim deerat *multa*. 'Distinctio vel ante vel post *multa* poni potest. Vocem *gesta* delendam putat Doer. et Gron. malebat *ex parte delesset multa, secundas in I. S. res conquassatam r. e.*' Rupert.—14 *Duos*

NOTÆ

[k] *Multa, secunda*] Non credit Gronovius scripsisse Livium, *multa secunda gesta*; ideoque legi vult, *duos exercitus ex parte delesset multa, secundas in Italia Siciliaque res, &c.* ut sit, *ex parte multa*. Sed si quid mutandum, quidni potius scribatur, *multas secundas in Italia Siciliaque res conquassatam remp. excepisse?*

[l] *Rem p. excepisse*] Metaphora est ab iis qui labantes homines aut res suscipiunt et sustinent: ut apud Cic. pro Rabir. Post. 'excipere aliquem labentem.'

[m] *Prosecuti sunt*] Non secuti sunt ad bellum; (loquitur enim de iis qui Romæ remanserant;) sed prosecuti sunt curis, vel solicitudine affecti sunt erga consules abeuntes. Eadem nempe loquendi forma, qua dicimus amore aliquem aut odio prosequi: aut quomodo 'laudibus,' vel 'grato animo,' 'grata memoria prosequi,' Cicero dixit.

in cives M. Livium, ad bellum proficiscentem, monenti Q. Fabio, 'ne prius, quam genus hostium cognosset, temere manum consereret,' respondisse: 'Ubi primum hostium agmen conspexisset, pugnaturum.' Cum quæreretur, quæ causa festinandi esset? 'Aut ex hoste egregiam gloriam,' inquit, 'aut ex civibus victis gaudium, meritum certe, etsi non honestum, capiam.' Prius quam Claudius consul in provinciam perveniret, per extremum finem agri Larinatis [a] ducentem in Sallentinos exercitum Hannibalem cum expeditis cohortibus adortus C. Hostilius Tubulus incomposito agmini terribilem tumultum intulit. Ad quatuor millia hominum occidit, novem signa militaria cepit. Moverat ex hybernis ad famam hostis Q. Claudius, qui per urbes agri Sallentini castra disposita habebat. Itaque, ne cum duobus exercitibus simul confligeret, Hannibal nocte castra ex agro Tarentino movit, atque in Bruttios concessit. Claudius in Sallentinos agmen convertit. Hostilius, Capuam petens, obvius ad Venusiam sit consuli Claudio. Ibi ex utroque exercitu electa peditum quadraginta millia, duo millia et quingenti equites, quibus consul adversus Hannibalem rem [16] gereret: reliquas copias Hostilius Capuam ducere jussus, ut Q. Fulvio proconsuli traderet.

41. Hannibal, undique contracto exercitu, quem in hybernis aut in præsidiis agri Bruttii habuerat, in Lucanos ad Grumentum [b] venit, spe recipiendi oppida, quæ per metum ad Romanos defecissent. Eodem a Venusia consul Roma-

Doujat. Crev.—15 *Adhuc ira* Edd. ante Gron.—16 *Res* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[a] *Larinatis*] A Larino oppido Appuliæ.

[b] *Ad Grumentum*] Oppidum erat Lucaniæ, quæ nunc *Basilicata*: haud procul Aciri fluvio, in quem confluit Sora. Cluv. putat dici vul. *Clarimente*. Holst. in annotationibus ad illius Italiam ponit ad antiquam ecclesiam S. Laberii, vul. *S. Laviero*: sed in annotationibus ad geographiam sacram, censet esse *Agrimonte* ad eundem Acirim, supra *Tursi* oppidum. In annotationibus denique ad Ortelium eo decurrit, ut putet esse *Agromonte* ad dextram Aciris fl. qui situs est Agrimontis: ut inter hæc duo an aliquid sit discriminis, dubium satis videatur.

nus exploratis itineribus contendit, et mille fere et quingentos passus castra ab hoste locat. Grumenti mœnibus prope injunctum [17] videbatur Pœnorum vallum. Quingenti passus intererant. Castra Punica[p] ac Romana inter jacebat campus;† colles imminebant nudi sinistro lateri Carthaginiensium, dextro Romanorum, neutris suspecti, quod nihil sylvæ neque ad insidias latebrarum habebant.[18] [q] In medio campo ab stationibus procursantes certamina, haud satis digna dictu, serebant. Id modo Romanum quærere apparebat, ne abire hostem pateretur. Hannibal, inde evadere cupiens,[19] [r] totis viribus in aciem* descendebat. Tum consul,

* *Intentus erat ad decretoriam pugnam.*

17 *Prope junctum* Edd. ante Gron.—† 'Hunc locum, qui male olim ita legebatur, *Quingenti passus erant inter castra Punica et Romana. Interjacebat campus*, ea, quam nos secuti sumus, distinctione egregie adjuvit J. F. Gron.' *Doering.*—18 'J. F. Gron. tentat: *quod nihil neque silvæ neque ad insidias latebrarum habebant.* Muretus: *quod nihil silvæ, nihil ad insidias latebrarum habebant*, sine idonea causa. Non raro enim τῷ *nihil*, uti in hoc loco, *neque* vel *nec* subjungi solet. Exempla dabunt Duker. et Drak. ad h. l.' *Doering.*—19 'Non est in Put. Reg. Men. Voss. τὸ *evadere*, quod sensus tamen necessa-

NOTÆ

[p] *Intererant. Castra Punica* [*erant inter castra*] In optimis codicibus, *intererant castra Punica et Romana*, eodem sensu.

[q] *Quod nihil sylvæ neque ad insidias latebrarum habebant*] Mureto placebat, *quod nihil silvæ, nihil ad insidias latebrarum.* Gron. *nihil neque silvæ, neque... latebrarum, &c.* quasi nempe minus ordinate post *nihil* subjiciatur *neque*; videtur enim subintelligendum *nihil*, ac sic erit *neque nihil*, hoc est, aliquid. Miror suspectam viris adeo eruditis hanc Latinitatem: cum ignotum haud sit negativas particulas *non*, *nihil*, *nemo*, aliasque ejus generis, a se vennste habere, ac tacite continere *quicquam*, *quispiam*, *ullus*, &c. *nihil* enim idem est ac non quicquam: et cum adjicitur negativa particula *neque*, refertur, non ad negativam *non* inclusam in voce *nihil*, sed ad vocem affirmantem, nempe *quicquam*, quæ inest eidem vocabulo: quasi esset, neque quicquam latebrarum ad insidias. Eadem ratione Cic. in Pison. dixit, 'recte an secus, nihil ad nos; aut si ad nos,' &c. ubi intelligere non oportet, 'aut si nihil ad nos,' sed 'aut si quicquam, vel si aliquid ad nos.' Non absimili figura loquendi usus est Juven. Sat. VI. 'cum furem nemo timeret Caulibus aut pomis, et aperto viveret horto:' ubi si nomen *nemo*, (quo regitur verbum *viveret*, non minus quam verbum *timeret*,) repetas in postremo hemistichio, sequetur sub Jovis initia, (sive, ut ipse loquitur, 'Jove nondum barbato') 'neminem aperto horto vixisse,' quod erit contra mentem auctoris. Loco igitur nominis *nemo*, intelligere necessario oportet, quisque: quod pronomen latebat in nomine *nemo*, id est, non quisque, vel non quisquam.

[r] *Ne abire hostem pateretur. Hanni-*

ingenio hostis usus, quo minus in tam apertis collibus timeri insidiæ poterant, quinque cohortes,[20 s] additis quinque manipulis, nocte jugum superare, et in aversis vallibus considere jubet. Tempus exsurgendi ex insidiis et aggrediendi hostem Ti. Claudium Asellum tribunum militum et P. Claudium præfectum socium edocet, quos cum iis mittebat. Ipse luce prima [1] copias omnes peditum equitumque in aciem eduxit. Paulo post et ab Hannibale signum pugnæ propositum est, clamorque in castris ad arma discurrentium est sublatus. Inde eques pedesque certatim portis ruere, ac palati per campum properare ad hostes. Quos ubi effusos consul videt, tribuno militum tertiæ legionis C. Aurunculeio imperat, ut equites legionis, quanto maximo impetu possit, in hostem emittat. Ita pecorum modo incompositos toto passim campo se fudisse,[t] ut sterni obterique,[2] prius quam instruantur, possint.

42. Nondum Hannibal e castris exierat, cum pugnantium clamorem audivit. Itaque, excitus tumultu, raptim ad hostem copias agit. Jam primos occupaverat equester terror.[3] Peditum etiam prima legio et dextra ala prælium

[t] *Prima acies Pœnorum terrorem intulerant equites Romani.*

rium reddere videtur. Put. *Annibale inde capiens.* Alii tres *Annibalem inde cupiens.*' J. F. Gron.—20 ' Omnes rursum et Gallicani et Palatini cum Voss. *cohortibus.* Scribe, *quinque cohortibus additos quinque manipulos.*' J. F. Gron.—1 ' Putean. integre *ipsis luce prima.* Vide an potuerit Livius dicere *ipsus luce prima.*' J. F. Gron.—2 *Sterni opprimique* Edd. ante Gron. ' Vetus scriptura apud Rhenan. *sterni operique.* Put. *sterni opterique* (ut *opsoleta, opsidio, opstitisse*, idem codex); ceteri et Gall. et Pall. et Voss. *sterni obterique.*' J. F. Gronov.

3 ' *Equester terror*, ab equitibus Rom. injectus. *Equestris terror* multi Mss.

NOTÆ

bal inde evadere cupiens] Ita Reg. quod menti auctoris videtur repugnare: Colbertini, *ne abire hostem pateretur Hannibalem, inde cupiens totis viribus in aciem descendebat. Inde*, id est, ea de causa ne abire seu evadere Hannibal posset, Nero cupiens, &c.

[s] *Quinque cohortes*] Plerique, *quinque cohortibus additis quinque manipulis*; qua ratione jubendi verbum dativo gaudebit. Id ut vitetur (quod etsi minus usitatum, vitio tamen carere paulo ante ostendisse mihi videor) Gron. nominis inflexionem invertit, scribitque, *quinque cohortibus additos quinque manipulos.* Cohortes autem intellige sociorum, manipulos Romanorum.

inibant. Incompositi hostes, ut quemque aut pediti, aut equiti casus obtulit, ita conserunt manus. Crescit pugna subsidiis, et procurrentium ad certamen numero augetur;[4] pugnantesque (quod nisi in vetere exercitu et duci veteri[5 a] haud facile est) inter tumultum ac terrorem instruxisset Hannibal, ni cohortium ac manipulorum decurrentium per colles clamor, ab tergo auditus, metum, ne intercluderentur a castris, injecisset.[6] Inde pavor incussus, et fuga passim fieri cœpta est. Minorque cædes fuit, quia propinquitas castrorum breviorem fugam perculsis fecit. Equites enim tergo inhærebant;[7] in transversa latera invaserant cohortes, secundis collibus[y] via nuda ac facili decurrentes. Tamen supra octo millia hominum occisa, supra septingentos capti, signa militaria novem ademta; elephanti etiam, quorum nullus usus in repentina ac tumultuaria pugna fuerat, quatuor occisi, duo capti. Circa quingentos Romanorum sociorumque victores ceciderunt.[8 x] Postero die Pœnus

[y] *Per colles proclives.*

et edd. Optimi codd. *eques terror*, (unde effecta lectio nostra,) et plerique *equites terror:* quædam edd. *equitis terror.*' Rupert. *Equestris* Gron. Doujat. Crev.—4 *Procurrentium* cet. ' Hæc verba Crevierius, cui dictionis, *pugna augetur numero ad certamen procurrentium*, suspecta est Latinitas, pro glossemate prioris membri *crescit pugna subsidiis* habet.' *Doering.*—5 Olim legebatur *in veteri exercitu et duce veteri.*—6 Put. Voss. et alii, *decursum;* et *castris* sine *a;* unde legi vult Gron. *ni ad c. a. m. decursum p. c. c. ab t. a. metum, ne intercluderentur castris, fecisset.*—7 *In tergo hærebant* Gron. Crev.—8 ' *Circa* (circiter, ut XLV. 34.) *D. Romanorum s. victores ceciderunt:* ita Put. Sic et multi Mss. sed omisso *D.* unde Muret. var. lect. XVI. 8. putabat, pro *victores* olim fuisse *Victi*, et leg. *sexcenti.* Quidam libri *Rom. soc. ducenti ceciderunt*

NOTÆ

[t] *Toto passim campo se fudisse*] Supple, ait; quod sæpe apud Nostrum omittitur.

[a] *In vetere exercitu et duci veteri*] In Colb. et melioribus ita legitur: estque sensus, eam rem facilem non esse, nisi duci jamdiu exercitato; ac ne illi quidem, nisi veteribus copiis imperet. Recepta lectio, *et duce vetere*, quod pendebit a præpositione *in:* non multum tamen diversus est sensus.

[x] *Circa quingentos Romanorum sociorumque victores ceciderunt*] Alii, *Et trecenti circa Romanorum sociorumque.* Put. *Circa D. Romanorum sociorumque*, ut in contextu; id est, ex victoribus, qui partim Romani, partim socii. Non videntur quidem victores proprie dici qui in pugna cadunt: sed tamen id quoque usurpatum, quod morte sua victoriam suorum rediment. Et *victores ceciderunt*, pro eo est ac vincendo ceciderunt.

quievit. Romanus, in aciem copiis eductis, postquam neminem signa contra efferre vidit, spolia legi cæsorum hostium, et suorum corpora collata in unum sepeliri jussit. Inde insequentibus continuis diebus aliquot ita institit portis, ut prope inferre signa videretur; donec Hannibal tertia vigilia, crebris ignibus tabernaculisque, quæ pars castrorum[7] ad hostes vergebat, et Numidis paucis, qui in vallo portisque se ostenderent, relictis, profectus Apuliam petere intendit. Ubi illuxit, successit vallo Romana acies; et Numidæ ex composito paulisper in portis se valloque ostentavere, frustratique aliquamdiu hostes,[9] citatis equis agmen suorum assequuntur. Consul, ubi silentium in castris, et ne paucos quidem, qui prima luce obambulaverant, parte ulla cernebat, duobus equitibus speculatum in castra præmissis, postquam satis tuta omnia esse exploratum est, inferri signa jussit; tantumque ibi moratus, dum milites ad prædam discurrunt, receptui deinde cecinit, multoque ante noctem copias reduxit. Postero die prima luce profectus, magnis itineribus famam et vestigia agminis sequens, haud procul Venusia hostem assequitur. Ibi quoque tumultuaria pugna fuit. Supra duo millia Pœnorum cæsa. Inde nocturnis montanisque itineribus Pœnus, ne locum pugnandi daret, Metapontum petiit. Hanno inde (is enim præsidio ejus loci præfuerat) in Bruttios cum paucis ad exercitum novum comparandum missus. Hannibal, copiis ejus ad suas additis; Venusiam retro, quibus venerat itineribus, repetit, atque inde Canusium procedit. Nunquam Nero vestigiis hostis abstiterat; et Q. Fulvium, cum Metapontum ipse proficisceretur, in Lucanos, ne regio ea sine præsidio esset, arcessierat.

prob. Crev. cui vox *victores* otiosa videbatur. Tò *circa* displicebat Drak. isque plures etiam Romanorum cecidisse credebat. Inepta et particula *circa* quarto casui juncta, et vox *victores*, ac forte leg. *Circiter quingentos R. s. victi ceciderunt*, h. e. occiderunt.' *Doering.*—9 Put. *hostis;* ceteri *hostes.*

NOTÆ

7 *Quæ pars castrorum*] Dixerit alius, qua parte castra ad hostes vergebant; vel certe qua pars castrorum, &c.

43. Inter hæc ab Hasdrubale, postquam a Placentiæ obsidione abscessit, quatuor Galli equites, duo Numidæ, cum literis ad Hannibalem missi, cum per medios hostes totam ferme longitudinem Italiæ emensi essent, dum Metapontum cedentem[8] Hannibalem sequuntur, incertis itineribus Tarentum delati, a vagis per agros pabulatoribus Romanis ad Q. Claudium proprætorem deducuntur. Eum primo incertis implicantes responsis, ut metus tormentorum admotus fateri vera coëgit, edocuerunt, literas se ab Hasdrubale ad Hannibalem ferre. Cum iis literis, sicut erant, signatis, L. Virginio tribuno militum ducendi ad Claudium consulem traduntur. Duæ simul turmæ Samnitium præsidii causa missæ. Qui ubi ad consulem pervenerunt, literæque lectæ per interpretem sunt, et ex captivis percunctatio facta; tum Claudius, non id tempus esse rei publicæ ratus, quo consiliis ordinariis provinciæ suæ quisque finibus[9] per exercitus suos cum hoste destinato ab senatu bellum gereret, audendum[10] aliquid improvisum, inopinatum, quod cœptum non minorem apud cives, quam hostes terrorem faceret, perpetratum in magnam lætitiam ex magno metu verteret; literis Hasdrubalis Romam ad senatum missis, simul et ipse Patres conscriptos, quid pararet, edocet,[11] ut, cum in Umbria se occursurum Hasdrubal fratri scribat, legionem a Capua Romam arcessant; delectum Romæ habeant; exercitum urbanum ad Narniam hosti opponant. Hæc senatui scripta. Præmissi item[12] per agrum Larinatem,[a] Marrucinum, Frentanum,[13] Prætutianum, qua

[8] *Recedentem versus Metapontum.*

10 Add. *ac novandum* Gron. Doujat. Crev.—11 'Dukerus, orationis nexum desiderans, legendum fortasse suspicatur, *edocet, et ut*, ut 'monet' vel simile quoddam verbum subintelligatur. Ex eadem causa nata esse videtur lectio vet. libr. apud Drakenb. *edocet monetque*; vel, *edocet, monet.*' Doering.—

NOTÆ

[9] *Provinciæ suæ quisque finibus*] Raro terminos provinciæ sibi assignatas excedebant consules aut prætores; nec facile, nisi ex decreto senatus aut populi, copias conjungebant: sed nimirum necessitas novorum pleramque consiliorum artifex, quicquid exigit, approbat.

exercitum ducturus erat, ut omnes ex agris urbibusque commeatus paratos militi ad vescendum in viam deferrent, equos jumentaque alia producerent, ut vehiculorum fessis copia esset. Ipse de toto exercitu civium sociorumque, quod roboris erat, delegit, sex millia peditum, mille equites: pronuntiat, occupare se in Lucanis proximam urbem Punicumque in ea præsidium velle; ut ad iter parati omnes essent. Profectus nocte flexit in Picenum;[a] et consul quidem, quantis maximis itineribus poterat,[14] ad collegam ducebat, relicto Q. Catio legato, qui castris præesset.

44. Romæ haud minus terroris ac tumultus erat, quam fuerat biennio[15] ante,[b] cum castra Punica objecta Romanis mœnibus portisque fuerant; neque satis constabat animis, tam audax iter consulis laudarent vituperarentne. Apparebat (quo nihil iniquius est) ex eventu famam habiturum. 'Castra prope Hannibalem hostem relicta sine duce cum exercitu, cui detractum foret omne, quod roboris, quod floris fuerit; et consulem in Lucanos ostendisse iter, cum Picenum et Galliam peteret, castra relinquentem nulla alia re tutiora, quam errore hostis, qui ducem inde atque exercitus partem abesse[16] ignoraret. Quid futurum, si id palam fiat, et aut insequi Neronem, cum sex millibus armatorum profectum, Hannibal toto exercitu velit, aut castra invadere, prædæ relicta, sine viribus, sine imperio, sine auspicio?'[c] Veteres ejus belli clades, duo consules

[a] *Convertit iter Picenum versus.*

12 *Autem* Gron. Donjat. Crev.—13 In Edd. ante Sigon. *Ferentinum;* et vet. lib. apud eum *Ferentanum.*—14 *Poterat itineribus* Gron. Donjat. Crev. Mox inf. vulgat. ante Sigon. lectio *Q. Tatio.*

15 'Pro *biennio* leg. *quadriennio;* Glar. et Drak. Immo *triennio*, si non numerantur extrema, et *quinquennio*, si eorum ratio habetur; Crev.' *Rupert.*—

NOTÆ

[a] *Per agrum Larinatem, &c.*] Hæc omnia urbium aut populorum vocabula, explicuimus ad Decadem I.

[b] *Biennio ante*] Pleno scilicet, et extremis hinc inde annis non connumeratis: qui si computentur, quadriennium erit; anno enim 542. accesserat Hannibal ad urbem spe liberandæ Capuæ.

[c] *Sine auspicio*] Auspicia enim magistratuum erant, ut hic consulis, qui abscesserat. Nihil autem magnæ rei

proximo anno interfecti terrebant. ‘ Et ea[17] omnia accidisse, cum unus imperator, unus exercitus hostium in Italia esset: nunc duo bella Punica facta, duos ingentes exercitus, duos prope Hannibales in Italia esse. Quippe et Hasdrubalem, patre eodem Hamilcare genitum, æque impigrum ducem, per tot in Hispania annos Romano exercitatum[18 d] bello, gemina victoria insignem,[e] duobus exercitibus cum clarissimis ducibus deletis. Nam itineris quidem celeritate ex Hispania, et[19] concitatis ad arma Gallicis gentibus, multo magis, quam Hannibalem ipsum, gloriari posse. Quippe in iis locis hunc coëgisse exercitum, quibus ille majorem partem militum fame ac frigore, quæ miserrima mortis genera sunt, amisisset.’ Adjiciebant etiam periti rerum Hispaniæ, ‘ haud cum ignoto duce[20] C. Nerone congressurum; sed quem in saltu impedito deprehensus forte, haud secus quam puerum, conscribendis fallacibus conditionibus pacis frustratus elusisset.’ Omnia majora etiam vero præsidia hostium, minora sua, metu interprete, semper in deteriora inclinato, ducebant.

45. Nero, postquam jam tantum intervalli ab hoste fecerat, ut detegi consilium satis tutum esset, paucis milites alloquitur. Negat ‘ ullius consilium imperatoris in speciem audacius, re ipsa tutius fuisse, quam suum. Ad certam eos se victoriam ducere. Quippe ad quod bellum collega non ante, quam ad satietatem ipsius peditum[f] atque equitum datæ ab senatu copiæ fuissent majores instructioresque, quam si adversus ipsum Hannibalem iret,

16 *Abisse* Gron. Crev.—17 Vulgat. ante Gron. lect. *et eo*.—18 *Exercitum* Gron. Doujat. Crev.—19 Edd. ante Sigon. carent τῷ *et*.—20 ‘ Put. *haud cum ignoto cum duce C. Nerone*. Dele prius *cum*, aut scribe, *haud jam ignoto cum duce*.’ J. F. Gron.

NOTÆ

nisi auspicato suscipi, fierive mos erat.

[d] *Romano exercitatum* [*exercitum*] Colb. unus, *exercitatum*: quod perinde est.

[e] *Gemina victoria insignem*] Relata de ambobus Scipionibus fratribus in Hispania cæsis.

[f] *Ad satietatem ipsius peditum, &c.*] Vide supra c. 38.

profectus sit, eo ipsos, quantumcumque virium momentum addiderint, rem omnem inclinaturos.[b] Auditum modo in acie, (nam, ne ante audiretur,[1] daturum operam) alterum consulem et alterum exercitum advenisse, haud dubiam victoriam facturum. Famam bellum conficere, et parva momenta in spem metumque impellere animos. Gloriæ quidem ex re bene gesta partæ[2] fructum prope omnem ipsos laturos. Semper, quod postremum adjectum sit, id rem totam videri traxisse. Cernere ipsos, quo concursu, qua admiratione, quo favore hominum iter suum celebretur.' Et, Hercule, per instructa omnia[5] ordinibus virorum mulierumque, undique ex agris effusorum, inter vota et[3] preces et laudes ibant: illos præsidia rei publicæ, vindices urbis Romæ imperiique appellabant: in illorum armis dextrisque suam liberumque suorum salutem ac libertatem repositam esse. Deos omnes Deasque precabantur, ut illis faustum iter, felixque pugna, matura ex hostibus victoria esset, damnarenturque ipsi votorum, quæ pro iis suscepissent; ut, quemadmodum nunc soliciti prosequerentur eos, ita paucos post dies læti ovantibus victoria obviam irent. Invitare inde pro se quisque et offerre et fatigare[4] precibus, ut, quæ ipsis jumentisque usui essent, ab se potissimum sumerent. Benigne omnia cumulata dare. Modestia certare milites, ne quid ultra usum necessarium sumerent:

[b] *Futurum ea de causa, ut illi (milites ipsius Claudii Neronis) addito quantumcumque tenui momento (ad copias M. Livii alterius consulis) victoriam, si forte nutaret, secum traherent atque inclinarent ad Romanos.*

---

1 Vulgat. lection. *audiatur* jubet Rhenan.—2 'Scripti *partes, pares, partem*: quod postremum editt. ab Andrea ad Moguntinos. Aldus primum *parte*; Juntas *partæ*.' J. F. Gron. 'Forte *speratæ*; Gron. 'Sed gloriæ, quæ adhuc speratur, nullus vel certe non magnus *fructus* est; nec obest, quod *gloria parta* dicitur, quæ adhuc sperabatur: nam hic est frequens usus perfecti, ut et in eo, quod dicit *ex re bene gesta*, i. e. si res bene gesta fuisset; de quo non dubitabat Nero, qui jam certam victoriam animo præsumserat;' Duker. *Partæ* pro *pariendæ*, quæ pareretur, Jac. Gron.' *Rupert.*—3 *Ac* Gron. Doujat. Crev. Mox inf. eæd. habent *liberorumque* pro *liberumque*.—4 Olim legebatur

NOTÆ

[5] *Per instructa omnia*] Supple, itinera vel loca.

nihil morari, nec ab signis absistere[5] cibum capientes:[h] diem ac noctem ire: vix, quod satis ad naturale desiderium corporum esset, quieti dare. Et ad collegam præmissi erant, qui nuntiarent adventum, percunctarenturque, clam an palam, interdiu an noctu, venire sese vellet, iisdem an aliis considere castris. Nocte clam ingredi[6] melius visum est.

46. Tessera per castra[i] ab Livio consule data erat, ut tribunum tribunus, centurio centurionem, eques equitem, pedes peditem acciperet. Neque enim dilatari castra opus esse, ne hostis adventum alterius consulis sentiret; et coarctatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat, quod Claudianus exercitus nihil ferme, præter arma, secum in expeditionem tulerat. Ceterum in ipso itinere auctum voluntariis agmen erat; offerentibus sese ultro et veteribus militibus perfunctis jam militia, et juvenibus, quos certatim nomina dantes, si quorum corporis species roburque virium aptum militiæ videbatur, conscripserat. Ad Senam[k] castra alterius consulis erant; et quingentos

flagitare.—5 'In multis optimisque Mss. *subsistere;* unde Gron. post hæc verba excidisse putabat *nec subsistere:* duo enim esse diversa, excedere ex ordinibus et subsistere cibi capiendi gratia; utrumque autem de illis negatum mirificam prodere diligentiam. Probarunt hæc Crev. et Drak. Contra monet Bauer. diversa quidem esse ista duo, at non h. l. ubi nulla conditio absistendi a signis fuerit, nisi ut cibum caperent; *absistere* autem hic dictum esse pro abire, recedere, remotius consistere, *wegtreten.*' Rupert.—6 'Cantabrig. *clamitare.* Alii *clammare, clamminare.* Videntur velle *clam intrare,* quod ad alterius marginem notatum fuit.' *Jac. Gron.* Olim omitteb. *τὸ melius.*

NOTÆ

[h] *Nec ab signis absistere cibum capientes*] Probarem Gronovianam ex conjectura lectionem, *nec ab signis absistere, nec subsistere, cibum capientes;* verum codices, in quibus est verbum *subsistere,* nulli habent *absistere.*

[i] *Tessera per castra*] Mandatum vel jussum sive tessera sive allo signo datum.

[k] *Ad Senam*] *Senam Gallicam* nimirum, quæ et Senogallia, Senonum Italicorum olim caput, in Veteri Umbria trans Apenninum: de qua paulo ante. Hod. *Sinigaglia* in Urbini ducatu, qui ab Urbano VIII. Ecclesiæ Romanæ ditioni adjunctus. Ea non procul, ad Metaurum fluvium, fusus cæsusque Hannibal; quod frustra quidam ad Cæsenam trahunt, longius ab Metauro dissitam.

inde ferme passus Hasdrubal aberat. Itaque cum jam appropinquaret, tectus montibus substitit Nero, ne ante noctem castra ingrederetur. Silentio ingressi, ab sui quisque[7] ordinis hominibus in tentoria abducti, cum summa omnium lætitia hospitaliter excipiuntur. Postero die consilium habitum, cui et L. Porcius Licinus prætor affuit. Castra juncta consulum castris habebat, et ante adventum eorum, per loca alta ducendo exercitum, cum modo insideret angustos saltus, ut transitum clauderet, modo ab latere aut ab tergo carperet agmen, ludificatus hostem omnibus artibus belli fuerat. Is tum in consilio aderat. Multorum eo inclinant[8] sententiæ, ut, dum fessum via ac vigiliis reficeret militem Nero, simul et ad noscendum hostem paucos sibi sumeret dies, tempus pugnæ differretur. Nero non suadere modo, sed summa ope orare institit, 'ne consilium suum, quod tutum celeritas fecisset, temerarium morando facerent. Errore (qui non diuturnus futurus esset) velut torpentem Hannibalem nec castra sua sine duce relicta aggredi, nec ad sequendum se iter intendisse.[e] Antequam se moveat, deleri exercitum Hasdrubalis posse, redirique in Apuliam.[9] [l] Qui prolatando spatium hosti det, eum et illa castra prodere Hannibali, et aperire in Galliam iter, ut per otium, ubi velit, Hasdrubali conjungatur. Extemplo signum dandum, et exeundum in aciem, abutendumque errore hostium absentium præsentiumque,[m] dum neque illi sciant

[e] *Se dedisse in viam, vel iter arripuisse.*

7 'Pro *quisque* Perizon. ad marg. Liv. mavult *quique*; sed elegantius *ab quisque* plurali jungi solet.' *Doering.*—8 Olim legebatur *inclinabant.* Mox inf. *pugnandi* pro *pugnæ.*—9 'In optimis Mss. *delerique in Apuliam*, omissis mediis verbis. Hinc Gron. conj. *antequam se moveat, debellari posse redirique in Apuliam.* Nos pro vulg. *redireque* (sc. se) reposuimus *redirique*, cui et *que*, ob accentum, mollius jungi monet Bauer.' *Ruperti.*

NOTÆ

[l] *Redirique* [*redireque*] *in Apuliam*] Malim *redirique*, ut respondeat priori passivæ vocis verbo, *deleri exercitum:* et Colbertini, omissis per imprudentiam librarii, quæ media erant, habent, *delerique in Apuliam.* Forte *deferrique in Apuliam.*

[m] *Absentium præsentiumque*] Uterque exercitus deceptus a Nerone, et Hannibalis absentis, et præsentis Hasdrubalis.

cum paucioribus, nec hi cum pluribus et validioribus rem esse.' Consilio dimisso, signum pugnæ proponitur, confestimque in aciem procedunt.

47. Jam hostes ante castra instructi stabant. Moram pugnæ attulit, quod Hasdrubal, provectus [10] ante signa cum paucis equitibus, scuta vetera hostium notavit, quæ ante non viderat, et strigosiores equos.[d] Multitudo quoque major solita [11] visa est. Suspicatus enim id, quod erat, receptui propere cecinit, ac misit ad flumen, unde aquabantur, ubi et excipi aliqui possent, et notari oculis, si qui forte adustioris coloris, ut ex recenti via, essent; simul circumvehi procul castra jubet specularique, num auctum aliqua parte sit vallum, et ut attendant, semel bisne signum canat in castris. Ea cum ordine omnia relata essent, castra nihil aucta errorem faciebant. Bina erant, sicut ante adventum consulis alterius fuerant, una M. Livii, altera L. Porcii; neutris quicquam, quo latius tenderetur, ad munimenta adjectum. Illud veterem ducem assuetumque Romano hosti movit, quod semel in prætoriis castris signum, bis in consularibus referebant cecinisse. Duos profecto consules esse; et,[12] quonam modo alter ab Hannibale abscessisset, cura angebat. Minime id, quod erat, suspicari poterat, tantæ rei frustratione Hannibalem elusum, ut, ubi dux, ubi exercitus esset, cum quo castra collata haberet,[13] ignoraret. Profecto haud mediocri clade absterritum insequi non ausum. Magnopere vereri, ne perditis rebus serum ipse auxilium venisset, Romanisque eadem jam fortuna in Italia, quæ in Hispania, esset. Interdum, literas suas ad eum non pervenisse, credere, interceptisque iis, consulem ad sese opprimendum accelerasse. His anxius curis, extinctis ignibus, vigilia prima dato signo, ut taciti vasa colligerent, signa ferri jussit. In trepidatione et nocturno tumultu

[d] *Equos macilentos, et fame restrictos.*

10 Olim legebatur *profectus*.—11 *Major solito* Edd. ante Gron.—12 Conj.

duces parum intente asservati,[e 14] alter in destinatis jam ante[15] animo latebris subsedit, alter per vada nota Metaurum flumen[n] tranavit. Ita desertum a ducibus agmen primo per agros palatur; fessique aliquot somno ac vigiliis sternunt corpora passim, atque infrequentia relinquunt signa. Hasdrubal, dum lux viam ostenderet, ripa fluminis[f] signa ferri[16] jubet; et per tortuosi amnis sinus flexusque errorem volvens[17 o] haud multum processit, ubi prima lux transitum opportunum ostendisset, transiturus. Sed cum, quantum mare[18] abscedebat, tanto altioribus coërcentibus amnem ripis, non inveniret vada, diem terendo spatium dedit ad insequendum sese hosti.

48. Nero primum cum omni equitatu advenit. Porcius deinde assecutus cum levi armatura. Qui cum fessum agmen carperent ab omni parte[p] incursarentque, et jam, omis-

[e] *Duces itineris qui bini erant, minus diligenter custoditi.*
[f] *Secundum amnis ripam.*

Rupert. *at* vel *ea* pro *et*.—13 *Habuerit* Crev.—14 'Est ab Rhenan. Vulgo olim *parum intente iter asservare*. Put. *parum inte adservat*. Reg. Pet. Men. *parum iter adservant*. Pal. *parum iter adseverant*, et *asservati*. Valde tamen probabiliter Rhenan.' *J. F. Gron.*—15 *Jam inde ante* Gron. Doujat.—16 Put. Reg. Men. Voss. *lux jam ostendentis signa*. 'Verba *ripa fluminis* ab optimis Mss. absunt, prob. Gron. qui tamen malebat *statim signa ferri*, (perseveranter iter facere,) vel *vadum* pro *viam*.' Rupert.—17 '*Errore volvens* (sc. se implicans et circumagens) plures Mss. non improb. Doer.' *Rupert.* Rhenan. conj *obiens* pro *volvens* improb. Gron. quem vid. ad h. l. et Not. Delph. inf.—18 '*Mare* pro *in mare* positum putabat Ern. Sed potius *abscedere, recedere, discedere*, et *diffugere* dicuntur ea, a quibus nos recedimus: v. ad Sil. III. 157. Simplicius tamen est *mari* vel *a mari a*. quod quidam Mss. et plerique editi exhibent.' *Rupert.*

NOTÆ

[n] *Metaurum flumen*] Alius a Metauro Bruttiorum, hic Metaurus Umbriæ. Vul. *Metro;* inter Senogalliam et Fanum evolvitur in mare superum seu Adriaticum.

[o] *Errorem volvens*] Alias, *cum errore volvens;* sed *errorem volvens* ex Put. est, et significat 'viæ implicans errores,' sive 'incertum iter ancipiti ambage texens,' ut Pacatus in Panegyrico Theodosii loquitur: et sic forte Livius dixit 'errorem volvere,' ut Cic. 'orbem versare.' An potius *errorem volvens*, animo scilicet cogitans quantum sibi errandum esset, sequenti varios amnis Metauri flexus, substitit, nec multum processit per noctem?

[p] *Fessum agmen carperent ab omni parte, &c.*] Gallice, *Ils entamoient de tous cotés, et pressoient les troupes d'Hannibal qui étoient harassées.*

so itinere,[q] quod fugæ simile erat, castra metari Pœnus in tumulo super fluminis ripam vellet; advenit Livius peditum omnibus copiis, non itineris modo, sed ad conserendum extemplo prœlium instructis armatisque. Sed ubi omnes copias conjunxerunt, directaque acies est, Claudius dextro in cornu, Livius ab sinistro pugnam instruit: media acies prætori tuenda datur.[19] Hasdrubal, omissa munitione castrorum, postquam pugnandum vidit, in prima acie ante signa elephantos collocat.[20] Circa eos lævo in cornu adversus Claudium Gallos opponit, haud tantum eis fidens, quantum ab hoste timeri eos credebat. Ipse dextrum cornu adversus M. Livium sibi atque Hispanis (et ibi maxime in vetere milite spem habebat) sumsit. Ligures in medio post elephantos positi; sed longior, quam latior, acies erat. Gallos prominens collis tegebat. Ea frons, quam Hispani tenebant, cum sinistro Romanorum cornu concurrit. Dextra omnis acies extra prælium eminens[1] cessabat. Collis oppositus arcebat, ne aut a fronte, aut ab latere aggrederentur. Inter Livium Hasdrubalemque ingens contractum certamen erat, atroxque cædes utrimque edebatur. Ibi duces ambo, ibi pars major peditum equitumque Romanorum; ibi Hispani, vetus miles peritusque Romanæ pugnæ, et Ligures, durum in armis genus. Eodem versi elephanti, qui primo impetu turbaverant antesignanos, et jam signa moverant loco;[r] deinde crescente certamine et clamore, impotentius jam regi, et inter duas acies versari, velut incerti quorum essent; haud dissimiliter navibus sine gubernaculo vagis.[s] Claudius, 'Quid ergo præcipiti cursu

[s] *Non secus ac naves gubernaculo destitutæ, &c.*

19 'Cantabrig. *data.* Et sic solent mutare. Ipse Noster statim, *Ligures in medio post elephantos positi*, cum posset, *ponuntur.*' Jac. Gron.—20 Ab Rhenan. est *locat* pro *collocat.*—1 'Pro *eminens* Drak. conj. *eminus.* Forte leg.

NOTÆ

[q] *Omisso itinere*] Gall. *Ayant quitté la marche.*

[r] *Jam signa moverant loco*] Gall. *Ils avoient poussé et fait reculer la premiere ligne.*

tam longum iter emensi sumus?' clamitans militibus, cum in adversum collem frustra signa erigere conatus esset, postquam ea regione penetrari ad hostem non videbat posse; cohortes aliquot subductas e dextro cornu, ubi stationem magis segnem, quam pugnam, futuram cernebat,[A] post aciem circumducit: et, non hostibus modo, sed etiam suis inopinantibus, in sinistrum hostium latus[a] incurrit; tantaque celeritas fuit, ut, cum ostendissent se ab latere, mox in terga jam pugnarent. Ita ex omnibus partibus, ab fronte, ab latere,[3] ab tergo, trucidantur Hispani Liguresque; et ad Gallos jam cædes pervenerat. Ibi minimum certaminis fuit. Nam et pars magna ab signis aberant, nocte dilapsi stratique somno passim per agros; et, qui aderant, itinere ac vigiliis fessi, intolerantissima laboris corpora, vix arma humeris gestabant.[4] Et jam diei medium erat, sitisque et calor hiantes cædendos capiendosque affatim præbebat.

49. Elephanti plures ab ipsis rectoribus, quam ab hoste, interfecti. Fabrile scalprum cum malleo habebant: id, ubi sævire belluæ ac ruere in suos cœperant, magister inter aures positum, ipso in articulo, quo[5] jungitur capiti cervix, quanto maximo poterat ictu, adigebat. Ea celerrima via mortis in tantæ molis bellua inventa erat, ubi regendi spem vicissent:[6 a] primusque id Hasdrubal instituerat, dux cum sæpe alias memorabilis, tum illa præcipue pugna. Ille

[A] *Quo loco videbat futurum ut potius incassum starent, quam pugnarent.*

Romanis.' Rupert.—2 Jac. Perizon. lapsum fuisse Livium, aut *in dextrum* pro *in sinistrum* legendum esse animadvertit. 'Stroth. monet *dextram aciem* esse Pœnorum sinistram, quæ Romanis ad dextram fuerit, ut mox *sinistrum hostium latus* dextrum, quod Romanis fuerit ad sinistrum.' *Rupert.*—3 *In latere* Edd. ante Gron. Paulo ante *ita ut* pro *ita ex. Ita ut trucidarentur* Rhenan. ingessit.—4 Olim *gerebant.* Men. *portabant.*

5 Vulgat. ante Gron. lectio *ipsa in compage qua.*—6 Edd. plerœque *vi vicisset.* Put. *regendis per vicissent.* Men. et Pal. *regendis pervicissent.* 'Vel *fortuna* est victoria, prosper eventus, vel leg. *dubia*; Bauer. *haud dubie* plerique Mss.

NOTÆ

[a] *Ubi regendi spem vicissent*] Inter diversas lectiones hanc Gron. probat post Rhenanum: estque sensus elephantos, postquam turbati magistris spem ademerant fore ut regere possent, impacto in cervicem scalpro ab ipsis rectoribus interfectos.

pugnantes hortando, pariterque obeundo pericula, sustinuit: ille fessos abnuentesque tædio et labore, nunc precando, nunc castigando, accendit: ille fugientes revocavit, omissamque pugnam aliquot locis restituit. Postremo, cum haud dubie fortuna hostium esset, ne superesset tanto exercitui suum nomen secuto,[t] concitato equo se in cohortem Romanam[t] immisit. Ibi, ut patre Hamilcare et Hannibale fratre dignum erat, pugnans cecidit. Nunquam eo bello una acie tantum hostium interfectum est, redditaque æqua Cannensi clades, vel ducis, vel exercitus interitu, videbatur. Quinquaginta sex millia[u] hostium occisa: capta quinque millia et quadringenti: præda alia magna tum omnis generis, tum auri etiam argentique. Civium etiam Romanorum, qui capti apud hostes erant, supra tria millia[7 x] capitum recepta. Id solatii fuit pro amissis eo prælio militibus. Nam haudquaquam incruenta victoria fuit; octo ferme millia Romanorum sociorumque occisa. Adeoque etiam victores sanguinis cædisque ceperat satietas,[8] ut postero die, cum esset nuntiatum Livio consuli, Gallos Cisalpinos Liguresque, qui aut prælio non affuissent, aut inter cædem effugissent, uno agmine abire sine certo duce, sine signis, sine ordine ullo, aut imperio; posse, si una equitum ala mittatur, omnes deleri; 'Supersint,' inquit, 'aliqui nuntii[9] et hostium cladis, et nostræ virtutis.'

[t] *Qui ipsius auspicia sequebatur.*

---

haud dubia edd. antt.' *Rupert.*—7 '*Supra tria millia* ex optimis Mss. recepi pro vulg. *supra quatuor*.' Rupert. *Quatuor* Gron. Doujat. Crev. c. Drak.—8 *Satias* Gron. Crev.—9 '*Supersint, inquit, aliqui*, propr. *inquiret*: nam ab *ut* pendet. Ante *supersint* Put. addit *que*, Voss. et alii *qui*: unde Gron. ingeniose conj. *Quin supersint*. Cf. ad Tac. A. XIV. 59. 5. et Schelleri Lex.' *Rupert.*

NOTÆ

[t] *Se in cohortem Romanam*] Intellige cohortem sociorum, qui in exercitu Romano: alias manipulos dicendum esset.

[u] *Quinquaginta sex millia*] Quantum a Livio distat hac in re Polyb. qui lib. XI. scribit non pauciores decem millibus e Carthaginiensium exercitu desideratos, connumeratis Celtis, ex Romanis vero circa duo millia!

[x] *Supra tria millia* [*quatuor millia*] *capitum recepta*] Meliores *tria millia* tantum numerant.

50. Nero ea nocte, quæ secuta est pugnam, citatiore, quam inde venerat, agmine, die sexto ad stativa sua atque ad hostem pervenit. Iter ejus frequentia minore, quia nemo [10] præcesserat nuntius, lætitia vero tanta, vix ut compotes mentium præ gaudio essent, celebratum est. Nam Romæ neuter animi habitus satis dici enarrarique potest, nec quo incerta expectatione eventus civitas fuerat, nec quo victoriæ famam accepit. Nunquam per omnes dies, ex quo Claudium consulem profectum fama attulit, ab orto sole ad occidentem, aut senator quisquam a curia atque ab magistratibus abscessit, aut populus a foro. Matronæ, quia nihil in ipsis opis erat, in preces obtestationesque versæ, per omnia delubra vagæ suppliciis votisque fatigare [11] Deos. Tam solicitæ ac suspensæ civitati fama incerta primo accidit, duos Narnienses equites in castra, quæ in faucibus Umbriæ opposita erant, venisse ex prœlio, nuntiantes cæsos hostes. Et primo magis auribus, quam animis, id acceptum erat, ut majus lætiusque, quam quod mente capere, aut satis credere possent; et ipsa celeritas fidem impediebat, quod biduo ante pugnatum dicebatur. Literæ deinde ab L. Manlio Acidino missæ ex castris [7] afferuntur de Narniensium equitum adventu. Eæ [12] literæ, per forum ad tribunal prætoris latæ, senatum curia exciverunt; tantoque certamine ac tumultu populi ad fores curiæ concursum est, ut adire nuntius non posset, traherenturque a percunctantibus,[13] vociferantibusque, ut in Rostris prius, quam in senatu, literæ recitarentur. Tandem summoti et coërciti a magistratibus; dispensarique [14] lætitia inter impotentes ejus animos potuit. In senatu primum,

10 *Nemo enim* in Edd. ante Gron.—11 Olim legebatur *fatigavere*.—12 *Et* Gron.—13 Edd. ante Gron. *præ cunctantibus*. ' Hoc eadem fortuna subjecit Beat. cum legeretur, *ut adire nuntius non posset, traherenturque a percunctantibus vociferantibusque*.' J. F. Gron.—14 ' Hic Beatus longe infelicissimus; quia ab calami errore in libro suo invenit *dissertarique*, nobis obtrudit *vixque servari*.'

NOTÆ

7 *Ex castris*] Quæ in Umbria.

deinde in concione, literæ recitatæ sunt; et, pro cujusque ingenio, aliis jam certum gaudium, aliis nulla ante futura fides erat, quam legatos consulumve[15] literas audissent.

51. Ipsos deinde appropinquare legatos allatum est.[16] Tum enimvero omnis ætas currere obvii, primus quisque oculis auribusque haurire tantum gaudium cupientes. Ad Mulvium usque pontem[z] continens agmen pervenit. Legati (erant L. Veturius Philo, P. Licinius Varus, Q. Cæcilius Metellus) circumfusi[17] omnis generis hominum frequentia in forum pervenerunt, cum alii ipsos, alii comites eorum, quæ acta essent,[18] percunctarentur, et ut quisque audierat, exercitum hostium imperatoremque occisum, legiones Romanas incolumes, salvos consules esse, extemplo aliis porro impertiebant gaudium suum. Cum ægre in curiam perventum esset, multo ægrius summota turba, ne Patribus misceretur, literæ in senatu recitatæ sunt. Inde producti[19 a] in concionem legati. L. Veturius, literis recitatis, ipse planius omnia, quæ[20] acta erant, exposuit cum ingenti assensu, postremo etiam clamore universæ concionis, cum vix gaudium animis caperent. Discursum inde ab aliis circa templa Deum, ut grates agerent; ab aliis domos, ut conjugibus liberisque tam lætum nuntium impertirent. Senatus, quod M. Livius et C. Claudius consules, incolumi exercitu, ducem hostium legionesque occidissent, supplicationem in triduum decrevit. Eam supplicationem C. Hostilius prætor pro concione[1] edixit,[b]

J. F. Gron.—15 Edd. ante Gron. *consulum vel.*
16 Edd. ante Gron. omitteb. *τὸ est. Obviam* suggerit Rhenan. improb. Gron.—17 *Legati erant ... Metellus. Circumfusi* Gron. Doujat. Crev.—18 Rhenan. *quæ acta sint.*—19 In Edd. antt. *introducti* et *inde traducti.*—20 Vulgat. ante Sigon. lect. *recitatis omnia, quæ.*—1 ' Verba *pro concione* in

NOTÆ

[z] *Ad Mulvium usque pontem*] Pons Mulvius seu Milvius, altero ab urbe lapide impositus Tiberi, qui a Latio dividit Etruriam; transitur venientibus Romam per viam Flaminiam; hodie *Ponte Molle.*

[a] *Inde producti*] *Producere* hoc loco pro exhibere accipitur, seu coram sistere. Alias *traducti*, vel *introducti.*

[b] *Pro concione edixit*] *Edicere* est palam pronuntiare atque imperare. Concio, a conciendo dicta, est cœtus

celebrataque a viris fœminisque est. Omnia templa[2] per totum triduum æqualem turbam habuere; cum matronæ amplissima veste cum liberis, perinde ac si debellatum foret, omni solutæ metu, Deis immortalibus grates agerent. Statum quoque civitatis ea victoria movit,[c] ut jam inde, haud secus quam in pace, res inter se contrahere, vendendo, emendo, mutuum dando, argentum creditum solvendo,[3] auderent. C. Claudius consul cum in castra redisset, caput Hasdrubalis, quod servatum cum cura attulerat, projici ante hostium stationes, captivosque Afros vinctos, ut erant, ostendi, duos etiam ex iis solutos ire ad Hannibalem, et expromere, quæ acta essent, jussit. Hannibal, tanto simul publico familiarique ictus luctu, 'agnoscere se fortunam Carthaginis,' fertur dixisse: castrisque inde motis, ut[4] omnia auxilia, quæ diffusa latius tueri non poterat, in extremum Italiæ angulum Bruttios contraheret, et Metapontinos, civitatem universam, excitos sedibus suis, et Lucanorum qui suæ ditionis erant, in Bruttium agrum traduxit.

optimis Mss. desiderantur.' *Rupert.*—2 Olim legebatur *a viris, fœminisque, omniaque templa.*—3 Vet. lib. Sigon. *mutuum dando argentum, creditumque solvendo:* in quibusdam Mss. *emendo, mutuum dando,* desiderantur.—4 'Vet. lib. non habent *ut;* et pro voce *contraheret,* habent *contrahit.*' Sigon.

NOTÆ

populi aut militum ad rem certam convocatorum.

[c] *Statum quoque civitatis ea victoria movit*] 'Commotum omnium statum' dixit Velleius in malam partem, ut ostenderet convulsas fuisse omnium fortunas: atque ita plerumque sumitur verbum *movendi;* hic contra mutatio indicatur in melius.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER XXVIII.

BREVIARIUM.

CAP. 1. In Hispania Hasdrubal, Gisgonis filius, concesserat Gades; Magonis autem exercitus multis copiis, tum ex Africa ab Hannone adductis, tum in Celtiberia conscriptis, auctus erat. Adversus eum mittitur M. Silanus. 2. Multis hostibus cæsis Hanno vivus capitur, et Mago ad Hasdrubalem, Celtiberi domos diffugiunt. Itaque Scipio spem debellandi nactus adversus Hasdrubalem pergit, qui exercitum omnem passim dividit in civitates. 3. Hinc Scipio ipse retro vertit iter, et L. Scipio, frater ejus, in his locis relictus, Origin expugnat. 4. Tum Scipio omnes suas copias in hyberna citerioris Hispaniæ reducit, et ipse concedit Tarraconem. Eodem anno classis Romana, cum M. Valerio Lævino proc. ex Sicilia in Africam transmissa, in Uticensi Carthaginiensique agro late populationes facit, et repetens Siciliam fugat Punicam classem.

5. Eadem æstate P. Sulpicius proc. et Attalus rex, Ætolorum socii, una cum his continuant bellum adversus Philippum, Achæos, Acarnanas, Bœotos, et Eubœos. 6. In Eubœa capiunt Oreum, et Chalcidem oppugnant. 7. Attalus Opuntem diripit; sed agmine hostium oppressus in naves compellitur regnumque suum repetit, a Prusia infestatum. Sulpicius Æginam recipit classem, et Philippus, captis compluribus Græciæ oppidis, Ægium se ad concilium Achæorum recipit. 8. Inde Anticyram, Erythras, Corinthum, Chalcidem, Oreum, Demetriadem trajicit, latoque sociis laborantibus auxilio concedit retro in regnum, ut Dardanis bellum inferat.

9. M. Livius et C. Claudius Nero coss. simul triumphant. 10. L. Veturius Philo et Q. Cæcilius Metellus creantur consules, amboque jubentur in Bruttiis cum Hannibale bellum gerere. Ludi Romani plebeiique. Comitia prætorum. Provinciarum exercituumque divisio. 11. Prodigia et

supplicationes. Ignis in æde Vestæ extinguitur, cæditurque flagris virgo Vestalis. Magna plebis Rom. pars in vastatos agros, et Placentini Cremonensesque cives in colonias, ab accolis Gallis incursatas desertasque, reducuntur. Consules proficiscuntur in Lucanos. 12. Hannibal, mirabilior adversis quam secundis rebus, hoc anno neque lacessit Romanos, neque ab iis lacessitur, et nullus in castris ejus fit motus. In Hispania ulteriore Hasdrubal et Mago magnum comparant exercitum et ad Silpiam considunt. 13. Hinc Scipio ab Tarracone ad Bæculam progreditur, funditque Magonem et Masinissam, qui castra Rom. cum omni equitatu aggressi erant. 14. 15. Paulo post in atroci pugna vincuntur Pœni, turbati inopinata aciei Rom. mutatione et raptim in prælium educti, prius quam cibo corpora firmassent. 16. Duces eorum Gades perfugiunt, et Masinissa cum Silano clam congreditur. Ita debellato pulsisque Hispania Pœnis, Scipio Tarraconem redit. 17. Mox Scipio et Hasdrubal eodem fere tempore in Africam trajiciunt, ut amicitiam cum Syphace, Massæsylorum rege, firment. 18. Ibi Scipio et hospitem et Hasdrubalem, quocum eodem in lecto accumbit, mira comitate facundiaque sibi conciliat, et fœdus facit cum rege. 19. 20. Illiturgi et Castulo, quæ civitates ad Pœnos defecerant, expugnantur a Scipione. 21. Ab eodem Carthagine Nova in honorem patris patruique eduntur ludi funebres et munus gladiatorium, in quo omnes, qui ferro certant, sponte et æmulatione ducti vel in gratiam ducis Rom. pugnant, neque obscuri tantum generis homines, sed clari etiam illustresque, in his Corbis et Orsua, patrueles fratres, de principatu Ibis, civitatis suæ, ambigentes. 22. 23. Astapa capitur a L. Marcio Ignique absumitur, ab ipsis oppidanis accenso, quorum alii fortiter pugnantes perierant, alii uxoribus liberisque obtruncatis rogo se exstructo injecerant. 24. Gravis morbus Scipionis graviorque fama magnas excitat procellas, defectionem Mandonii et Indibilis seditionemque militum in castris ad Sucronem positis, in quibus imperium defertur ad gregarios milites, C. Albium Calenum et C. Atrium Umbrum. 25. Scipio convalescit, et leniter agendum ratus tribunos mittit, qui milites placido permulceant sermone, et ad stipendium, quod non datum ad diem questi erant, petendum Carthaginem Novam convenire jubeant. 26. Auctores seditionis XXXV. per idoneos homines perducti in hospitia, vinciuntur, et reliquæ multitudini, ad concionem vocatæ, armati circumfunduntur ab tergo. 27–29. Oratio Scipionis et pœna damnatorum in consilio. 30. L. Marcius et C. Lælius terra marique Gades petunt, spe a perfugis ostentata hanc urbem proditione recipiendi; 31. sed ea patefacta redeunt Carthaginem; et ad horum discessum non modo respirat Mago, sed etiam spem recuperandæ Hispaniæ nanciscitur, audita Ilergetum rebellione, quorum principes, Mandonius et Indibilis, jam defectionis pœnam metuentes, in Sedetano agro castra ponunt. 32. Scipio multis verbis in perfidiam rebellantium regulorum invehitur indicitque expeditionem. 33. Victoria ejus gloriosa, sed non incruenta ob loci angustias. 34. Mandonium supplicem dimittit clementer, et pecuniam tantummodo imperat. 35. Masinissæ cum eo colloquium. 36. Mago in Italiam trajicere jubetur, et ad Carthaginem Novam appellit classem. 37. Punit

Gaditanos, qui portas redeunti clauserant, et inde ad Pityusam Baliaresque insulas trajicit. 38. Scipio Romam reversus magis tentat triumphi spem, quam petit pertinaciter, et consul creatur cum P. Licinio Crasso pontifice maximo. Prætoria comitia et provinciæ. 39. Legationes Saguntinorum aliorumque populorum in senatu auditæ. 40–42. Scipioni Africam provinciam petenti contradicit adversaturque Q. Fabius Maximus. 43. 44. Hujus orationem ille refutat. 45. Altercatione Patrum inde orta, tribunisque plebis intercedentibus, quo minus de ea re feratur ad populum, Scipioni decernitur Sicilia, permittiturque, ut inde trajiciat in Africam, si id e re publica esse censeat. Idem Scipio ludos edit in Hispania votos, et tum voluntarios scribit milites, tum sociorum impensis XXX. naves longas instruit armatque. 46. Tum ille in Siciliam, collega in Bruttios, prætoresque in suas quisque provincias proficiscuntur; et, quia ad bellum deest pecunia, quæstores jubentur vendere partem agri Campani. Mago classem appellit ad oram Ligurum; et LXXX. naves Pœnorum onerariæ circa Sardiniam ab Cn. Octavio capiuntur. In Bruttiis Romanos Pœnosque pestilentia, et hos super morbum etiam fames afficit.

1. Cum transitu Hasdrubalis, quantum in Italiam declinaverat[1] [a] belli, tantum levatæ Hispaniæ viderentur; renatum ibi subito par priori bellum est. Hispanias[2] ea tempestate sic habebant Romani Pœnique. Hasdrubal, Gisgonis filius, ad oceanum penitus Gadesque concesserat. Nostri maris ora[a] omnisque ferme Hispania, qua in orientem vergit, Scipionis ac Romanæ ditionis erat. Novus imperator Hanno, in locum Barcini Hasdrubalis novo cum exercitu ex Africa transgressus Magonique junctus, cum in Celtiberia, quæ media inter duo maria [b] est, brevi magnum hominum numerum armasset; Scipio adversus

[a] *Regiones ad mare Mediterraneum sitæ.*

1 Al. *inclinaverat.* Rhen. Gryph. et Curio *inundaverat.*—2 Edd. antt. *et* posuerunt ante *Hispanias:* delet autem J. F. Gron. quia in nullo Gall. neque

NOTÆ

[a] *In Italiam declinaverat*] Metaphora sumta est a lancibus, quarum altera translato ex parte in eam pondere deprimitur; altera vero sublevatur. Inter meliores codices variat lectio parum variante sensu: alii habent, *quantum in Italiam inclinaverat belli.*

[b] *Inter duo maria*] Inter Ibericum, quod mediterranei; et Cantabricum, quod oceani pars.

eum M. Silanum cum decem haud plus millibus militum,[3] equitibus quingentis, misit. Silanus, quantis maximis potuit itineribus, (impediebant autem et asperitates viarum, et angustiæ saltibus crebris, ut pleraque Hispaniæ sunt, inclusæ,) tamen non solum nuntios, sed etiam famam adventus sui prægressus, ducibus indidem ex Celtiberia transfugis,[b] ad hostem pervenit. Eisdem auctoribus compertum est, cum decem circiter millia ab hoste abessent, bina castra circa viam, qua irent, esse: læva Celtiberos, novum exercitum, supra novem millia hominum, dextra Punica[c] tenere castra. Hæc stationibus, vigiliis, omni justa militari custodia tuta et firma esse: illa altera soluta neglectaque, ut barbarorum et tironum et minus timentium, quod in sua terra essent. Ea prius aggredienda ratus Silanus, signa quam maxime ad lævam jubebat ferri, necunde ab stationibus Punicis conspiceretur. Ipse, præmissis speculatoribus, citato agmine ad hostem pergit.

2. Tria millia ferme aberat, cum haud dum quisquam hostium senserat. Confragosa loca et obsita virgultis tenebant colles.[1] Ibi in cava valle atque ob id occulta considere militem, et cibum capere jubet. Interim speculatores, transfugarum dicta affirmantes, venerunt. Tum, sarcinis in medium conjectis, arma Romani capiunt, acieque justa[d] in pugnam vadunt. Mille passuum aberant, cum ab hoste conspecti sunt, trepidarique repente cœptum. Et Mago ex castris citato equo ad primum clamorem et tumultum advehitur. Erant autem in Celtibero[2] exercitu quatuor

[b] *Cum ducibus itineris uteretur, qui ex eadem Celtiberia transfugerant ad Romanos.*

[c] *Panorum autem castra occupare loca, quæ ad dextram viæ erant.*

[d] *Et instructa acie atque ordinata progressi sunt.*

Voss. aut in optimo Pal. repertum.—3 In Edd. ante Gron. deletur *haud plus*. In Reg. Voss. et Pall. uno, *cum decem millibus seu plus militum*. In Men. *cum X. millia seu plus militum*. Etiam *seu plus* uterque Petav. ' Pro *militum* perperam correxerant *peditum*: haud raro enim milites pro peditibus ponuntur.' *Doering*.

1 ' Forte lege *obsitos virgultis tenebant colles* sc. hostes: quod etiam Duker. conjecisse video: *obsiti virgultis colles tenebant* (sc. regionem; hujus terræ faciem obtinebant) Put. Flor. et Cant. prob. Crev. Vocem *colles* a glossatore profectam esse et delendam putat Doer.' *Rupert*.—2 *Celtiberorum* Gron.

millia scutati[3][b] et ducenti equites; hanc justam legionem[c] (et id ferme roboris erat) in prima acie locat: ceteros,[4] levem armaturam, in subsidiis posuit. Cum ita instructos educeret castris, vixdum in egressos vallo Romani pila conjecerunt. Subsidunt Hispani adversus emissa tela ab hoste; inde ad mittenda[5] ipsi consurgunt. Quæ cum Romani conferti, ut solent, densatis excepissent scutis; tum pes cum pede collatus, et gladiis geri res cœpta est. Ceterum asperitas locorum et Celtiberis, quibus in prælio concursare mos est, velocitatem inutilem faciebat, et haud iniqua eadem erat Romanis stabili pugnæ assuetis; nisi quod angustiæ et internata[e] virgulta ordines dirimebant, et singuli binique, velut cum paribus, conserere pugnam cogebantur. Quod ad fugam impedimento hostibus erat, id ad cædem eos,[6] velut vinctos, præbebat. Et jam, ferme omnibus scutatis Celtiberorum interfectis, levis armatura et Carthaginienses, qui ex alteris castris subsidio venerant, perculsi cædebantur. Duo haud amplius millia peditum[7] et equitatus omnis, vix inito prælio, cum Magone effugerunt. Hanno, alter imperator, cum eis, qui postremi, jam profligato prælio, advenerant, vivus capitur. Magonem fugientem equitatus ferme omnis et quod veterum peditum erat secuti, decimo die in Gaditanam provinciam[d] ad Hasdru-

[e] *Stirpes hinc inde enatæ.*

Doujat.—3 '*Scutati* duo Mss. prob. Gron. *scuta* et *scutata* reliqui et edd. antt. *scutatorum* edd. recentt. ex emend. Sabellici.' *Rupert.*—4 'Pro *ceteros* Gron. et Crev. dederunt *ceteram*. Sed nostram lectionem plurimi librr. Mss. apud Drakenb. tuentur.' *Doering.*

5 Olim legeb. *ad emittenda:* Vet. lib. *ad remittenda*, prob. Sigon. 'Put. Reg. Men. Pal. *ad mittenda.*' J. F. Gronov.—6 Olim *et ad cædem eos.*—7 Vet. lib.

NOTÆ

[b] *Quatuor millia scutati* [*scutatorum*] Vossius *quatuor millia scutati:* quod conjicit ex Put. in quo *scutata:* in aliis *scuta.*

[c] *Hanc justam legionem*] Romanorum proprie legio dicitur; hic ascribitur Celtiberis, quod et numero et scutis Romanum morem imitarentur. *Ceteros, levem armaturam,* epexegesis est.

[d] *In Gaditanam provinciam*] Tractum intellige Gadibus attributum, qui ad utriusque maris fauces procurrit, ubi conventus Gaditanus postea a Romanis institutus fuit; una cum vicino Bæticæ tractu. Mauro-

balem pervenerunt. Celtiberi, novus miles, in proximas dilapsi sylvas, inde domos diffugerunt. Peropportuna victoria[f] nequaquam tantum jam conflatum bellum, quanta futuri materia belli (si licuisset eis, Celtiberorum gente excita, et alios ad arma solicitare populos) oppressa erat.[8] Itaque, collaudato benigne Silano, Scipio spem debellandi, si nihil eam ipse[9] cunctando moratus esset,[g] nactus, ad id, quod reliquum belli erat, in ultimam Hispaniam adversus Hasdrubalem pergit. Pœnus, cum castra[10] tum forte ad sociorum animos in Bætica continendos in fide haberet,[11] signis repente sublatis, fugæ magis, quam itineris modo, penitus ad oceanum et Gades ducit. Ceterum, quoad continuisset exercitum, propositum bello se fore ratus,[e] antequam freto Gades trajiceret, exercitum omnem passim in civitates divisit,[12] ut et muris se ipsi, et armis muros tutarentur.

3. Scipio ubi animadvertit, dissipatum passim bellum, et circumferre ad singulas urbes arma diutini magis, quam magni, esse operis, retro vertit iter. Ne tamen hostibus

f Victoria hæc admodum opportuna, ingens bellum etsi jam exortum extinxerit, majorem tamen oppressit materiam belli quod futurum erat, si potuissent Pœni post Celtiberorum gentem ad arma concitatam, alios quoque populos ad tumultuandum inducere.

g Modo ipse spem illam non remoraretur propria cunctatione, seu mora sua non corrumperet.

---

haud amplius tria millia peditum.—8 In Edd. ante Gron. *oppresserat*. Gron. autem reponit *oppressa erat* ex Put. Men. trib. Pall. quod non licet *oppresserat* sine casu accusandi poni.—9 Vet. edd. *si nihil jam etiam ipse*, et *si nihil etiam ipse*.—10 Olim *Pœnus cum castra sua*. J. F. Gron. vult *Pœnus qui castra tum forte*.—11 'In edd. Basil. et Sigon. concinniore verborum ordine, hic locus ita legitur, *forte in Bætica ad sociorum animos continendos in fide*.' Doering.—12 Rhenan. *Ceterum quod aciem renuisset exercitum omnem passim in civitates dimisit*. Lectionem exagitatam a Rhenano reponendam censeo. Est enim in omnibus vet. quos legi libris, *quoad continuisset exercitum, propositum bello se fore ratus, antequam freto Gadeis trajiceret, exercitum, &c.*' Sigon. *Dimisit* Gron. Crev.

NOTÆ

rum tempore comprehendebatur his finibus exiguum regnum Algeziræ, cum parte Hispalensis, in Andalusia, quæ ad fretum ac Bætis ostia.

[e] *Propositum bello se fore ratus*] Hasdrubal scilicet, existimans fore, ut quamdiu omnes copias junctas secum retineret, a Scipione, quasi scopus ad ictum destinatus, peteretur, exercitum dispersit ac divisit in civitates.

eam relinqueret regionem, L. Scipionem fratrem cum decem millibus peditum et mille equitum ad oppugnandam opulentissimam in iis locis urbem, Oringin[1] barbari appellabant,[f] mittit. Sita in Melessum finibus[2][g] est Hispanæ gentis. Ager frugifer. Argentum etiam incolæ fodiunt.[h]

1 'Varie hujus urbis nomen in libr. vett. scribitur: alii exhibent *Orongim*; alii *Orongin*; alii *Orongem*; alii *Orocim*.' Doer. Olim legebatur *quam Oringin*, sed τὸ *quam* Put. Reg. Pal. jubent exigi.—2 'Put. *Massessum*, alii Mss. *Messessum*, *Mæsersum*, *Mesenssium*, *Moncensium*, *Mæssensium*, *Mesensium*, *Me-*

NOTÆ

[f] *Oringin barbari appellabant*] In Regio uno scribitur, *Oroncin*; in Colb. altero, *Orongin*. Hanc urbem eandem esse cum *Auringe*, cujus mentio apud Nostrum lib. XXIV. cap. 42. et corrupte *Oningin* scribi apud Plinium, plura sunt quæ suadeant: affinitas præsertim vocum, et situs in Bætica ulteriore. Nam *Oningin* Plin. in Astigitano conventu locat, Noster *Auringem* memorat ultra Mundam, et hic *Oringin* ponit in *Massiensium* finibus (sic enim legendum mox demonstrabitur). Hi vero, Stephano teste, regionem incolebant ἀποκειμένην τοῖς Ταρτησίοις, oppositam vel attributam Tartessiis, quod et Vitruvius testatur. Constat autem Tartessum urbem fuisse freto Gaditano appositam, ubi nunc *Tarifa*. His admissis, *Oringis* neque *Arjona* erit, ut Clusio et Floriano visum; nec *Jaën*, ut Marianæ placebat; (hæ quippe duæ urbes in parte orientali Andaluziæ, et versus fontes Bætis sitæ, ad Cordubensem, non ad Astigitanum conventum referendæ essent:) sed vel *Moron*, ex sententia Beuteri, vel *Coronil*, aut circa hæc loca, quæ nunc in parte Andaluziæ occidua, qua ad meridiem vergit, ubi Seviliæ regnum proximum exiguo regno Algeziræ, quibus respondebat ex parte conventus Astigitanus.

[g] *In Melessum finibus*] Vacillant hic scripti: sed recte Ruben. ducta conjectura ex Put. aliisque melioribus membranis, ubi *Massessum* legitur, *Massiensium* reponit: ejusque conjectura juvari potest ex Regio uno, in quo *Mesenssium* scribitur. Hi populi a Massia civitate Hispaniæ ulterioris nomen habebant, cujus meminit Plin. lib. XXXV. cap. 14. aitque ibi fieri lateres, qui siccati non merguntur in aqua. Regionem nominat Theopompus apud Stephanum, ut et Vitruv. a quo *Massica* dicitur. Urbs forte eadem est cum ea quam Ptol. *Maxilvam* nominat, in Turdetanis; Nic. Sanso *Vallalvam* interpretatur. Miror eruditissimo Gronovio in suspicionem venisse easdem cum Massia et Tartesso, Hispaniæ urbibus, esse Mastiam et Tarseium, quarum mentio in secundo Pœnorum cum Romanis fœdere apud Polyb. lib. III. Has quippe in Africa fuisse ostendit promontorium Pulchrum, his locis adjunctum tanquam vicinis. Accedit quod tunc agebatur de Romanorum navigatione ultra ea loca: at de navigatione ad fretum Gaditanum vix est ut eo tempore Romani cogitarent.

[h] *Argentum etiam incolæ fodiunt*] Hoc novum in agro frugifero. Argentum enim et alia fere metalla ex sterili solo erui, et raro frugibus simul ac metallis agrum eundem abun-

Ea arx fuit Hasdrubali ad excursiones[3] circa in mediterraneos populos[i] faciendas. Scipio, castris prope urbem positis, prius quam circumvallaret urbem, misit ad portas, qui ex propinquo alloquio animos tentarent, suaderentque, ut amicitiam potius, quam vim, experirentur Romanorum. Ubi nihil pacati respondebatur, fossa duplicique vallo circumdata urbe, in tres partes exercitum dividit; ut una semper pars, quietis interim duabus, oppugnaret. Prima pars cum adorta oppugnare est, atrox sane et anceps prælium fuit: non subire, non scalas ferre ad muros præ incidentibus telis facile erat; et jam, qui erexerant ad murum scalas, alii furcis ad id ipsum factis detrudebantur, in alios lupi superne ferrei injecti,[k] ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur. Quod ubi animadvertit Scipio, nimia paucitate suorum exæquatum certamen esse, et jam[4] eo superare hostem, quod ex muro pugnaret; duabus simul partibus,[l] prima recepta, urbem est aggressus. Quæ res tantum pavoris injecit fessis jam cum primis pugnando, ut et oppidani mœnia repentina fuga desererent, et Punicum præsidium metu, ne prodita urbs esset, relictis stationibus in unum se colligeret.[5] Timor inde oppidanos incessit, ne, si hostis urbem intrasset, sine discrimine, Pœ-

---

sessum, Mæsessum: unde Ruben. conj. *Massiensium.*' Rupert.—3 Al. *arx fuit Asdrubalis ad excursiones.*—4 *Etiam* Crev.—5 Ante Gron. *in unum locum*

NOTÆ

dare, Strabo lib. III. notat: Turdetanorum porro terram, utrisque divitem, pro miraculo refert. Argenti vero feracem adeo, ut privati argentum effodientes, triduo talentum Euboicum extraherent. Unde confirmari potest quod de situ Oringis et Massiæ diximus.

[i] *In mediterraneos populos*] Hinc colligi posse videtur longe a mari fuisse Oringin, ut nunc *Moron.*

[k] *Lupi superne ferrei injecti*] Lupi hoc loco sunt instrumenta unca et lupinis dentibus similia, ut Turnebus ait Adversar. lib. XI. cap. ult. At Cœl. Rhodiginus lib. XXI. cap. 24. *Lupos* interpretatur serrulas manubriatas, Gall. *De petites scies emmanchées*, agrestium usibus accommodas.

[l] *Duabus simul partibus*] Exercitu in tria velut corpora diviso, urbem nonnisi una ex tribus partibus oppugnabat L. Scipio: quam fessam, nunc removit, ac duas reliquas, quæ interim quietæ manserant, conjunctim ad oppugnationem advocavit.

nus an Hispanus esset, obvii passim cæderentur. Itaque, patefacta repente porta, frequentes ex oppido sese ejecerunt, scuta præ se tenentes, ne tela procul conjicèrentur; dextras nudas ostentantes, ut gladios abjecisse appareret. Id utrum parum ex intervallo sit conspectum, an dolus aliquis suspectus fuerit, incompertum est. Impetus hostilis in transfugas factus; nec secus, quam adversa acies, cæsi. Eademque porta signa infesta in urbem illata; et aliis partibus securibus dolabrisque cædebantur [et refringebantur[6]] portæ, et, ut quisque intraverat eques, ad forum occupandum (ita enim præceptum erat) citato equo pergebat. Additum erat et triariorum equiti præsidium. Legionarii ceteras partes[7] pervadunt: direptione et cæde obviorum, nisi qui armis se tuebantur, abstinuerunt.[8] Carthaginienses omnes in custodiam dati sunt: oppidanorum quoque trecenti ferme, qui clauserant portas. Ceteris traditum oppidum, suæ redditæ res. Cecidere in urbis ejus oppugnatione hostium duo millia ferme; Romanorum haud amplius[9] nonaginta.

4. Læta et ipsis, qui rem gessere, urbis ejus expugnatio fuit, et imperatori[m] ceteroque exercitui; et speciosum adventum suum, ingentem turbam captivorum præ se agentes, fecerunt. Scipio, collaudato fratre, cum, quanto poterat verborum honore, Carthagini ab se captæ[n] captam ab eo Oringin æquasset, quia et hyems instabat, ut nec tentare Gades, nec disjectum passim per provinciam exercitum

se colligerat. ' τὸ *locum* invitis nostris allevit Rhen.' *J. F. Gron.*—6 ' Verba, in nullo fere Ms. reperta: unde uncinis inclusi.' *Rupert.*—7 Olim legebatur *ceteram partem.* ' Ceterum codex optimus Put. Reg. Men. præcipuusque ex Pall. habent *ceterum partis pervadunt.* Nec mihi sane admodum placet, solo foro appellato, totam aliam urbem dici, *ceteram partem.*' J. F. Gronov. —8 ' Rhenan. resecat vocem *abstinuerunt*, quæ in fine reperiebatur antea, visaque est nobis in Put. Men. Reg. Voss. Etiam Petav. *abstinebant.*' J. F. Gron.—9 *Plus* Gron. Crev.

NOTÆ

[m] *Et imperatori*] P. nempe Scipioni, qui fratrem miserat ad urbem expugnandam.

[n] *Carthagini ab se captæ*] Nempe Novæ, quæ in Hispania; magnam enim Africæ Carthaginem nondum ceperat.

Hasdrubalis consectari posset, in citeriorem Hispaniam omnes suas copias reduxit:[1] dimissisque in hyberna legionibus, L. Scipione fratre Romam misso, et Hannone hostium imperatore ceterisque nobilibus captivis, ipse Tarraconem concessit. Eodem annò classis Romana, cum [2] M. Valerio Lævino proconsule ex Sicilia in Africam transmissa, in Uticensi Carthaginiensique agro late populationes fecit. Extremis finibus Carthaginiensium circa ipsa mœnia Uticæ [o] prædæ actæ sunt. Repetentibus Siciliam classis Punica (septuaginta erant longæ naves) occurrit. Decem et septem naves ex iis captæ sunt, quatuor in alto mersæ. Cetera fusa ac fugata classis. Terra marique victor Romanus cum magna omnis generis præda Lilybæum repetit. Toto inde mari [3] pulsis hostium navibus, magni commeatus frumenti Romam subvecti.

5. Principio æstatis ejus, qua hæc sunt gesta, P. Sulpicius proconsul et Attalus rex cum Æginæ (sicut ante dictum est) hybernassent, Lemnum inde,[p] classe juncta, Romanæ quinque et viginti quinqueremes, regiæ quinque et tri-

1 Olim *in citeriorem Hispaniam recipit exercitum.* 'Sic Rhenanus, et cantat: 'Nos reposuimus veterem sequentes lectionem.' Immo unius maculosi codicis vitiosam scripturam. Etenim Put. et omnes Gall. duoque Pall. *in citeriorem Hispaniam omnis* (vel *omnes*) *suas copias reduxit.*' J. F. Gron.—2 'Tò *cum* delet Sigon. ex improbo suo.' *J. F. Gronov.*—3 'Multi Mss. *tuto inde mari*; judice Drak. non minus apte, si hæc verba jungantur cum *subvecti.*' Rupert.

NOTÆ

[o] *Circa ipsa mœnia Uticæ*] Fuit Utica urbs in Africa sexaginta stadiis a Carthagine, colonia Tyriorum, triennio ferme post Gades, diu ante Carthaginem condita, portu nobilis, et Punicarum Africæ coloniarum post Carthaginem opulentissima: hodie Christianis *Biserta*, incolis Arabibus *Bensarta*. Hinc Cato Uticensis dictus, quod ibi mortem sibi consciverit, desperatis partium Pompeianarum rebus.

[p] *Lemnum inde*] Insula est maris Ægæi Lemnos, inter Chersonesos duas, Chalcidicam et Thraciam; opposita monti Athos qui in Macedonia, inde sex et octoginta passuum millibus distat. Nomen hodie retinet, Græci enim *Limno* adhuc vocant; nec nisi corrupte a nautis *Stalimene* appellatur. Olim Vulcani officinam poëtæ in ea locabant: a quo et nomen habuit urbs Hephæstias, id est, Vulcania. In ea effoditur terra Lemnia sive sigillata, quæ contra venena valet. Venetis erepta fuit a Mahomete II. Turcarum imperatore.

ginta, transmiserunt. Et Philippus, ut, seu terra seu mari obviam eundum hosti foret, paratus ad omnes conatus esset, ipse Demetriadem ad mare descendit: Larissam diem ad conveniendum exercitui edixit. Undique ab sociis legationes Demetriadem ad famam regis convenerunt. Sustulerant enim animos Ætoli, cum ab Romana societate,[1] tum post Attali adventum, finitimosque depopulabantur. Nec Acarnanes solum Bœotique et qui Eubœam incolunt in magno metu erant; sed Achæi quoque, quos super Ætolicum bellum Machanidas etiam Lacedæmonius tyrannus, haud procul Argivorum[2] fine[q] positis castris, terrebat. Hi omnes, suis quisque urbibus, quæ pericula terra marique portendebantur,[3] memorantes, auxilia regem orabant. Ne[4] ex regno quidem ipsius tranquillæ[5] nuntiabantur res: et Scerdilædum[6] Pleuratumque motos esse, et Thracum maxime Mædos,[7 r] si quod longinquum bellum regem occupasset, proxima Macedoniæ incursuros. Bœoti quidem[8] et interiores[9] Græciæ populi, Thermopylarum saltum,[s] ubi

1 Olim legebatur *ob Romanam societatem.* ' Vet. lib. *ab Romana societate:* nota dicendi forma est.' *Sigon.*—2 ' *Argeorum* Rhenani ab ineptiente librario vel correctore est.' *J. F. Gron.*—3 *Portenderentur* Gron. Crev. Doujat.—4 In Edd. Gron. 1664. et Doujat. *nec.*—5 ' Mss. *ipsi ut tranquillæ.* Lege, *ipsi sat tranquillæ.*' J. F. Gron.—6 In Edd. ante Gron. *Scedilelum Pleuratumque.* —7 Olim legebatur *Medos.*—8 Vet. libr. *Bœoti quidem ipsi, &c.* ' Τὸ *ipsi* omnes scripti ignorant.' *J. F. Gron.*—9 ' Pro *interiores* mavult J. F. Gron. *interioris;* et sic legitur quoque in Edd. Francof. anni 1578.' *Doering.*—

NOTÆ

[q] *Argivorum fine*] *Fine* pro finibus.

[r] *Mædos*] Populi Mædi, a quibus Mædica regio, diversa a Mæsia. Mædos Thraciæ populos, conterminos Dardanis facit Strabo lib. VII. Et vero ultra fluvium Strymonem erant. Vide supra Jamphorina lib. XXVI. c. 25.

[s] *Thermopylarum saltum*] Græci Thermopylas appellarunt fauces sive angustias, quibus ex Helladis provincia Locride in Phthiotidem Thessaliæ aditus patet, non ultra pedes quinque et viginti latus. Hæ inter Œtam montem et sinum Maliacum: duobus montium jugis, hinc Callidromo, inde Tychiunte sepiuntur. Pylæ dictæ sunt, seu portæ, quod ingressum præbeant portarum instar: et vero sæpius muro interclusæ fuerunt ad arcendos hostes. Thermopylæ autem appellatæ ob vicinas thermas, id est, calida lavacra. Nunc Italis vocantur *Bocca di Lupo,* Græcis *Lycostoma.* Has angustias trecenti Spartani, Leonida duce, adversus immensas Xerxis Persarum regis copias propugnarunt, donec vita superfuit.

angustæ fauces coarctant iter, fossa valloque intercludi ab Ætolis, nuntiabant, ne transitum ad sociorum urbes tuendas Philippo darent. Vel segnem ducem tot excitare tumultus circumfusi poterant. Legationes dimittit, pollicitus, prout tempus ac res se daret,[10 t] omnibus laturum se auxilium. In præsentia, quæ maxime urgebat res, Peparethum [11 u] præsidium urbi mittit; unde allatum erat, Attalum, ab Lemno classe transmissa, omnem circa urbem agrum depopulatum. Polyphantam cum modica manu [12] in Bœotiam, Menippum item quemdam ex regiis ducibus cum mille peltastis [x] (pelta cetræ haud dissimilis est) Chalcidem mittit. Additi quingenti Agrianum,[13 y] ut omnes insulæ

10 'Put. Flor. *tempus ac resideret.* Inde nihil potuit fieri commodius quam, *res se daret;* quod clare conspicitur in Men. Voss. et uno Pal. Neque tamen absurdum Rhenani, *tempus ac res sineret*, quamvis id locum hic habere neget Modius.' *J. F. Gron.*—11 Olim legebatur, *quæ maxime urgebant res, parerent, tum præsidium.* 'Lectionem *Peparethum* ex corruptarum lectionum vestigiis feliciter Nostro restituerunt Sigon. et Gron.' *Doer.* 'Put. Reg. Men. *urgebat respirarentium præsidium:* ultima varietas aliter habetur in duobus posterioribus: nam Men. Pal. et Voss. *Limnum.* Reg. Petav. et Pal. alter *Lemnum.*' J. F. Gron.—12 Ante Gron. *Polyphantum cum modica.*—13 'Ita pro *Æxianum* leg. ex Polyb. cui Ἀγριᾶνες dicuntur II. 65. v. 79. x. 42. populus

NOTÆ

Ibi habebatur totius Græciæ conventus, sive concilium Amphictyonum.

t *Prout tempus ac res se daret*] Ita Colb. Reg. autem, *prout tempus ac res sineret;* neutrum absurdum, illud elegantius, quicquid reclamet Rhen. sic Plaut. in Bacchid. 'an nesciebat,' inquit, 'quam ejusmodi homini raro tempus se daret?' Adjungi alia possunt his quæ profert in hanc rem Gronov.

u *Peparethum*] Scribebatur vulgo: *quæ maxime urgebant res parerent. Tum præsidium urbi mittit.* In uno Colb. scribitur hic locus per verba singularis numeri: *quæ maxime urgebat respiraret. Humum præsidium urbi mittit.* Ex ambobus, emendatis ut par est, confici potest sensus quem ex Polyb. eruerat Sigon. et quem confirmat Gron. hac lectione: *quæ maxime urgebat res: Peparethum præsidium urbi mittit:* quo intelligatur missas in insulam Peparethum copias, quæ in ea urbem ejusdem nominis tuerentur. Est enim Peparethus insula exigua maris Ægei, haud multum distans ab Thessaliæ continente, ejusque regione Magnesia, intermedia Scyatho insula paulo minore: hodie *Saraquino* ex Sophiano; alii *Piperi* dici aiunt.

x *Cum mille peltastis*] *Peltastæ* vocabantur apud Græcos peltis armati; quod brevis clypei genus sine umbone, forma lunæ semiplenæ. Amazonum pelta hederæ figuram imitabatur, auctore Xenoph.

y *Quingenti Agrianum*] Vulgo *Æxianum:* sed ex Polybio *Agrianes* restituit Sigon. quos Stephanus Pæoniæ

partes tueri possent. Ipse Scotussam est profectus;[s] eodemque ab Larissa Macedonum copias traduci jussit. Eo nuntiatum est, concilium Ætolis Heracleam[a] indictum, regemque Attalum, ad consultandum de summa belli, venturum. Hunc conventum ut turbaret subito adventu, magnis itineribus Heracleam duxit. Et concilio quidem dimisso jam venit: segetibus tamen, quæ prope [14] maturitatem erant, maxime in sinu Ænianum [15 b] vastatis, Scotussam copias reducit. Ibi exercitu omni relicto, cum cohorte regia Demetriadem sese recipit. Inde ut ad omnes hostium motus posset occurrere, in Phocidem [16 c] atque Eubœam et

Thracicus s. Pannonicus ad Strymonem fl. a quo diversi *Agræi*.' Rupert.—14 Olim legebatur *quæ jam prope*.—15 '*In sinu Ænianum*: (cf. Schweigh. ad Polyb. X. 42.) ita optimi Mss. non *Æniano*; nisi malis *Æniane*, (ὁ Αἰνιὰν s. Αἰνειὰν κόλπος, vel ὁ Αἰνιάνων s. Αἰνεάνων κόλπος,) h. e. in terris circa sinum hunc, ut XXXVII. 6. pr. 'in sinum Maliacum,' (et Liris fl. pro regione circa eum ap. Flor. I. 18. 28. ubi cf. Duk.) terra, non mari, 'venerat;' Gron. qui etiam monet, *Ænianum* recte repositum pro *Æneatium* XXXIII. 3. et *Æneatum* XL. 4. pr. pro *Æninum*, ut majores Poridis fuerint non Ænianes, (quia tum nec habuisset quicquam metuendum a Philippo, cui nulla eam in gentem jurisdictio, nec Thessalonicæ habitasset, et 'Æneam ad statum sacrificium' profectus esset) sed Æneates.' *Rupert*.—16 Olim *occurrere etiam in Phocidem*. 'Om-

NOTÆ

populos nominat. Verum, cum inter Hæmum et Rhodopen locet, apparet ad Thraciam pertinere. Strabo quoque lib. IX. Thraciæ tribuere videtur, cum Triballos ab Agrianibus ad Istrum, quindecim dierum itinere, habitasse scribit. Et vero Agrianes fluvius, cujus illi accolæ, et a quo nomen acceperant, ab Hæmo monte descendit in Hebrum, media fere in Thracia, quæ nunc Romania proprie.

[s] *Scotussam est profectus*] Duæ fuere hoc nomine civitates: altera in Odomantice Macedoniæ regione septemtrionali: altera in Pelasgiotidis et Magnesiæ confinio, quæ Thessaliæ regiones sunt. De posteriori loquitur hoc loco Livius, quæ nomen adhuc retinere dicitur.

[a] *Heracleam*] Cum plures sint Heracleæ, indicatur Trachinia, quæ in Phthiotide, haud procul sinu Maliaco, inter Sperchium et Asopum Thessalicos amnes. Nunc *Comaro* Pineto dicitur.

[b] *In sinu Ænianum* [*Æniano*] Sinus nomine hic intelliguntur loca seu terræ sinui adjacentes; et Gron. legendum censet, vel *in sinu Æniane*, vel, ut est in scriptis, *in sinu Ænianum*, quorum gens Locris Epicnemidiis vicina circa Œtam montem, ad Maliacum sinum degebat, Ætolis hoc tempore contributa, cum alias ad Perrhæbos pertinerent juxta Othryn colentes, ut Strab. et Steph. idem tradunt. Itaque sinus Ænianum parum distat ab sinu Œtæo, Maliaco, seu Lamiaco. Porro hi Ænianes diversi fuere ab Æniis ex Æno urbe Chersonesi Thracicæ, et ab Æniatibus ex Ænia oppido Macedoniæ, cujus mentio lib. XLV.

[c] *In Phocidem*] Fuit Phocis regio Helladis sive Græciæ proprie dictæ,

Peparethum mittit, qui loca alta eligerent, unde editi ignes apparerent.[d] Ipse in Tisæo[17 c] (mons est in altitudinem ingentem cacuminis editi) speculam posuit, ut ignibus procul sublatis signum, ubi quid molirentur hostes, momento temporis acciperet. Romanus imperator et Attalus rex a Peparetho Nicæam[f] trajecerunt. Inde classem in Eubœam ad urbem Oreum[g] transmittunt, quæ ab Demetriaco sinu[18 h] Chalcidem et Euripum petenti ad lævam prima urbium Eubœæ posita est. Ita inter Attalum ac Sulpicium convenit, ut Romani a mari, regii a terra oppugnarent.

6. Quatriduo post, quam appulsa classis est, urbem aggressi sunt. Id tempus occultis cum Platore, qui a Philippo præpositus urbi erat, colloquiis absumtum est. Duas arces urbs habet, unam imminentem mari, altera urbis media est.[1 i] Cuniculo inde via ad mare ducit, quam a mari

nes Gall. et Voss. ut spurium arguunt τὸ *etiam*.' J. F. Gron.—17 Olim *Cissæo*. ' Quod Glareanus quærit Cissæum montem, imperite facit: etenim nullus est. Tisæum autem invenio apud Polyb. lib. XXI. Veteres etiam Liviani libri habent *Thisæo*, non *Cissæo*.' Sigon.—18 ' Non alibi memoratur sinus Demetriacus. *Maliaco* conj. Duker.' *Rupert*.

1 *Altera urbis medio est*, ante Gron. ' Reg. *altera in urbis medio est*. Put.

NOTÆ

quam Ptol. Achaiæ nomine indigitat, ubi Delphi et Parnassus. Sita erat inter Œtam montem et sinum Cirrhæum. Ei Dores et Locri Ozolæ ad occasum, Bœoti cum reliquis Locris ad ortum: nunc pars est *Livadiæ*.

[d] *Unde editi ignes apparerent*] Non absimilem usum præstant in Hispania turres locis altis, præsertim maritimis, positæ, quarum meminit Noster lib. XXI. cap. 19. Minori paulo celeritate, sed longe certius, Galli veteres quæ ubique gerebantur, literis consignata, per dispositos ad certa et vicina inter se spatia homines eximiæ pernicitatis, nuntiabant, teste Cæsare: quæ origo videri potest publici veredorum usus.

[c] *In Tisæo*] Tisæus mons est Thessaliæ in Phthiotide, unde Tisæum promontorium in sinu Pelasgico, si Laurembergii tabulis fides.

[f] *Nicæam*] Plures sunt ejus nominis urbes, hæc fuit non procul sinu Maliaco in Locris Epicnemidiis.

[g] *Oreum*] Patet ex ipso Livio *Oreum* in Eubœa insula fuisse, ejusque extima parte ab Euripo aversa, et sic in ora maris Ægæi: nunc *Loreo* dici volunt.

[h] *Ab Demetriaco sinu*] Hic sinus, idem cum Pelasgico, qui *Golfo di Armiro* Italis, vel potius ejus pars, a Demetrio urbe nomen accepit, (de quo proximo cap.) estque ad confinia Phthiotidis et Magnesiæ.

[i] *Altera urbis media* [*medio*] *est*] Reg. Gronov. visus, *altera in urbis medio est*. Put. cum Reg. quem præ manibus

turris quinque tabulatorum, egregium propugnaculum, claudebat. Ibi primo atrocissimum contractum est certamen, et turre instructa omni genere telorum, et tormentis machinisque ad oppugnandam eam ex navibus expositis. Cum omnium animos oculosque id certamen avertisset, porta maritimæ arcis Plator Romanos accepit, momentoque arx occupata est. Oppidani, pulsi inde in mediam urbem, ad alteram tendere arcem. Et ibi positi erant, qui fores portæ objicerent. Ita exclusi in medio cæduntur capiunturque. Macedonum præsidium conglobatum sub arcis muro stetit; nec fuga effuse petita, nec pertinaciter prælio inito. Eos Plator, venia a Sulpicio impetrata, in naves impositos ad Demetrium Phthiotidis exposuit: [k] ipse ad Attalum se recepit. Sulpicius, tam facili ad Oreum successu elatus, Chalcidem inde protenus victrici classe petit. Ubi haudquaquam ad spem eventus respondit. Ex patenti utrimque coactum in angustias mare speciem intuenti primo gemini portus in ora duo versi præbuerit: sed haud facile alia infestior classi statio est. Nam et venti ab utriusque terræ prealtis montibus subiti ac procellosi se dejiciunt,[a 1] et fretum ip-

altera urbis media est. Ita scribe.' *J. F. Gron.*—2 Olim legebatur, *decidunt.* ' Omnes, ut ante Rhenan. *et venti ab utriusque terræ prealtis montibus subiti ac procellosi dejiciunt.* Posses cogitare illa: venti ponunt, mutant, vertunt. Aut si hoc displicet, mitius certe fuerat *procellosi se dejiciunt*, aut *dejiciuntur*, quam *decidunt*, quod ex sola opinione Rhenan. receperunt Edd.' *J. F. Gron.*

NOTÆ

habeo, *altera urbis media est:* quomodo scribi jubet Gronov. eam formam loquendi firmari putans ex Silio Italico lib. I. ' concidit exacti medius per viscera teli,' ut habent meliores editiones, quo significari vult hostem sic perfossum telo, ut hujus mediam partem intra viscera absconditam habeat, prominente hinc capulo, inde mucrone. Mihi priorum lectionum alterutra magis arridet: utpote Latina, licet minus recondita, et minus affectata phrasi, qualibus non semper utique Livius utitur.

[k] *Ad Demetrium Phthiotidis exposuit*] Phthia patria fuit Achillis, et Phthiotis regio Thessaliæ: Demetrium autem Thessalicum, Stephanus jacere ait ad Amphrysum amnem. Strabo lib. IX. Demetrium, sic dictum a Cereris fano quæ Græcis Δημήτηρ, in ditione Protesilai fuisse ait, atque ab eo Pyrasum vocatam, urbem portu commodo, 20. stadia a Thebis Phthioticis.

[l] *Subiti ac procellosi se dejiciunt*] Vulgaris a Rhenano lectio *venti* .... *decidunt:* scripti autem habent *pro-*

sum Euripi[m] non septies die,[3] sicut fama fert, temporibus statis reciprocat; sed temere in modum venti,[4n] nunc huc, nunc illuc verso mari, velut monte præcipiti devolutus torrens rapitur. Ita nec nocte, nec die quies navibus datur. Cum classem tam infesta statio accepit, tum et oppidum, alia parte clausum mari, alia ab terra egregie munitum præsidioque valido firmatum, et præcipue fide præfectorum principumque, quæ fluxa et vana apud Oreum fuerat, stabile atque inexpugnabile fuit. Id prudenter, ut in temere suscepta re, Romanus fecit, quod, circumspectis difficultatibus, ne frustra tempus tereret, celeriter abstitit incepto, classemque inde ad Cynum[o] Locridis[p] (emporium id est urbis Opuntiorum[4] mille passuum[5] a mari sitæ) trajecit.

[n] *Prout ventus varie flat, vel non secus ac ventus, tempore incerto.*

—3 ' Vet. libr. *septies in die.*' Sigon.—4 Ante Gron. *emporium id est Opuntio-*

NOTÆ

cellosi dejiciunt: unde Gron. fieri posse putat *se dejiciunt*, vel *dejiciuntur*. Quid si *dejiciunt* referatur ad naves, quæ ingruentibus ventis deprimantur?

[m] *Fretum ipsum Euripi*] Deductum putatur Euripi nomen a verbo *ἐρείπω*, quod est *ventilare*, unde Euripus fretum reciprocans: quanquam in genere de fretis omnibus dicitur, immo et producitur ad squæductus. Per antonomasiam vero hoc nomen sibi vindicavit Euboicum seu Chalcidicum fretum, quod et Bœoticum; angustum scilicet mare, et sinus, quo Eubœa insula dirimitur a continente Græciæ strictius sumtæ. De hujus, ut et de Tauromenitani in Sicilia Euripi æstu Plin. lib. II. c. 97. Figurate ad homines inconstantes atque instabiles nomen Euripi porrexerunt Græci, atque adeo ad res ipsas: est enim receptum apud eos *εὔριπος ἄνθρωπος*, et *εὔριπος τύχη*. Ceterum ab Euripo ad urbem Chalcidem totamque tandem Eubœam translata est a Græcis appellatio: unde corruptum nomen hodiernum. Turcis enim *Egripos* appellatur: Italis adhuc corruptius *Negreponte*. Unde nostris Euripus ipse, *Le Détroit; le Golfe de Negrepont*. V. XXXI. 47.

[n] *Sed temere in modum venti*] Horis nempe ac temporibus incertis, quemadmodum venti spirant. Servat tamen hic Euripus Chalcidicus æstibus suis certam rationem, licet pro variis anni temporibus diversam. Eam, velut sibi exploratam, describit Sponius in Itinerario suo per Græciam, Gallice nuper vulgato.

[o] *Ad Cynum*] In Locris Opuntiis ad sinum Maliacum fuit oppidum Cynus, Euripo et ipsum appositum; Ædepso Eubœæ oppositum: Opuntis navale. Ibi Deucalion et Pyrrha habitasse credebantur.

[p] *Locridis*] Alii occidentales fuere Locri, Ozolæ cognominati, a gravi apud eos terræ et aquæ alicubi odore,

7. Philippum et ignes ab Oreo editi monuerant,[1] [q] sed serius Platoris fraude e specula elati: et impari maritimis viribus haud facilis erat in insulam classi accessus. Ita res per cunctationem omissa. Ad Chalcidis auxilium, ubi signum accepit, impigre est motus. Nam et ipsa Chalcis, quanquam ejusdem insulæ urbs est, tamen adeo arcto interscinditur freto, ut ponte continenti jungatur,[r] terraque aditum faciliorem,[2] quam mari, habeat. Igitur Philippus, dejecto præsidio fusisque Ætolis, qui saltum Thermopylarum insidebant, cum ab Demetriade Scotussam,[3] inde de tertia vigilia profectus, trepidos hostes Heracleam compulisset, ipse uno die Phocidis Elatiam [s] millia amplius sexaginta contendit. Eodem ferme die ab Attalo rege Opuntiorum urbs [t] capta diripiebatur. Concesserat eam prædam regi Sulpicius, quia Oreum paucos ante dies ab Romano milite, expertibus regiis, direptum fuerat. Cum Romana classis eo se recepisset,[4] [u] Attalus, ignarus adventus Phi-

rum. Put. *id est orbis et pontiorum mille.*—5 'Απέχει δὲ θαλάσσης περὶ πεντεκαίδεκα σταδίους Strab. quæ duo ferme millia passuum sunt. Hinc Duk. Wesael. ad Antonini Itin. p. 327. et Drak. suspicantur Livium scripsisse *M. P. II.* vel *MM passuum*, h. e. duo millia passuum.' *Rupert.*

1 Vulgat. ante Sigon. scriptura *moverant.* 'Placet magis, ut est in vet. lib. *monuerunt.*' Sigon.—2 Ante Gron. *terra aditum faciliorem.* Contra Rhenanum omnes Gall. Voss. et Pal. *terraque.*—3 '*Igitur Philippus* cett. Crev. qui sæpius in verbis scriptoris Nostri transponendis sibi indulsit, hunc locum ita in ordinem redigendum putat: *Igitur Philippus quum ab Demetriade Scotussam, inde de tertia vigilia profectus, dejecto præsidio, fusisque Ætolis, qui saltum Thermopylarum insidebant, trepidos hostes Heracleam compulisset, ipse uno die* cett.' *Doering.*—4 Edd. ante Gron. *Oreum sese receperat, et Attalus.* 'Sic Andreas et omnes usque ad Magontiacenses, et retulit Rhenan. pro eo, quod ex Aldo inoleverat, *cum Romana classis eo se recepisset.*' J. F. Gron. Apud

NOTÆ

ad sinum Corinthiacum: hi hodie in Livadiæ parte: alii orientales a prioribus Parnasso, ac Phocidis et Bœotiæ parte interjacente, diremti, ad Euripum; divisi in Opuntios et Epicnemidios, qui nunc sub *Stramulipa*, ni fallor.

[q] *Ignes ab Oreo editi monuerant*] Vide cap. prox.

[r] *Ut ponte continenti jungatur*] Adhuc quoque ita se res habet.

[s] *Phocidis Elatiam*] Maxima Phocensium post Delphos Elatia, seu Elatea, ad Cephisum fluvium, qui in Copaidem influit paludem.

[t] *Opuntiorum urbs*] Locri Opuntii cognominantur ab urbe, quæ Opus, Opuntis, dicitur; Ajacis Oilei quondam sedes: ab ea sinus Opuntius.

[u] *Cum Romana classis eo se recepisset*] Sic optimi, et cum aliis Colb. *eo se recepisset*, nempe Cynum Locridis

lippi, pecuniis a principibus exigendis[x] terebat tempus. Adeoque improvisa res fuit, ut, nisi Cretensium quidam, forte pabulatum ab urbe longius progressi, agmen hostium procul conspexissent, opprimi potuerit. Attalus inermis atque incompositus cursu effuso[5] mare ac naves petit; et molientibus ab terra naves[i] Philippus supervenit,[6] tumultumque etiam ex terra nauticis præbuit. Inde Opuntem rediit, Deos hominesque accusans, quod tantæ rei fortunam ex oculis prope raptam amisisset. Opuntii quoque ab eadem ira[y] increpiti, quod, cum trahere obsidionem in adventum suum potuissent, viso statim hoste, prope in voluntariam deditionem concessissent. Compositis circa Opuntem rebus, Toronem[7 z] est profectus. Et Attalus primo Oreum se recepit.[8] Inde, cum fama accidisset, Prusiam Bithyniæ regem[a] in fines regni sui transgressum, omissis

[i] *Supervenit Philippus Attalicis, conantibus naves e portu in altum impellere.*

Gron. *cum Romana classis Oreum se recepisset.* ‘ *Cum Romana classis* a Chalcide *eo se recepisset* scil. Cynum Locridis, ubi in statione erat, ut faveret Attalo Opuntem capienti; Gron. Cf. cap. 6. extr. Recte: sed forte *Cynum* leg. pro *eo*, ne subjectum nimis remotum sit, et quia *Oreum* pro *eo* exhibent quidam Mss. et edd. vett. vel τὸ *eo* referendum ad *Opuntiorum urbem*, cujus navale fuit *Cynus*.’ Rupert.—5 *Effuso* del. Crev.—6 Lect. antiq. *Philippus advenit, metumque.* ‘ *Advenit* in primo invenio Gryp. *metum* dedit Rhenan.’ *J. F. Gron.*—7 ‘ Rectius pro *Toronem* Glareanus legendum esse suspicatus est *Thronium*, quod est oppidum Locridis haud procul Opunte.’ *Doering.*—8 ‘ Pro *se recepit* in omnibus fere Mss. legitur *est profectus*, inepta eorundem verborum repetitione. Hinc recte, opinor, utrumque correctoribus tribuit Gron. et Livium scripsisse putat, *Et Attalus*

NOTÆ

portum, ut Attalo expugnanti Opuntem faverent Romani. Nihil igitur attinet Orei nunc mentionem fieri, quod antea expugnatum fuerat. Et male vulgo legitur *Oreum sese recepisset.*

[x] *Pecuniis a principibus exigendis*] Intellige a primatibus captæ civitatis Opuntiorum.

[y] *Ab eadem ira*] Ex causa ejusmodi doloris, nempe amissæ occasionis, Philippus Opuntios increpuit.

[z] *Toronem*] Est quidem Torone urbs Macedoniæ in Paraxia regione a qua Toronaicus sinus: quæ urbs nunc *Castel Rampo* Italis. Sed longe distat ab iis regionibus de quibus hic agitur: unde Glar. et Sigon. exponi volunt *Thronium*, quod oppidum est Locrorum Epicnemidiorum ad Boagrium fluvium et sinum Maliacum, (quod olim incensum fuerat a Xerxe,) non procul Cnemide horum Locrorum primaria urbe. Constanter tamen *Toronem* habent membranæ quas videre mihi contigit.

[a] *Prusiam Bithyniæ regem*] Nicomedis primi filius, Zielæ frater, Pru-

rebus[9] atque Ætolico bello, in Asiam trajecit. Et Sulpicius Æginam classem recepit,[10] unde initio veris profectus erat. Haud majore certamine, quam Opuntem Attalus ceperat, Philippus Toronem cepit. Incolebant urbem eam profugi ab Thebis Phthioticis. Urbe sua[b] capta a Philippo, cum in fidem Ætolorum perfugissent, sedem eis Ætoli eam dederant urbis vastatæ ac desertæ priore ejusdem[11] Philippi bello. Tum ab Torone, sicut paulo ante dictum est, recepta profectus, Tritonon[c] et Drymas,[12][d] Doridis parva atque ignobilia oppida, cepit. Inde Elatiam, jussis ibi se opperiri Ptolemæi Rhodiorumque legatis, venit. Ubi cum de finiendo Ætolico bello ageretur, (affuerant enim legati nuper Heracleæ concilio Romanorum Ætolorumque,) nuntius affertur, Machanidam Olympiorum solenne ludicrum parantes Eleos aggredi statuisse.[e] Prævertendum id

primo Oreum; inde... in Asiam trajecit; Sulpicius cet.' *Rupert.*—9 ' *Τὸ rebus* adjecit Rhenan. quod in prioribus edit. deerat.' *J. F. Gron.* Add. *Romanis* Gron. Doujat. Crev.—10 *Recipit* Gron. Doujat. Crev.—11 *Pervenissent, &c. vastæ ac desertæ priore quidem,* Edd. ante Gron.—12 ' *Tritonon et Drymas.* In optimis Mss. *Uthronon, Uthuronon, Uthoronon,* et *Drumias, Drymias;* unde *Tethronion* s. *Tithronion et Druniam* suspicari possis. *Τιθρόνιον* dicitur Pausan. X. 3. et 33. *Τεθρόνιον* Herodot. VIII. 33. *Τρίτωνος* Steph. *Tithrone* Plin. IV. 3. *Δρυμία* Steph. *Δρυμαία* Pausan. et Plin. II. II. *Δρυμὸς* Herodot. l. c.

NOTÆ

sias erat, Zipœtæ Thracis nepos; qui dissidentibus Alexandri successoribus, Bithyniam occupaverat. Hic Philippi Macedonis gener per secundam uxorem, pro eo adversus Attalum Pergami regem arma nunc cepit: postea populo Romano in servilem modum addictus, ut ejus se libertum profiteretur.

[b] *Urbe sua*] Nempe Thebis Phthioticis.

[c] *Tritonon*] Tethronion Herodoto vocatur, et Pausaniæ: oppidum fuit Phocidis, haud procul Elatea: neque vero eo pertinet Tritonus Stephani, qui oppidulum Macedoniæ vocat circa Pallenem, atque ita inter sinus Thermaicum et Toroniacum. Vibius Sequester Tritonicam paludem memorat: ejusdem nominis in Bœotia exiguus amnis ad Alalcomenas.

[d] *Drymas*] *Drymæa* Pausaniæ, Herodoto *Drymos*, dicitur. Codices Livii meliores scribunt *Drumias*. Phocidis quoque oppidum fuit, minus, opinor, distans ab Elatea. Quod autem hæc duo loca Noster Doridi ascribit, mirum videri non debet: bellis enim et gentium migrationibus, confusi sæpe in Græcia populorum fines.

[e] *Eleos aggredi statuisse*] Id contra immunitatem Eleis concessam ob sacros Jovi ludos fieri videbatur, qua nemini armato per hanc urbem et regionem transire licebat ex Ætolo-

ratus, legatis cum benigno responso dimissis, 'se neque causam ejus belli fuisse, nec moram (si modo æqua et honesta conditione liceat) paci facturum,' cum expedito agmine profectus per Bœotiam, Megara,[f] atque inde Corinthum descendit;[13] unde, commeatibus sumtis, Phliunta[g] Pheneumque[h] petit. Et jam, cum Heræam[14] venisset, audito, Machanidam, fama adventus sui territum, refugisse Lacedæmonem, Ægium[i] se ad concilium Achæorum recepit: simul classem Punicam, ut mari quoque aliquid posset, accitam, ibi ratus se inventurum. Paucis ante diebus in Phoceas[15][k] trajecerant Pœni: inde portus Acarnanum

Cf. Palmerii Græc. Ant. VI. 15.' *Rupert.*—13 In Edd. ante Gron. *Per Bœotiam, Megaram atque inde Corinthum descendit.*—14 Olim *Eream.*—15 *In Phoceas.* 'Cum *Phocearum* nullibi mentio fiat, Crev. Livium pro *in Phoceas* scripsisse *in Oxeas* suspicatus est. Oxeæ ad Echinadum insulas pertinent; vid. Strab. VIII. p. 351.' *Doering.*

NOTÆ

rum jurato decreto.

[f] *Megara*] Hæc Græciæ urbs, caput exiguæ regionis (quæ Atticæ pars et quasi iacinia) medio Athenas inter et Corinthum intervallo sita, Nisi, fabulis noti, regia, a quo Nisæa portus ad sinum Saronicum nomen accepit. Sub Turcis nomen fere servat. Vocatur enim *Megra*, extrita secundæ syllabæ vocali. Apparet longe diversam a Megaris Siciliæ, quæ et Hybla minor, de qua sup. XXIV. 30.

[g] *Phliunta*] Phlius, cujus oppidani Phliasii, in Sicyoniæ sinu circa Asopi Achaici fontes: hodie Pinetus aliique dici volunt *Phoica*, alii aliter: verius forte periisse alii putant.

[h] *Pheneumque*] Pheneos oppidum fuit Arcadiæ in Peloponneso sub monte Cyllene, non procul Nonacride: nomen adhuc retinere dicitur.

[i] *Ægium*] Urbs fuit Achaiæ proprie dictæ in Peloponneso, sic appellata a capris duabus quæ Jovem aluêre, αἶγας Græci appellant. Ibique Achæorum concilia habebantur: hodie *Vistiza*, vel *Bostizan*.

[k] *In Phoceas*] Phocæ insulæ parvæ memorantur a Plinio juxta Cretam ante Sammonium promontorium, quo Punicam classem in auxilium Philippi venisse, nec impossibile est, nec admodum verisimile. Longe minus Phocæam Æolidis (quæ Asiæ civitas) devectos. Forte *in Phoceas* Græca terminatione dixit Livius pro *in Phoceos*, id est, in portus Phocidis regionis in sinu Corinthiaco. Sed quia variant exemplaria, et in quibusdam legitur *in devaces*, conjicit Gron. legendum *in Echinades*, quæ sane insulæ sunt extra sinum. Ait enim Pœnos fuisse in statione apud Ægium ex condicto expectantes Philippum; sed cum audissent discessisse Romanos et Attalum ab Oreo Eubœæ, veritos *ne ad se iretur* (sic enim omnes, non *in se*) et intra sinus angustias caperentur, transmisisse ex illis claustris in Echinades, inde in Acarnanum portus.

petierant, cum ab Oreo profectum Attalum Romanosque audissent, veriti ne ad se iretur, et intra Rhium (fauces eæ sunt Corinthii sinus) opprimerentur.

8. Philippus mœrebat quidem et angebatur, cum ad omnia ipse raptim isset, nulli tamen se rei in tempore occurrisse, et rapientem omnia ex oculis elusisse celeritatem suam fortunam.[k] In concilio autem,[1] dissimulans ægritudinem, elato animo disseruit, testatus Deos hominesque, 'se nullo loco, nec tempore defuisse,'[2] quin, ubi hostium arma concrepuissent, eo, quanta maxima posset celeritate, tenderet:[3] sed vix rationem iniri posse, utrum ab se audacius, an fugacius ab hostibus geratur bellum. Sic ab Opunte Attalum, sic Sulpicium a Chalcide, sic eis ipsis diebus[4] Machanidam e manibus suis elapsum. Sed non semper felicem esse fugam: nec pro difficili id bellum habendum, in quo, si modo congressus cum hostibus sis, viceris. Quod primum esset, confessionem se hostium habere, nequaquam pares esse sibi:[5] brevi et victoriam haud dubiam habiturum, nec meliore eventu eos secum, quam spe, pugnaturos.' Læti regem socii audierunt. Reddidit inde Achæis Heræam et Triphyliam.[m] Alipheram[n] autem Megalopolitis,[o] quod suorum fuisse finium[6]

[k] *Et celeritatem suam a fortuna delusam, quæ ipsi cuncta, jam jam prope sub oculis posita, eriperet.*

1 In Edd. ante Gron. *in concilio tamen.*—2 Olim legebatur *se nulli loco nec tempori defuisse.*—3 *Celeritate contenderet* Vet. Lib. Sigon.—4 Ante Gron. *sic ipsis diebus.*—5 '*Nequaquam pares esse eos.* Put. *nequaquam pareses ibi.* Pet. et Pal. *pares esse sibi.* Reg. *patere se sibi.* Men. *par esse sibi.* Certe nusquam deest *sibi,* quo deleto gaudet Rhenan.' *J. F. Gron.*—6 '*Quod suorum jus esse*

NOTÆ

[l] *Nullo loco, nec tempore defuisse*] Supple rebus gerendis, occasionibus, opportunitatibus; et sic meliores, contra quam vulgati *nulli loco, nec tempori defuisse.*

[m] *Triphyliam*] Triphylia Elidis regio, ex eo dicta quod in unum corpus τρία φῦλα, id est, tres gentes coierint: Epei; Minyæ, qui eo commigravere; et Elei, Strabone auctore lib. v. qui addit Minyarum loco ab aliquibus Arcades nominari. In ea fuit Pylus Triphyliaca dicta ad Messeniacæ discrimen. Utraque, ni fallor, Nestori paruit: utraque hodie in Moreæ provincia *Belvedere:* atque hæ duæ ab Eliaca diversæ.

[n] *Alipherum*] Aliphera Arcadiæ oppidum in Elidis confinio, ad Alpheum amnem, quemadmodum Heræa.

satis probabant,[p] restituit. Inde, navibus acceptis ab Achæis, (erant autem tres quadriremes et biremes totidem) Anticyram trajecit.[q] Inde quinqueremibus septem et lembis viginti amplius, quos, ut adjungeret Carthaginiensium classi, miserat in Corinthium sinum, profectus ad Erythras[r] Ætolorum, quæ prope Eupalium[s] sunt, exscensionem fecit. Haud fefellit Ætolos: nam hominum quod aut in agris, aut in propinquis castellis Potidaniæ atque Apolloniæ[t] fuit, in sylvas montesque refugit. Pecora, quæ inter festinationem abigi nequierant, sunt direpta et in naves compulsa. Cum his ceteraque præda, Nicia prætore Achæorum Ægium misso, cum Corinthum petisset, pedestres inde copias per Bœotiam terra duci jussit. Ipse, ab Cenchreis[7][u] præter terram Atticam super

---

finium, Edd. ante Gron. ' Sed τὸ *quod* molestum est. Aut igitur pro eo *quam* vel *qui* legendum, aut pro supervacuo cancellandum est, hoc modo: *Aliphera autem Megalopolitis (suorum fuisse finium satis probabant) restituit.*' J. F.

NOTÆ

[o] *Megalopolitis*] Arcadiæ caput hoc tempore Megalopolis, Polybii patria ad Alpheum: nunc *Leontari* Sophiano, Nigro *Londaria*.

[p] *Quod suorum fuisse finium satis probabant*] Recte Gronov. *suorum finium* interpretatur, suis (Megalopolitarum) finibus comprehensam, Gall. *qu'elle avoit été de leur territoire*. Sed quis non miretur molestum tanto viro τὸ *quod*, et acceptum pro relativo nominis fœminini, nempe Alipheræ, cum manifeste sit particula causativa? Significat enim Livius ideo redditam eam urbem Megalopolitis, quia hi sibi alias subjectam, seu contributam fuisse probabant.

[q] *Anticyram trajecit*] Hæc Anticyra, vel potius Anticirrha, urbs est maritima Phocidis ad sinum Crissæum, qui pars Corinthiaci: sic dicta quod sit contra Cirrham. Creditur nunc *Suola* vocari. Alia ejusdem nominis urbs fuit in insula sinus Œtæi, ubi helleborus seu veratrum nascitur purgandis noxiis humoribus, cerebrum infestantibus, quod apud Anticirrham Phocensem melius temperari credebatur.

[r] *Erythras*] Ætolis a Livio aliisque attribuuntur Erythræ: Stephanus Locridi assignat. Hæ non procul Naupacto, quæ urbs Locrorum Ozolarum primum, dein Ætolorum fuit.

[s] *Prope Eupalium*] Plinio Eupalia, oppidum fuit Locrorum Ozolarum ad fluvium Amphissum, ut et Potidania.

[t] *Apolloniæ*] Hujus Locrensis, seu Phocensis Apolloniæ non meminisse geographos, nihil mirum: etenim non urbs, sed castellum erat, quod haud procul mari fuisse demonstrat Livii narratio.

[u] *Ab Cenchreis*] Corinthus duobus imminens maribus, duo quoque nava-

Sunium[x] navigans, inter medias prope hostium classes, Chalcidem pervenit. Inde, collaudata fide ac virtute, quod neque timor neque spes flexissent eorum animos, hortatusque in posterum,[z] ut eadem[y] constantia permanerent in societate, si suam, quam Oritanorum[9] atque Opuntiorum, fortunam mallent, ab Chalcide Oreum navigat, principumque iis, qui fugere capta urbe, quam se Romanis tradere, maluerant, summa rerum et custodia urbis permissa, ipse Demetriadem ab Eubœa, unde primo ad opem ferendam sociis profectus erat, trajecit. Cassandreæ deinde[a] centum navium longarum carinis positis, contractaque ad effectum ejus operis multitudine[10] fabrorum navalium, quia res in Græcia tranquillas et profectio Attali fecerat, et in tempore laborantibus sociis latum ab se auxilium, retro in regnum concessit, ut Dardanis[11] bellum inferret.

Gron. 'Sed *quod* est conjunctio, et post *fuisse* suppl. *eam*.' Rupert.—7 Olim legebatur *ipse a Cenchreis*.—8 '*In posterum, ut eadem, &c. Oritanorum atque.* Hæc verba cum mediis Livii esse soli credimus Andreæ primo editori. Mihi quidem nullis in scriptis occurrerunt: sed tantummodo, *hortatusque oppugnationum fortunam mallent*. Numquid igitur fuit, *dehortatusque, ne Opuntiorum fortunam mallent?* id est, ne cito sese dederent.' *J. F. Gron.*—9 Olim ante Sigon. *Oreanorum*.—10 Edd. ante Gron. *et multitudine*. 'Copulativa est erratum operarum in novitiis: nam et Mss. et priores editiones eam non agnoscunt.' *J. F. Gron.*—11 'In Mss. *dicionis* et *Sicioniis* pro *Dardanis*; unde Jac. Gron. conj. *Sintiis*. Cf. ad XLII. 51. et XLIV. 46.' *Rupert.*

NOTÆ

lia habuit, Lechæum ad sinum Corinthiacum, qua occidens est; Cenchreas vero ad Saronicum: ubi nomen hodieque servant. Fuere et Cenchreæ in Troade.

[x] *Super Sunium*] Promontorium est Atticæ ex adverso Helenæ insulæ in Ægæum mare prominens, quod ibi Myrtoum cognominatur. Prom. nunc Italis, *Capo delle Colonne*. Hujus navigationis causa paratas alias a prioribus naves Philippus conscenderit oportet, nisi a Corinthio mari per medium isthmum illas traduxit: alioqui diu expectandum fuisset dum hæ Peloponnesum circumnavigarent ab Corinthiaco sinu, ad intimum Saronicum, ubi Cenchreæ.

[y] *In posterum, ut eadem*] Hæc et sequentia, licet in pluribus scriptis desiderentur, (qui tantum habent, *hortatusque oppugnationum fortunam mallent*,) habentur in uno ex Regiis codicibus.

[z] *Cassandreæ deinde*] Cassandrea seu Cassandria urbs est Macedoniæ ad extremum sinum Thermaicum in Paraxia regione juxta Olynthum et Pallenen; antea Potidæa vocabatur, cujus frequens mentio apud Demosthenem, propter Atheniensium bella adversus Philippum Alexandri Magni

9. Extremo æstatis ejus, qua hæc in Græcia gesta sunt, cum Q. Fabius Maximi[a] filius[1] legatus ab M. Livio consule Romam ad senatum[2] nuntiasset, consulem satis præsidii Galliæ provinciæ credere L. Porcium cum suis legionibus esse, decedere se inde ac deduci exercitum consularem posse, Patres non M. Livium tantum redire ad Urbem, sed collegam quoque ejus C. Claudium jusserunt. Id modo in decreto interfuit, quod M. Livii exercitum[3] reduci, Neronis legiones Hannibali oppositas manere in provincia jusserunt. Inter consules ita per literas convenit, ut, quemadmodum uno animo rem publicam gessissent,[4] ita, quanquam ex diversis regionibus convenirent, uno tempore ad Urbem accederent. Præneste qui prior venisset, collegam ibi opperiri jussus. Forte ita evenit, ut eodem die ambo Præneste venirent. Inde præmisso edicto,[b] ut triduo post frequens senatus[c] ad ædem Bel-

1 'Q. *Fabius Maximi* Verrucosi cunctatoris *filius:* ita Ms. Gud. recte. *Maximi P.* Put. et Flor. *Maximus P.* plerique Mss. unde perperam edd. ante Drak. *Maximus pater* et *prætor.* Sed quis filiorum Maximi h. l. innuitur? nam duo illi fuere ejusdem prænominis; quod non sine exemplo esse, docent Drak. Duker. Manut. ad Cic. ad Div. VIII. 8. Suspicarer, Maximo præter hos tertium fuisse filium, enmque h. l. memorari. Sed tribus filiis idem fuisse prænomen, vix crediderim.' *Rupert. Maximus pater* Gron. Douj. Crev. —2 '*Romam ad senatum missus.* Put. et meliores excludunt *τὸ missus.*' J. F. Gron.—3 'Put. *Livite:* scribo, *quod M. Livii et exercitum.* Non ipsum modo venire, sed et exercitum ejus reduci.' *J. F. Gron. Deduci* Crev.—4 Al. ante Gron. *rem gessissent.* Gron. autem *rempublicam* defendit contra Sigon.—

NOTÆ

patrem. Cassander, Macedoniæ postea rex, novum nomen imposuit, quod adhuc manet.

[a] *Q. Fabius Maximi* [*Maximus*] Codices melioris notæ adjiciunt, *P. legatus,* quod primi editores reddiderant *prætor,* Sigonius *pater:* id Gronovio displicet, *Q. Fabium* extrema ætate functum legati ad hæc munere, præsertim cum neque enim urbe exiturum cum Livio consule fuisse indicet monitum ab eo eidem Livio datum lib. XXVII. c. 40. Gudii codex habet, *Cum Q. Fabius Maximi filius legatus.* Sed cum duo Fabio Maximo filii essent, haud multum refert de majore, qui paulo post e vivis exiit, an de minore qui vix pueritiam egressus, intelligas quod hic dicitur, legatum nempe Romam a Livio consule fuisse.

[b] *Præmisso edicto*] Nempe ex more, quo imperator, fusis hostibus in urbem rediens, edictum præmittebat, ut conveniret senatus; nisi major aliquis magistratus in urbe esset: tunc enim a majori magistratu dabatur huic minori magistratui advenienti senatus.

lonæ[c] adesset, omni multitudine obviam effusa, ad Urbem accessere. Non salutabant modo universi circumfusi,[5] sed, contingere pro se quisque victrices dextras consulum cupientes,[6] alii gratulabantur, alii gratias agebant, quod eorum opera incolumis res publica esset. In senatu cum more omnium imperatorum, expositis rebus ab se gestis, postulassent, ut pro re publica fortiter feliciterque[7] administrata et Diis immortalibus haberetur honos, et ipsis triumphantibus Urbem inire liceret; 'se vero ea, quæ postularent, decernere,' Patres, 'merito Deorum primum, dein, secundum Deos, consulum,' responderunt; et supplicatione amborum nomine et triumpho utrique decreto,[8] inter ipsos, ne, cum bellum communi animo gessissent, triumphum separarent, ita convenit, 'ut, quoniam et in provincia M. Livii res gesta esset, et eo die, quo pugnatum foret, ejus sorte auspicium fuisset,[f] et exercitus[9] Livianus deductus Romam venisset, Neronis deduci non potuisset[d] de provincia, ut M. Livium, quadrigis Urbem ineuntem, milites sequerentur, C. Claudius equo sine militibus inveheretur.'[e]

[f] *Ipse auspicatus esset suo jure, quod ei obvenisset imperium in illum diem.*

5 Olim ante Sigon. omittebant *τὸ circumfusi*.—6 'Spernunt Put. et antiquiores *τὸ contingere*. Voss. *sed perspicere quisque*. An fuit, *sed pro se quisque victrices dextras consulum capientes*, vel *tangentes*, aut *rapientes*.' J. F. Gron. —7 'Sic Put. Reg. Men. Pal. Voss. non *fideliterque*, quod urget Rhenan.' *J. F. Gron.*—8 Vet. lib. teste Sigon. *et supplicationem amborum nomine, et triumphum utrique decreverant*. 'Quod nos in nullis invenimus, et manum correc-

NOTÆ

[c] *Ad ædem Bellonæ*] Quæ extra urbem erat: neque enim intra urbem senatus habebatur ab iis qui triumphaturi essent, ut scribunt Plut. in Cæsare, et Appian. l. II. Beli. Civil. Si semel urbem quis ingressus esset, lege cautum erat ne triumphi causa eam iterum iniret.

[d] *Neronis deduci non potuisset*] Confecto bello deportabatur ac deducebatur e provincia exercitus victor: quo non deportato nec confecta censebatur provincia. Triumphus autem non facile decernebatur, nisi ei qui bellum confecisset. Hac de causa triumphus M. Claudio Marcello negatus, sup. lib. XXVI. cap. 21. Aliquando tamen ob rerum gestarum magnitudinem aliter senatui visum, ut nunc in gratiam Neronis, et lib. XXXI. c. 48. in gratiam L. Furii prætoris.

[e] *Equo sine militibus inveheretur*] Ovatione contentus fuit Claudius Nero; cum triumphus ei pariter et collegæ decretus fuisset: non mediocre moderationis exemplum, de quo

Ita consociatus triumphus, cum utrique, tum magis ei, qui, quantum merito anteibat, tantum honore collegæ cesserat, gloriam auxit: 'illum equitem' aiebant 'sex dierum spatio transcurrisse longitudinem Italiæ, et eo die cum Hasdrubale in Gallia[f] signis collatis pugnasse, quo eum castra adversus sese in Apulia posita habere Hannibal credidisset. Ita unum consulem pro utraque parte Italiæ adversus duos duces, duos imperatores, hinc consilium suum, hinc corpus opposuisse. Nomen Neronis satis fuisse ad continendum castris Hannibalem: Hasdrubalem vero, qua alia re, quam adventu ejus, obrutum atque extinctum esse? Itaque iret alter consul sublimis curru multijugis, si vellet, equis. Uno equo per Urbem verum triumphum vehi; Neronemque, etiam si pedes incedat, vel parta eo bello, vel spreta eo triumpho gloria, memorabilem fore.' Hi sermones spectantium Neronem usque in Capitolium prosecuti sunt. Pecuniam[10] in ærarium tulerunt sestertium tricies, octoginta millia æris.[g] Militibus M. Livius quinquagenos senos asses[h] divisit. Tantundem C. Claudius absentibus militibus suis est pollicitus, cum ad exercitum redisset. Notatum, eo die plura

toris audacis manifeste prodit.' *J. F. Gron.*—9 Delet Rhenan. particulas, et lectionem defendit antiquam *quoniam in provincia, &c. fuisset, exercitus.* 'Eas autem tenent Put. et omnes melioris notæ libri. Si usquam nexas arenas fecit Rhenan. hic fecit. Sed et duplicatum *ut* ferre non potuit. Hæc revera antiqua formula est.' *J. F. Gron.*—10 *Pecuniæ* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

Valer. Max. lib. IV. cap. I.

[f] *Cum Hasdrubale in Gallia*] In Umbria, quam Galli occupaverant.

[g] *Sestertium tricies, octoginta millia æris*] Polyb. plusquam trecenta talenta hic numerat, quod esset plus septuagesies bis. Dubitat idcirco Gron. an exciderit litera *L*, et notatum fuerit LXXX. quod est octogies, id est, trecenta triginta tria talenta, viginti minæ. Sestertium tricies essent ex Gronovii calculo centum viginti sex talenta demtis quatuor millibus nummorum: Belgica vero pecunia septuaginta quinque millia octingenti scutati. Pro octoginta millibus æris, Muret. ex vet. lib. legebat *octingenta millia.*

Sestertium tricies] Ex calculo Gronovii 227400. florenos Hollandicæ pecuniæ. Id tamen majorem summam fuisse putat. *J. Clericus.*

[h] *Quinquagenos senos asses*] Nostræ monetæ asses circiter 32.

Quinquagenos senos] Circiter 30. stuveros. *J. Clericus.*

carmina militaribus jocis in C. Claudium, quam in consulem suum, jactata: equites L. Veturium et Q. Cæcilium legatos magnis tulisse laudibus, hortatosque esse plebem, ut eos consules in proximum annum crearent: adjecisse equitum prærogativæ[1] auctoritatem consules, postero die in concione, quam forti fidelique duorum præcipue legatorum opera usi essent, commemorantes.

10. Cum comitiorum tempus appeteret, et per dictatorem comitia haberi placuisset, C. Claudius consul M. Livium collegam dictatorem dixit; Livius Q. Cæcilium magistrum equitum. A M. Livio dictatore creati consules L. Veturius, Q. Cæcilius; is ipse, qui tum erat magister equitum.* Inde prætorum comitia habita. Creati C. Servilius, M. Cæcilius Metellus, Ti. Claudius Asellus, Q. Mamilius Turinus,[2] qui tum ædilis plebis erat. Comitiis perfectis, dictator, magistratu abdicato dimissoque exercitu, in Etruriam provinciam ex senatus consulto est profectus ad quæstiones habendas, qui Etruscorum Umbrorumve[3] populi defectionis ab Romanis ad Hasdrubalem sub adventum ejus consilia agitassent, quique eum auxiliis, aut commeatu, aut ope aliqua juvissent. Hæc eo anno domi militiæque gesta. Ludi Romani ter toti instaurati[k] ab ædilibus curulibus, Cn. Servilio Cæpione, Ser. Cornelio Lentulo. Item ludi plebeii semel toti instaurati ab ædilibus plebis, M.[4] Pomponio Mathone, et Q. Mamilio Turino. Tertiodecimo anno Punici belli, L. Veturio Philone et Q. Cæcilio Metello consulibus, Bruttii ambobus, ut cum[4] Hannibale bellum gererent, provincia

1 Ante Sigon. legebatur *T. Claud. Asellus, Q. Manlius Thur.* Ex vet. lib. et lap. Capitol. refecit Sigon.—2 *Umbrorumque* Gron. Crev.—3 *Manio* Gron. Donj. Crev.—4 'Sigon. profert lectionem *ambobus et ut cum:* placetque Freinshemio ad Curtium. Nostri tamen omnes tenent vulgatam.' *J. F. Gron.*—

NOTÆ

[1] *Equitum prærogativæ, &c.*] Licet hoc indicium et adhortatio esset, non suffragium, tamen quasi pro suffragio valere debere consules testati sunt.

* A. U. C. 547.

[k] *Ter toti instaurati*] Id est, ter acti ludi Romani a capite ad calcem, et nulla parte rituum omissa; sed sacris cursu, &c. ter repetitis.

decreta. Prætores exinde sortiti sunt: M. Cæcilius Metellus urbanam, Q. Mamilius peregrinam, C. Servilius Siciliam, Ti. Claudius Sardiniam. Exercitus ita divisi: consulum alteri, quem C. Claudius prioris anni consul, alteri, quem Q. Claudius proprætor (eæ binæ legiones erant) habuisset exercitum. In Etruria duas volonum legiones a C. Terentio proprætore M. Livius proconsul, cui prorogatum in annum imperium erat, acciperet: et Q. Mamilio, ut, collegæ juris dictione tradita,[1] Galliam cum exercitu, cui L. Porcius proprætor præfuerat,[5] obtineret, decretum est; jussusque populari agros Gallorum, qui ad Pœnos sub adventum Hasdrubalis defecissent. C. Servilio cum Cannensibus duabus legionibus, sicut C. Mamilius tenuerat,[6] Sicilia tuenda data. Ex Sardinia vetus exercitus, cui A. Hostilius præfuerat, deportatus. Novam legionem, quam Ti. Claudius trajiceret secum, consules conscripserunt. Q. Claudio, ut Tarentum, C. Hostilio Tubulo, ut Capuam provinciam haberet, prorogatum in annum imperium est. M. Valerius proconsul, qui tuendæ circa Siciliam maritimæ oræ præfuerat, triginta navibus C. Servilio præbitis,[7] cum cetera omni classe redire ad Urbem jussus.

11. In civitate tanto discrimine belli solicita, cum omnium secundorum adversorumque causas in Deos verterent, multa prodigia nuntiabantur; Tarracinæ Jovis ædem, Satrici Matris Matutæ de cœlo tactam. Satricanos haud minus terrebant in ædem Jovis foribus ipsis duo perlapsi angues. Ab Antio nuntiatum est, cruentas spicas metentibus visas esse. Cære porcus biceps et agnus mas idemque

5 ' *Cui L. Porcius proprætor præfuerat.* Immo *prætor*, quod jam monuere Duk. et Crev.' *Rupert.*—6 ' *Sicut P. Manlius tenuer.* Hic est ille, quem lib. XXVII. *C. Mamilium* nominavimus ex veteribus libris, cum *C. Manlius* vulgo legeretur.' *Sigon.*—7 In Edd. ante Gron. *traditis.* Reg. *relictis.* Put. Mem. Voss. *præditis.*

NOTÆ

1 *Ut, collegæ juris dictione tradita*] Hoc jam antea factum vidimus, ut prætor peregrinus urbano jurisdictionem suam mandaret, accepta extra urbem administratione.

fœmina natus erat. Et Albæ duo soles visos referebant: et nocte Fregellis lucem obortam. Et bos in agro Romano locutus, et ara Neptuni multo sudore manasse in circo Flaminio dicebatur; et ædes Cereris, Salutis, Quirini de cœlo tactæ. Prodigia consules hostiis majoribus procurare jussi, et supplicationem unum diem habere.[a] Ea ex senatus consulto facta. Plus omnibus aut nuntiatis peregre, aut visis domi prodigiis terruit animos hominum ignis in æde Vestæ extinctus;[m] cæsaque[3] flagro est Vestalis, cujus[4] custodia noctis ejus fuerat, jussu P.[5] Licinii pontificis. Id quanquam, nihil portendentibus Deis, ceterum negligentia humana acciderat, tamen et hostiis majoribus procurari, et supplicationem ad Vestæ haberi placuit. Prius quam proficiscerentur consules ad bellum, moniti[6] ab senatu sunt, 'ut in agros reducendæ plebis curam haberent. Deum benignitate summotum bellum ab urbe Romana et Latio esse, et posse sine metu in agris habitari. Minime convenire, Siciliæ, quam Italiæ, colendæ majorem curam esse.' Sed res haudquaquam erat populo facilis, et liberis cultoribus bello absumtis, et inopia servitiorum, et pecore direpto villisque dirutis aut incensis. Magna tamen pars auctoritate consulum compulsa in agros remigravit. Moverant autem hujusce rei mentionem Placentinorum et Cremonensium legati, querentes, agrum suum ab accolis Gallis incursari ac vastari, magnamque partem colonorum suorum dilapsam esse, et infrequentes se urbes, agrum vastum ac desertum habere. Mamilio prætori mandatum, ut colonias ab hoste tueretur.

1 *Prolapsi* Gron. Doujat.—2 In Edd. ante Gron. *Supplicationem una die habere.* Vet. lib. *in unum diem.*—3 *Ignis in æde Vestæ extinctus. ob quam causam cæsa* olim legebatur. Delevit Rhenan. *τὸ Virgo* olim posthabit. *Vestalis.* Vet. libr. *flagris.*—4 Pro *cujus* nonnulli codices *visa.*—5 Gron. *L.*—6 *Admoniti*

NOTÆ

[m] *Ignis in æde Vestæ extinctus*] Id vero ingentis prodigii ac piaculi loco, quando Vesta antiquissima Dearum, et inter tutelaria Romanorum numina primum fere habebat locum, ejusque templo imperii fata cum palladio et penatibus contineri credebantur.

Consules ex senatus consulto edixerunt, ut, qui cives Cremonenses atque Placentini essent, ante certam diem in colonias reverterentur. Principio deinde veris et ipsi ad bellum profecti sunt. Q. Cæcilius consul exercitum ab C. Nerone, L. Veturius ab Q. Claudio proprætore accepit, novisque militibus, quos ipse conscripserat, supplevit. In Consentinum agrum consules exercitum duxerunt, passimque depopulati, cum agmen jam grave præda esset, in saltu angusto a Bruttiis jaculatoribusque Numidis turbati sunt,[7] ita ut non præda, sed armati quoque in periculo fuerint. Major tamen tumultus, quam pugna, fuit; et præmissa præda,[8] incolumes et legiones in loca tuta evasere.[9] Inde in Lucanos profecti. Ea sine certamine tota gens in ditionem populi Romani rediit.

12. Cum Hannibale nihil eo anno rei gestum est. Nam neque ipse se obtulit in tam recenti vulnere publico privatoque,[a] neque lacessierunt quietum Romani. Tantam inesse vim, etsi omnia alia circa eum ruerent, in uno illo duce censebant.[m] Ac nescio, an mirabilior adversis, quam secundis rebus, fuerit,[1] quippe qui, cum et in hostium terra per annos tredecim, tam procul ab domo, varia fortuna bel-

[m] *Adeo magni momenti existimabant esse solum Hannibalem, quamvis omnia adminicula ei eriperentur.*

Rhenan.—7 '*A Brutiis, jaculatoribusque disturbati.* Rhenan. restituit *a Brutiis jaculatoribus disturbati.*' Sigon.—8 'Post *præda* in quibusdam libr. vett. particula *tantum* adjicitur, in aliis omittitur. Sæpius certe particulæ *tantum, solum, modo,* ubi respondent illis *sed etiam, sed quoque,* omitti solent; vide quos laudat Drakenb. ad h. l.' *Doering.*—9 '*Incolumes legiones in loca tuta evasere.* Put. et Gall. omnes unusque Pal. et Voss. *incolumes et legiones.* Deinde Pet. Reg. duo Pal. *in loca culta.* Men. *in loca occulta.* Voss. *in loca tulta.* Put. *in loca ulta.* Scribendum forte, *in loca alta.*' J. F. Gron. 'Vet. lib. *in loca evasere.*' Sigon.

1 *An mirabilior fuerit adversis* olim legebatur. 'Put. Reg. Men. Pal. Voss. *an mirabilior adversis quam secundis rebus tulerit.* Pet. alterque Pal. *an mirabilior adversis quam secundis rebus fuerit:* ut et Edd. ab Andrea usque ad Frobenium. Transpositum video primo in Gryph. Sed aliud quid latet: nam scripti omnes, *quippe et in hostium: τὰ qui cum* exclusissima.' *J. F. Gron.*

NOTÆ

[a] *In tam recenti vulnere publico privatoque*] Vulnus publicum cladem exercitus Pœnorum; privatum autem intelligit necem Hasdrubalis, qui Hannibalis frater germanus.

lum gereret exercitu non suo civili, sed mixto ex colluvione [o] omnium gentium, quibus non lex, non mos, non lingua communis, alius habitus, alia vestis, alia arma, alii ritus, alia sacra, alii prope Dei essent; ita quodam uno vinculo copulaverit eos, ut nulla nec inter ipsos, nec adversus ducem seditio extiterit; cum et pecunia sæpe in stipendium, et commeatus in hostium agro deessent: quorum inopia priore Punico bello [p] multa infanda inter duces militesque commissa fuerant. Post Hasdrubalis vero exercitum cum duce, in quibus spes omnis reposita victoriæ fuerat, deletum, cedendoque in angulum Bruttium [a] cetera Italia concessum,[1] cui non videatur mirabile, nullum motum in castris factum? Nam ad cetera id quoque accesserat, ut ne alendi quidem exercitus, nisi ex Bruttio agro, spes esset; qui, ut omnis coleretur, exiguus tamen tanto alendo exercitui erat. Tum magnam partem juventutis abstractam a cultu agrorum bellum occupaverat, et mos vitio etiam insitus genti per latrocinia[3] militiam exercendi. Nec ab domo quicquam mittebatur, de Hispania retinenda solicitis,[4] tan-

[a] *Cum ipse Hannibal omni reliqua Italia abstineret, eamque Romanis relinqueret, abscedendo in exiguam Bruttiorum regionem, tanquam in angulum.*

[b] *Et nihil ex Africa mittebant Carthaginienses Hannibali, anxii tantum de servanda Hispania.*

quem vid. in h. l.—2 *Concessa* et *cum cessum est* conj. Doer.—3 ' *Mos vitio etiam insitus genti inter latrocinia.* Omnes *per latrocinia.* Optimus et Voss. *per l.* Suspecta mihi hic etiam vitii vox *vitio*, vereorque, ne scripserit auctor, *et mos ultro etiam insitus genti.*' J. F. Gron. ' Crev. explicat, malo studio, mala libidine. Certe non opus est, ut pro *vitio* cum Gron. *ultro* scribatur.' *Doering.*—4 ' *Solliciti*, h. e. cum Carthaginienses solliciti essent. Cæterum cum verba, *retinenda sollicitis, tanquam omnia prospera in Italia essent,*

NOTÆ

[o] *Mixto ex colluvione*] Eandem causam admirationis affert Polyb. lib. XI. quod exercitus Hannibalis non ex civibus Carthaginiensibus esset; enumeratque varias gentes quæ in exercitu Hannibalis cum Pœnis militabant, Afros, Hispanos, Gallos, Italos, Græcos.

[p] *Priore Punico bello*] Per ea tempora, inter cetera ex inopia et seditione orta mala, Hannibal senior ob rem male gestam in Sardinia cruci affixus fuerat a popularibus in Sicilia; Hanno ejus frater patruelis in Sardinia quoque desertus a suis, actus erat in crucem. Ad causas non dissimiles referri possunt Hasdrubalis, qui patruus, et Hamilcaris Barcæ, qui pater Hannibalis fuerat, cladeş in Sardinia Siciliaque.

quam omnia prospera in Italia essent. In Hispania [5] [q] res quadam ex parte eandem fortunam, quadam longe disparem habebant; eandem, quod prælio victi Carthaginienses, duce amisso, in ultimam Hispaniæ oram usque ad Oceanum compulsi erant; disparem autem, quod Hispania, non quam Italia modo, sed quam ulla par sterrarum, bello reparando aptior erat, locorum hominumque ingeniis.[r] Itaque ergo prima Romanis inita provinciarum, quæ quidem continentis sint,[s] postrema omnium, nostra demum ætate, ductu auspicioque Augusti Cæsaris,[t] perdomita est. Ibi tum Hasdrubal Gisgonis, maximus clarissimusque [6] eo bello secundum Barcinos [u] dux, regressus ab Gadibus, rebellandi spem adjuvante Magone Hamilcaris filio, delectibus per ulteriorem Hispaniam habitis, ad quinquaginta millia peditum et quatuor millia et quingentos equites armavit. De equestribus copiis ferme inter auctores convenit: pedi-

---

in plurimis Codd. non compareant, illis ejectis J. F. Gron. orationem ita jungendam putat: *nec ab domo quicquam mittebatur. Hispaniæ res quadam ex parte* cett. Sed verba illa, ut recte Crev. et Drak. judicant, librarii potius culpa, cujus oculi a *de Hispania* ad *in Hispania* aberrarint, excidisse videntur.' *Doering*.—5 'Verba *ret. solicitis . . . in Hispania* ab optimis Mss. absunt: unde Gron. conj. *mittebatur. Hispaniæ* vel *In Hispania res* cet. Ita in Ms. Lov. 3. legitur. Sed hæc potius omnia excidisse culpa librariorum, quibus repetitio vocis *Hispania* frandi fuerit et media omittendi causa, putabant Crev. et Drak. Dure autem dicitur *solicitis* pro, ab iis qui soliciti erant. Forte leg. *solicito senatu*.' Rupert.—6 Olim *Gisgonis filius maximus*. Put. relegat vocem *filius*. 'Maximusque, omissa voce *clarissimus*, exhibet

NOTÆ

[q] *De Hispania retinenda solicitis, tanquam omnia prospera in Italia essent. In Hispania*] Ab optimis quibusque hæc absunt præter duo illa verba, *de Hispania*. Loco præpositionis *de*, si retineas alteram præpositionem *in*, nihil erit quod reliqua desideres.

[r] *Locorum hominumque ingeniis*] Hispania mari undique cincta, et montibus ac sylvis præ ceteris regionibus distincta. Hispani autem multitudine hoc tempore ceteras gentes ferme superabant teste Cic. ad arma promti, utpote injuriarum intolerantes; ideoque mobiles.

[s] *Quæ quidem continentis sint*] Hoc ad discrimen Siciliæ et Sardiniæ, quæ prius in provinciam redactæ, sed extra continentem.

[t] *Augusti Cæsaris*] Ad ejus usque tempora Astures et Cantabri pristinam libertatem retinuerant.

[u] *Secundum Barcinos*] Hic Gisgonis filius, ex alia familia fuit quam Barcina, ex qua Hannibal cum fratribus, Hamilcaris Barcæ filiis; post quos inter duces Pœnorum hic primum tenebat locum.

tum septuaginta millia quidam adducta[x] ad Silpiam[77] urbem scribunt. Ibi super campos patentes duo duces Pœni ea mente, ne detrectarent certamen, consederunt.

13. Scipio, cum ad eum fama tanti comparati exercitus perlata esset, neque Romanis legionibus tantæ se parem fore multitudini[1] ratus, ut non in speciem saltem opponerentur barbarorum auxilia,[p] neque in iis tamen tantum virium ponendum, ut mutando fidem, quæ cladis causa fuisset patri patruoque, magnum momentum facerent, præmisso Silano ad Colcham,[2] duodetriginta oppidis regnantem,[s] ut equites peditesque ab eo, quos se per hyemem conscripturum pollicitus erat, acciperet, ipse ab Tarracone profectus, protenus ab sociis, qui accolunt viam, modica contrahendo auxilia, Castulonem pervenit. Eo adducta ab Silano auxilia, tria millia peditum et quingenti equites. Inde ad Bæculam urbem[a] progressus omni exercitui[3] civium,

[p] *Nisi Hispani auxiliares, saltem specie tenus, objicerentur Pœnis.*

Periz. *Maximus qui* corrigendum esse censuit.' *Doering.* Vide Not. Varior. —7 '*Ad Silpiam urbem.* Ἠλίγγαν Polyb. sed ad eum et Appian. Hisp. 24. jam monuit Schweigh. *Elingam* et *Silpiam* perœque ignota geographis nomina esse, et leg. *Ilipam.*' Rupert.

1 Olim legebatur *parem multitudini.*—2 'Al. *Colcam, Culcam, Scolcam, Schulcam, Sculcam, Sculcham* h. l. et XXXIII. 21.' *Rupert. Colcam* Gron. Doujat. Crev.—3 '*Inde ad Betulam urbem processum cum omni exercitu.* Put. clare,

NOTÆ

[x] *Septuaginta millia quidam adducta*] In his fuit Polyb. lib. II. septem myriadas peditum, et quatuor equitum millia numerans.

[y] *Ad Silpiam*] Polyb. pro *Silpia, Elingam* ponit, quæ duo nomina geographis æque incognita. Ex narratione utriusque historici apparet, Scipioni Tarracone venienti Pœnos ultra Castulonem fuisse obvios; atque ita Hasdrubalis Gadibus venientis hunc exercitum citra eandem urbem castrametatum, et ex consequenti hyberna Pœnorum fuisse in Bætica ejusve confinio. Eo autem tractu occurrit *Sitia* prope Obulconem, nec longe a Castulone; a qua non multum etiam distant Osingi atque Ossigi; quorum, Sitia aliquam literarum affinitatem servat cum Nostri Silpia, Osingi vero cum Elinga Polybii. Utut sit, in Beturia, nec longe a Corduba, hæc loca fuisse conjicio, quoquo nomine vere dicerentur.

[z] *Ad Colcham, duodetriginta oppidis regnantem*] *Colichanta* vocat Polyb. Sed qua in regione Hispaniæ regnaret, non indicat. Si duodeviginti oppidis imperasse diceretur a Nostro, conjici posset Edetanorum aut Celtiberorum regem fuisse, quibus utrisque totidem oppida Ptol. assignat.

[a] *Ad Bæculam urbem*] Hæc *Bæcula*

sociorum, peditum equitumque quinque et quadraginta millibus. Castra ponentes eos [b] Mago et Masinissa cum omni equitatu aggressi sunt; turbassentque munientes, ni abditi post tumulum, opportune ad id positum, [c 4] ab Scipione equites improviso in effusos incurrissent. Hi promtissimum quemque, et proxime vallum atque in ipsos munitores primum invectum, vixdum prælio inito, fuderunt: cum ceteris, qui sub signis atque ordine agminis incesserant, longior et diu ambigua pugna fuit. Sed cum ab stationibus primum expeditæ cohortes, deinde ex opere deducti milites atque arma capere jussi, plures et integri fessis, [5 d] magnumque jam agmen armatorum a castris in prælium rueret, terga

ad Bæculam; et ita scribendum, nam Polyb. Βαίκυλαν vocat lib. x.' *J. F. Gron.* 'In quibusdam libr. vett. *progressus eum*, sed J. F. Gron. utraque voce deleta hunc locum ita scribendum putat: *inde ad Bæculam urbem exercitu omni civium, sociorum ... quadraginta millibus, castra ponentes eos.* Jac. Gron. tentat: *inde ad Bæculam urbem progressos ... quadraginta millibus, castra ponentes eos Mago* cett. Utrumque displicet. Secundum nostram lectionem multo concinnior et Livio dignior est oratio. Ad *progressus* supple *est*, et, quia præpositio *cum* ante *omni* omissa est, eam subintellige, ut in sæpius apud Nostrum obvia locutione *exercitu proficisci* pro *cum exercitu proficisci.*' Doering. —4 '*Opportune ad id positi.* Omnes scripti *positum.* Scribe, *ni abditi post tumulum opportuno ad id positu ab Scipione equites.* Nisi malis *opportune oppositum.*' J. F. Gron.—5 'In Edd. ante Gron. *Et usque integri fessis subirent.* Omnes Gall. et Pall. cum Voss. abolent τὸ *usque* ab Rhenan. profectum. Sed nec *subirent* Put. Reg. Men. Voss. aut ullus sinceriorum admittunt.' *J. F. Gron.* '*Atque arma capere jussi integri et plures fessis*, his, qui erant fessi opere munitionis et præliando; Gron. qui etiam monet, verbum *rueret* referendum ad *expeditas cohortes*, ad *milites ex opere deductos* cet. Sed ita saltem Livius inverso verborum ordine dixisset *integri et plures fessis.* Hinc recte, opinor, Doer. post *fessis* e quibusdam Mss. inseruit *subirent*, etsi a pluribus abest.'

NOTÆ

alia est ab ea de qua sup. XXVII. 20. Pol. loca indicat περὶ Βαίκυλα. Non videntur aberrare qui circa Beatiam aut Ubedam, in Andalusiæ fine orientali ad Castellæ novæ limites, ponunt: quidam codices *Betulam* habent.

[b] *Castra ponentes eos*] Romanos sociosque.

[c] *Opportune ad id positum*] *Opportune situm*, quod idem est ac opportuno situ, sive qui ad rem commode positus a natura erat. Nec opus est quicquam mutari.

[d] *Plures et integri fessis*] Cum nempe ii qui integri supererant majori numero, quam qui fessi erant, (partim opere munitionis, partim præliando,) arma capere jussi, et ex omnibus agmen ingens armatorum rueret in Pœnos, &c. Pertinet enim τὸ *rueret* ad expeditas cohortes, ad milites ex opere deductos, et ad integros fessosque. Intellige ergo integros plures fessis, vel integros simul cum fessis.

haud dubie vertunt Pœni Numidæque. Et primo turmatim abibant, nihil propter pavorem festinationemve confusis ordinibus: dein, postquam acrius ultimis incidebat Romanus, neque sustineri impetus poterat, nihil jam ordinum memores, passim, qua cuique proximum fuit, in fugam effunduntur. Et quanquam eo prælio aliquantum et Romanis aucti et deminuti hostibus animi erant, tamen nunquam aliquot[6] insequentes dies ab excursionibus equitum levisque armaturæ cessatum est.

14. Ubi satis tentatæ per hæc levia certamina vires sunt, prior Hasdrubal in aciem copias eduxit: deinde et Romani processere. Sed utraque acies pro vallo stetit instructa; et cum ab neutris pugna cœpta esset, jam die ad occasum inclinante, a Pœno prius, deinde ab Romano in castra copiæ reductæ. Hoc idem per dies aliquot factum. Prior semper Pœnus copias castris educebat; prior fessis stando signum receptui dabat.[7] Ab neutra parte procursum, telumve missum, aut vox ulla orta. Mediam aciem hinc Romani, illinc Carthaginienses mixti Afris, cornua socii tenebant: erant autem utrimque Hispani pro cornibus. Ante Punicam aciem elephanti castellorum procul speciem præbebant.[1] Jam hoc in utrisque castris sermonis erat, ita, ut instructi stetissent, pugnaturos; medias acies Romanum Pœnumque, quos inter belli causa esset, pari robore animorum armorumque concursuros.[2*] Scipio ubi hæc obstinate credita animadvertit,[3] omnia de industria in

[7] *Postquam in pedes usque ad lassitudinem steterant.*

Rupert. Add. *subirent* Crev.—6 *Per aliquot* Gron. Doujat. Crev.

1 ' *Elephanti castellorum procul speciem præbebant.* Put. *speciem ui præbebant.* Pet. Reg. Voss. Men. Pal. unus, *speciem visu præbebant.* Uti lectum et vulgo fuit ante Rhen. Optimus codex voluit, *elephanti castellorum procul speciem sex præbebant.*' J. F. Gron.—2 In Edd. ante Gron. *concursuras.*—3 ' Put.

NOTÆ

* *Concursuros*] Refer ad Romanum Pœnumque; quos utrosque creditum fuerat pugnaturos media in acie sui exercitus. Verum hic ordo, præter allorum opinionem, mutatus a Scipione non parum contulit ad victoriam.

eum diem, quo pugnaturus erat, mutavit. Tesseram vesperi per castra dedit, ut ante lucem viri equique curati et pransi[4] essent; armatus eques frænatos instratosque teneret equos. Vixdum satis certa luce, equitatum omnem cum levi armatura in stationes Punicas immisit: inde confestim ipse cum gravi agmine legionum procedit, præter opinionem destinatam[r 5] suorum[6] hostiumque, Romano milite cornibus firmatis, sociis in mediam aciem acceptis. Hasdrubal, clamore equitum excitatus, ut ex tabernaculo prosiluit, tumultumque ante vallum et trepidationem suorum, et procul signa legionum fulgentia, plenosque hostium campos vidit, equitatum omnem extemplo in equites emittit.[7] Ipse cum peditum agmine castris egreditur; nec ex ordine solito quicquam acie instruenda mutat. Equitum jam diu anceps pugna erat; nec ipsa per se decerni poterat,[s 8] quia pulsis (quod prope in vicem fiebat) in aciem peditum tutus receptus erat. Sed ubi jam haud plus quingentos passus acies inter sese aberant, signo receptui dato, Scipio, patefactisque ordinibus,[f] equitatum omnem levem-

[r] *Contra opinionem quam certa animi destinatione conceperant tam Romani, quam Pœni.*

[s] *Nec poterat equestris pugna jam dubia, per solos equites, qui prælium inceperant, finiri.*

animoadvertit; videlicet pro *animum*, seu *animum advertit.*' J. F. Gron.—4 ' *Viri equique pransi.* Put. Reg. et Pal. melior, *ut ante lucem viri equique curati et pransi essent.* Ceteri omnes, *curate pransi.* Non est dubitandum de sinceritate illius lectionis, quam et significabat scriptura ante Rhenan. *equique cum raptim pransi.*' J. F. Gron.—5 ' *Præter opinionem destinatam*, certissimam firmissimamque, ut ap. Cic. Tusc. II. 2. ' certæ destinatæque sententiæ; Duker. Livius enim paulo ante dixerat, ' obstinate creditum fuisse a suis Pœnisque, se ita, ut instructi stetissent, pugnaturos.' Cf. Doer. ad Catull. VIII. 19. *præter opinione destinatum*, h. e. præter id, quod opinione utrorumque destinabatur vel præsumebatur, malebat Gron. coll. XXIX. 20. pr.' *Rupert.*—6 In Ed. Gron. 1664. *sociorum.*—7 In Edd. ante Gron. *immittit.*—8 ' *Nec ipsa per se decerni poterat.* Hæc uni codici, hac parte mutilo, nimium credulus

NOTÆ

[f] *Patefactisque ordinibus, &c.*] Multa ex hoc facto commoda: equitibus et leviter armatis, qui pugnæ velut præluserant, datum respirandi et vires resumendi tempus: firmati præterea idoneis subsidiis Romani et Latini pedites, qui in utroque cornu: Hispani socii, qui in media acie, cohibiti utrimque, ne facile fidem mutarent, ut factum antea a Celtiberis; ac denique sinu facto hostes circumventi.

que armaturam, in medium acceptam divisamque in partes duas, in subsidiis post cornua locat. Inde, ubi incipiendæ jam pugnæ[g] tempus erat, Hispanos (ea media acies fuit) presso gradu incedere[f] jubet. Ipse e dextro cornu (ibi namque præerat) nuntium ad Silanum et Marcium mittit, ut cornu extenderent in sinistra parte,[9] quemadmodum se tendentem a dextra vidissent, et cum expeditis peditum[a] equitumque prius pugnam consererent cum hoste, quam coire inter se mediæ acies possent.[e] Ita diductis cornibus cum ternis peditum cohortibus ternisque equitum turmis, ad hoc velitibus, citato gradu in hostem ducebant, sequentibus in obliquum aliis. Sinus in medio erat,[h] quia[10] segnius Hispanorum signa incedebant. Et jam conflixerant cornua, cum, quod roboris in acie hostium erat, Pœni veterani Africque nondum ad teli conjectum venissent, neque in cornua, ut adjuvarent pugnantes, discurrere auderent, ne aperirent mediam aciem venienti ex adverso hosti. Cornua ancipiti prælio urgebantur: eques levisque armatura et velites,[11] circumductis alis, in latera incurrebant;[i] cohortes a fronte urgebant, ut abrumperent cornua a cetera acie.

15. Et cum ab omni parte haudquaquam par pugna

[f] *Ingredi passibus lentis.*

[a] *Assumtis secum ex numero peditum iis qui minus inito paulo ante certamini immixti, minusque fessi, magis ceteris expediti ac vegeti viderentur.*

[e] *Antequam acies utrimque mediæ committi, et cominus inter se pugnare possent.*

---

imprudenter delet Rhenan.' *J. F. Gronov.*—9 '*In sinistram partem*, et *se tendentem ad dextram*, plerique Mss.' *Rupert. In sinistram partem* et *ad dextram* Doujat. Crev.—10 *Qua* Crev.—11 '*Levisque armatura et velites.* Nesciunt τὸ *et* scripti: et alii quidem *armaturæ*; optimi *levisque armatura velites* per epexegesin. Nam et alibi modo eosdem, modo diversos facit.' *J. F. Gron.*

NOTÆ

[g] *Incipiendæ jam pugnæ*] Prius equitum et levis armaturæ certamen pugnæ magis præludium fuerat, quam decretoria et vera pugna.

[h] *Sinus in medio erat*] Hic Scipio Hasdrubali aliquatenus reddidisse videtur artem qua Hannibal usus erat ad Cannas in Romanos. Vide supra XXII. 47.

[i] *Circumductis alis in latera incurrebant*] Gall. *Les Romains ayant étendu et avancé les ailes de leur armée à droite et à gauche au-delà de leur corps de bataille, prenoient les ennemis en flanc.*

erat, tum[1] quod turba Baliarium[k] tironumque Hispanorum Romano Latinoque militi objecta erat, et,[2] procedente jam die, vires etiam deficere Hasdrubalis exercitum cœperant, oppressos matutino tumultu, coactosque, prius quam cibo corpora firmarent, raptim in aciem exire. Ad id sedulo diem extraxerat Scipio, ut sera pugna esset. Nam ab septima demum hora peditum signa cornibus incurrerunt. Ad medias acies aliquanto serius pervenit pugna; ita ut prius æstus a meridiano sole, laborque standi sub armis, et simul fames sitisque corpora afficerent,[3] quam manus cum hoste consererent. Itaque steterunt scutis innisi. Nam super cetera elephanti etiam, tumultuoso genere pugnæ equitum velitumque et levis armaturæ consternati,[4] e cornibus in mediam aciem sese intulerant. Fessi igitur[l] corporibus animisque retulere pedem, ordines tamen servantes, haud secus, quam si imperio ducis cederet integra acies. Sed cum eo ipso acrius, ubi inclinatam sensere rem, victores se undique inveherent, nec facile impetus sustineri posset; quanquam retinebat obsistebatque cedentibus Hasdrubal, 'ab tergo esse colles

1 '*Et cum ab omni parte haudquaquam* cet. hoc *cum* ex plurimis Mss. edidere Ald. et Drak. pro vulg. *tum:* sed neutrum satis h. l. aptum. Scribendum *jam:* neque enim *tum*, quod sequitur, huic particulæ respondet, sed insequenti *et*, sensusque est: non erat jam par pugna, quia et impares pugnabant, et Hasdrubalis exercitum jejunum deficiebant vires; Gron. Vulg. *tum* revocavit Doer. exponitque, jam, nunc. Sed minus placet ob seq. *tum.*' Rupert. *Tum* Doujat. Gron.—2 Τῷ *et* carent Edd. ante Sigon.—3 *Afficeret* Gron. Doujat. Crev.—4 '*Consternati* cet. cf. Polyb. XI. 24. pr. ubi Schweigh. suspicatur, elephantos, ante mediam Pœnorum aciem locatos, (v. cap. 14.) ad cornuum extremitatem et latera actos fuisse, ut ea ab impetu equitum velitumque Rom. defenderent, et deinde *consternatos a cornibus* rediisse seque

NOTÆ

k *Tum quod turba Baliarium* [*Balearium*] Repete ex superiori membro, 'haudquaquam par pugna erat;' tum aliis de causis, tum præsertim quod Baleares et tirones Hispani oppositi erant veteranis militibus Romanis et Latinis; et præterea quod Hasdrubalis milites fessi erant longiore pugna, quam inire coacti fuerant nondum capto cibo. Participium enim 'oppressos' refertur ad milites qui in exercitu Hasdrubalis. Quidam editi pro *Balearium*, habent *lixarum:* sed prius haud dubie melius; neque enim solent lixæ permixti militibus ad prælium educi.

l *Fessi igitur*] Pœni.

tutumque receptum, si modice se reciperent,'[y] clamitans, tamen, vincente verecundiam metu, (cum proximus quisque hostem cederet,[5m]) terga extemplo data, atque in fugam sese omnes effuderunt. Ac primo consistere signa in radicibus collium, ac revocare in ordines militem cœperant, cunctantibus in adversum collem erigere aciem Romanis. Inde[6] ut inferri impigre signa viderunt, integrata fuga,[7] in castra pavidi compelluntur. Nec procul vallo Romanus aberat, cepissetque tanto impetu castra, ni se[8] ex vehementi sole, qualis inter graves imbre nubes effulget, tanta vis aquæ dejecisset, ut vix in castra sua receperint se[9] victores; quosdam etiam religio ceperit[10] ulterius quicquam eo die conandi. Carthaginienses, quanquam fessos labore ac vulneribus nox imberque ad necessariam quietem vocabat, tamen, quia metus et periculum cessandi non dabat tempus, prima luce oppugnaturis hostibus castra, saxis undique circa ex propinquis vallibus congestis augent vallum, munimento sese, quando in armis parum præsidii foret, defensuri. Sed transitio sociorum, fuga ut tutior mora videretur, fecit. Principium defectionis ab Attano regulo Turdetanorum factum est. Is cum magna popula-

[y] *Si paulatim ac lente retrocederent.*

---

intulisse in mediam aciem.' Rupert.—5 ' *Cum proximus quisque hostem cederet*: immo *cæderet*; Jac. Gron. Præstiterit *hosti cederet*. Sed nil mutandum, si junxeris *proximus hostem*.' Rupert.—6 *Deinde* Gron. Doujat. Crev.—7 ' *Integrata fuga, in castra pavidi*. Optimus et meliores *integra*. An *iterata fuga*?' J. F. Gron.—8 Τῷ *se* carent Edd. ante Sigon.—9 Olim legebatur *tanta vis aquæ dejecta esset*; et *tantæ vis*; et *receperit se*.—10 Ante Sigon. *ceperat* legebatur.

NOTÆ

[m] *Cum proximus quisque hostem cederet*] In plerisque editis scriptum reperitur *cæderet*; qua ratione referendum erit ad Romanos, quorum proximi quique hostem cædebant. Sensus tamen et stylus Livianus lectioni membranarum videtur favere, ut sit sensus, Pœnorum eos, qui proximi essent Romanis, cessisse, et fugiendo impulisse remotiores. Quemadmodum enim dicitur, ' prope aliquem,' ita et Livius dicit, ' propius ' et ' proxime aliquem ;' et ex consequenti, ' proximi hostem.' Gall. *Ceux qui étoient les plus proches des ennemis.* Recepta tamen phrasis est ' proximi quique hosti cederent.'

rium manu transfugit. Inde duo munita oppida cum præsidiis tradita a præfectis Romano. Et ne latius, inclinatis semel ad defectionem animis, serperet res, silentio proximæ noctis Hasdrubal castra movet.

16. Scipio, ut prima luce, qui in stationibus erant, retulerunt, profectos hostes, præmisso equitatu signa ferri jubet; adeoque citato agmine ducti sunt, ut, si via recta vestigia sequentes issent, haud dubie assecuturi fuerint. Ducibus est creditum, brevius aliud esse iter ad Bætim fluvium,[n] ut transeuntes aggrederentur. Hasdrubal, clauso transitu fluminis, ad oceanum flectit. Et jam inde fugientium modo effusi abibant; idque ab legionibus Romanis aliquantum intervalli fecit. Eques levisque armatura, nunc ab tergo, nunc ab lateribus occurrendo,[1] fatigabat morabaturque: sed cum ad crebros tumultus signa consisterent, et nunc equestria, nunc cum velitibus auxiliisque peditum prælia consererent, supervenerunt legiones. Inde non jam pugna, sed trucidatio velut pecorum fieri; donec ipse dux, fugæ auctor, in proximos colles cum sex[2] millibus ferme semiermium evasit. Ceteri cæsi captique: castra tumultuaria raptim Pœni tumulo editissimo communierunt, atque inde, cum hostis nequicquam subire iniquo ascensu conatus esset,[3] haud difficulter sese tutati sunt. Sed obsidio in loco nudo atque inopi vix in paucos dies tolerabilis erat. Itaque transitiones ad hostem[4] fiebant. Postremo dux ipse, navibus acceptis, (nec procul inde aberat mare)

1 ' *Occurrendo.* Forte *incurrendo:* nam quomodo *ab tergo* alicui *occurri* possit, non intelligo.' *Duk.*—2 In Edd. ante Gron. *in proximos colles cum septem millibus.*—3 Olim *Cum hostes conati essent.*—4 *Hostes* Gron. Doujat.—

NOTÆ

n *Ad Bætim fluvium*] Inter Hispaniæ flumina e præcipuis est *Bætis*, hodie Arabico vocabulo *Guad-al-quivir*, id est, fluvius magnus: in Tugiensi exoriens saltu, qui nunc *Sierra de Alcaraz*, qua Castella nova ad Granatæ Murciæque regnorum terminos sese insinuat: hinc Bæticæ infusus de ipsius nomine dictæ, quæ maxima ex parte in Vandalitiæ nomen transiit, vulgo nunc *Andaluzia*, ab ortu ad occasum amœno alveo et recto prope cursu per Cordubam decurrit, donec paulo supra Hispalim, in austrum deflectens, in Atlanticum tandem se effundat oceanum.

nocte relicto exercitu, Gades perfugit. Scipio, fuga ducis hostium audita, decem millia peditum, mille equites relinquit Silano ad castrorum obsidionem. Ipse cum ceteris copiis, septuagesimis castris,[o] protenus causis regulorum civitatiumque cognoscendis, ut præmia ad veram meritorum æstimationem tribui possent, Tarraconem rediit. Post profectionem ejus Masinissa, cum Silano clam congressus, ut ad nova consilia gentem quoque suam obedientem haberet, cum paucis popularibus in Africam trajecit; non tam evidenti eo tempore subitæ mutationis causa,[s] quam documento post id tempus constantissimæ ad ultimam senectam fidei,[5] ne tum quidem eum sine probabili causa fecisse. Mago inde, remissis ab Hasdrubale navibus, Gades petit. Ceteri, deserti ab ducibus, pars transitione, pars[6] fuga, dissipati per proximas civitates sunt. Nulla manus[a] numero aut viribus insignis. Hoc maxime modo, ductu atque auspicio P. Scipionis, pulsi Hispania Carthaginienses sunt: tertiodecimo anno[7 p] post bellum ini-

[s] *Cujus subitæ transitionis ad Romanos non tam manifesta eo tempore fuit causa, quam eam tunc quoque justam fuisse docuit postea constantia ejus in fide Romanorum usque ad extremam senectutem.*

[a] *Nullus militum globus.*

'*Quam d. p. i. tempus... fidei* sc. evidenti, h. e. fide postea evidenter indicante. Docente fide; Crev. Per documentum fidei, h. e. quod fide docuit; Doer. *constantissima fide* emend. Duk. hoc sensu: tum quidem non existente, apparente subitæ mutationis causa, sed constantissima fide existente documento, ne tum quidem cet.' *Rupert.*—6 Put. Reg. Men. Pal. Voss. carent posteriore *pars.*—7 'In omnibus Mss. et edd. antt. *quarto decimo;* sed leg. *duodecimo:* nam forma hæc est loquendi, qua primus annus non comprehenditur: re vera autem hic est Punici belli annus XIII. et imperii Scipionis sextus; Sigon. *quinto* forte pro *sexto*, quod Scipio sub finem demum æstatis cum imperio in Hispaniam venit, et ineunte hujus anni æstate Pœnos Hispania pepulit, adeoque *quintus* annus nondum expletus fuit; Crev. *quinto, quam* recte Put. Flor. Cant. pro *quinto, postquam:* sic enim gaudet loqui Livius. Cf. Jac. Gron. et Drak. Duk. ad Flor. Gron. ad Justin.' *Rupert.*

NOTÆ

[o] *Septuagesimis castris*] Dies in itinere consumsit saltem septuaginta, quibus castra mutare seu diversis locis metari oportuit.

[p] *Tertiodecimo anno*] Revera decimus tertius currebat annus secundi belli Punici, sextus imperii huic P. Scipioni delati; qui tamen quintus dicitur post acceptam provinciam, excluso scilicet anno primo; qua ratione hic idem decimus tertius belli annus dicendus esset duodecimus

tum, quinto, quam P. Scipio provinciam et exercitum accepit. Haud multo post Silanus, debellatum referens, Tarraconem ad Scipionem rediit.

17. L. Scipio cum multis nobilibus captivis nuntius receptæ Hispaniæ Romam est missus: et cum ceteri lætitia gloriaque ingenti eam rem vulgo ferrent, unus, qui gesserat,[q] inexplebilis virtutis veræque laudis, parvum instar[r] eorum, quæ spe ac magnitudine animi concepisset, receptas Hispanias ducebat. Jam Africam magnamque Carthaginem, et in suum decus nomenque velut consummatam[1] ejus belli gloriam spectabat.[t] Itaque, præmoliendas sibi[2] ratus jam res conciliandosque regum gentiumque animos, Syphacem primum regem statuit tentare. Masæsylorum is rex erat. Masæsyli, gens[s] affinis Mauris, in regionem[3] Hispaniæ, maxime qua sita Nova Carthago est, spectant.

[t] *Et ejus belli gloriam consummatam velut quid ad honorem et famam suam necessarium respiciebat.*

1 In Edd. ante Gron. *consummatum.* ' Pro *consummatam*, quod libri vett. tam scripti quam excusi constanter servant, lectionem *consummandam*, a Ruhnkenio ad Vell. Pat. II. 29. p. 170. propositam, eo minus in textum recipere dubitavi, quo magis de hujus loci integritate jam ab aliis dubitatum est. Præbet autem recepta lectio sensum commodissimum: et spectabat ejus belli gloriam, in suum decus nomenque quasi absolvendam, h. e. ad summum plane fastigium extollendam; *nomen*, quasi, se *Africanum* appellatum iri, præsagivisset Scipio. Jam Gronovius tentaverat: *et in suum decus nomenque olim consummandi ejus belli gloriam spectabat.* Alii difficultates, quibus laborat vetus lectio *consummatam*, ita expedire studuerunt, ut *consummatam belli gloriam* secundum morem adjectiva cum aliis nominibus conjungendi pro *consummati belli gloriam* positum esse dicerent.' *Doering.*—2 *Ibi* Gron. Doujat. Crev. ' Putean. et quivis optimi, *Itaque præmolienda sibi ratus jam reconciliandosque.*' J. F. Gron.—3 *Regionem*, non *in regionem*, olim legeb. et mox, ante

NOTÆ

post bellum initum, non computato pariter primo.

q *Unus, qui gesserat*] Solus P. Scipio qui eas res gesserat.

r *Parvum instar*] Gallice, *Il ne comptoit le recouvrement ou la conquête de toutes les provinces d'Espagne que pour un échantillon des grandes choses qu'il avoit conçues, &c.*

s *Masæsyli, gens*] Hi populi in Mauritaniæ parte degebant, quam postea Romani Mauritaniam Cæsariensem dixere a Julia Cæsarea urbe, quæ nunc *Tenez*. Spectabant in regionem Hispaniæ ubi Nova Carthago. Huic nunc ex adverso respondet pars occidentalis regni Algeriani, ubi regnum Telensin, alias Tremisen, et in eo Oran. Dicuntur affines fuisse Mauris, id est, Mauritaniæ Tingitanæ, inter quam et Numidiam hi populi.

Fœdus ea tempestate regi cum Carthaginiensibus erat. Quod haud gravius ei sanctiusque, quam vulgo barbaris, quibus ex fortuna pendet fides, ratus fore, oratorem ad eum C. Lælium cum donis mittit. Quibus barbarus lætus, et quia res tum prosperæ ubique Romanis, Pœnis in Italia adversæ, in Hispania nullæ jam erant, amicitiam se Romanorum[4] accipere annuit; firmandæ ejus fidem nec dare, nec accipere, nisi cum ipso coram duce Romano. Ita Lælius, in id modo fide ab rege accepta, tutum adventum fore, ad Scipionem rediit. Magnum in omnia momentum Syphax affectanti res Africæ erat, opulentissimus ejus terræ rex, bello jam expertus ipsos Carthaginienses, finibus etiam regni apte ad Hispaniam, quod freto exiguo dirimuntur, positis. Dignam itaque rem cipio ratus, quæ, quoniam non aliter posset, magno periculo peteretur, L. Marcio Tarracone, M. Silano Carthagine Nova, quo pedibus[t] ab Tarracone itineribus magnis ierat, ad præsidium Hispaniæ relictis, ipse cum C Lælio duabus quinqueremibus ab Carthagine profectus tranquillo mari plurimum remis, interdum et leni adjuvante[5] vento, in Africam trajecit. Forte ita incidit, ut eo ipso tempore Hasdrubal pulsus Hispania, septem triremibus portum invectus, ancoris positis terræ applicaret naves; cum conspectæ duæ quinqueremes haud cuiquam dubio,[6] quin hostium essent, opprimique a pluribus, prius quam portum intrarent, possent, nihil aliud, quam tumultum ac trepidationem simul militum ac nautarum, nequicquam armaque et naves expedientium, fecerunt. Percussa enim ex alto vela paulo acriori vento

[6] *Nemine dubitante quin, &c. sive cum dubium nemini esset.*

Gron. *sita est.*—4 *Romani* pro *Romanorum* ante Gron.—5 *Juvante* legebatur ante Gron.—6 '*Haud quoquam dubio*, i. e. dubitante, malebat Ant. Peris.'

NOTÆ

[t] *Pedibus*] Tὸ *pedibus* non opponitur hic itineri equestri, sed maritimo. Gall. *par terre.*

prius in portum intulerunt quinqueremes, quam Pœni ancoras molirentur. Nec ultra tumultum ciere quisquam [7] in regio portu audebat. Itaque prior in terram Hasdrubal, mox Scipio et Lælius egressi, ad regem pergunt.

18. Magnificumque id Syphaci (nec erat aliter) visum, duorum opulentissimorum ea tempestate duces populorum uno die suam pacem amicitiamque petentes venisse. Utrumque in hospitium invitat, et, quoniam fors eos sub uno tecto esse atque ad eosdem penates [u] voluisset,[x] contrahere ad colloquium dirimendarum simultatium causa est conatus; Scipione abnuente, aut privatim sibi ullum cum Pœno odium esse, quod colloquendo finiret, aut de re publica se cum hoste agere quicquam injussu senatus posse. Illud magno opere tendente rege,[z] ne alter hospitum exclusus mensa videretur, ut in animum induceret ad easdem venire epulas, haud abnuit. Cœnatumque simul apud regem est; et eodem etiam lecto Scipio atque Hasdrubal (quia ita cordi erat regi) accubuerunt.[x] Tanta autem inerat comitas

Rupert.—7 ' *Ciere* e Put. pro vulg. *edere* recepit Gron. *agere quis quicquam* emend. Rhen. *nec vim facere aut tumultum ciere* conj. Gron. Malim *et nil ultra tumultum ciere* vel *edere*, (non vim quoque prælumve facere,) ut paulo ante: ' nihil aliud, quam tumultum ac trepidationem, fecerunt.'' *Rupert.*

1 Olim *atque ad eosdem penates esse voluisset.* ' Quod Sigon. magna confidentia hic reponit, *atque in eodem penate;* etsi duobus summis viris persuaserit, nec nos in ullo invenimus, et præ vulgato recipiendum non esse certissima ratione in IV. Observ. 6. evicimus. Duo recentissimi *in eosdem penates:* ceteri omnes, ut antehac publicatum.' *J. F. Gron.*—2 In hanc mutationem ab antiq. lect. *illud magnopere contendente rege* ' omnes Gall. et Pall. tum Voss. codexque Rhenani, quem tamen hic ille spernit, consentiunt.' *J. F.*

NOTÆ

[u] *Ad eosdem penates*] Sigon. confidenter quasi ex veteribus libris reponit, *in eodem penate*, quod olim Labeoni visum *penatis* singulariter dici, tradat Festus, qui proportione *penas* dici posse existimat: sed nec apud Livium in ullo codice hæc lectio: neque eam recipiendam esse probat Gron. Observat. IV. 6.

[x] *Accubuerunt*] Accumbendi et discumbendi verba ad receptum apud Romanos cibi capiendi morem pertinent: sed horum verborum discrimen non in eo positum fuit quod accumbere Deorum esset, discumbere autem hominum; quemadmodum Acroni grammatico in Horat. od. 27. lib. I. visum est. Sed quod accumbere referatur ad mensam circa quam, discumbere ad lectum in quo

Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas, ut non Syphacem modo, barbarum insuetumque moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum, facunde alloquendo sibi conciliaret;[3] 'mirabilioremque[4] sibi eum virum[5] congresso coram visum' præ se ferebat, 'quam bello rebus gestis. Nec dubitare, quin Syphax regnumque ejus jam in Romanorum essent[6] potestate. Eam artem illi viro ad conciliandos animos esse. Itaque non, quo modo Hispaniæ amissæ sint,[7] quærendum magis Carthaginiensibus esse, quam, quo modo Africam retineant, cogitandum. Non peregrinabundum, neque circa amœnas oras vagantem tantum ducem Romanum, relicta provincia novæ ditionis, relictis exercitibus,[7] duabus navibus in Africam trajecisse sese[8] in hostilem terram, regiam[9] in fidem expertam;[10] sed potiundæ Africæ spem affectantem.[11] Hoc eum jam pri-

Gron.—3 *Conciliarit* Gron. Doujat. Crev.—4 *Mirabilioremque.* 'Ante *mirabilioremque* rectius forte majorem distinct. posuit Doer.' *Rupert.* 'Rhenanus τὸ *que* delendum putat. Perizonius tentat, *mirabiliorem qui*, quod durum mihi videtur.' *Doering.*—5 Del. *virum* Gron. Doujat. Crev.—6 *Esset* Gron. Doujat. Crev. Edd. etiam ante Gron. omitt. *jam.*—7 Ante Gron. *Hispania amissa sit.*—8 '*Trajecisse sese.* Mira in hoc loco est lectionis varietas: vid. Drakenb. Plures libri Mss. offerunt, *trajecisse et commisisse sese;* certe committere se in aliquem locum eleganter dicitur pro audacter in aliquem locum se conferre.' *Doering.*—9 *In potestatem regiam* Gron. Doujat. Crev.—10 '*Inexpertam* optimi plurimique Mss. et edd. ante Drak. prob. Gron. Idem in notis ad h. l. conj. *in hostilem terram, regiam* (aulam barbari regis, cui non temere te credas, nisi fidei et incolumitatis habeas quædam pignora) *infidam, inexpertam.* In iisdem Mss. legitur *relictis exercitibus duobus* (altero sub L. Marcio Tarracone, altero sub M. Junio Silano Carthagine Nova) *in Africam* cet. non improb. Gron.' *Rupert.*—11 *Pretia sectantem* Rhenan.

NOTÆ

cubabant. Itaque in cœnaculo mensa rotunda atque humilis locabatur: circa mensam vero tres plerumque lecti insternebantur stragula veste, unde triclinii nomen. In tribus porro convivis eodem lecto discumbentibus locus dignissimus medius habebatur qua de re accurate Lips. antiq. lect. lib. III. Sed an ejusmodi cœnandi mos apud Mauros et Syphacem receptus esset, quemadmodum apud Romanos, satis, opinor, dubium videri potest. Nam nec apud priscos Romanos accumbendi usum fuisse, sed considere solitos, quemadmodum Lacones, Servius notat, et Isidorus etym. lib. XX. c. 11.

7 *Relictis exercitibus*] In optimis rotundius, ita: *Relictis exercitibus duobus, in Africam trajecisse sese, in hostilem terram, regiam infidam, inexpertam.* Exercitus duos intellige, tum eum qui Tarracone sub L. Marcio, tum eum qui Carthagine Nova sub M. Junio Silano.

dem volutare in animo, hoc palam fremere, quod non, quemadmodum Hannibal in Italia, sic Scipio in Africa bellum gereret.' Scipio, fœdere icto cum Syphace, profectus ex Africa, dubiisque et plerumque sævis in alto jactatus ventis, die quarto Novæ Carthaginis portum tenuit.

19. Hispaniæ sicut a bello Punico quietæ erant, ita quasdam civitates, propter conscientiam culpæ, metu magis, quam fide, quietas esse apparebat: quarum maxime insignes et magnitudine et noxa Illiturgi et Castulo erant. Castulo,[1a] cum prosperis rebus socii fuissent, post cæsos cum exercitibus Scipiones defecerant ad Pœnos. Illiturgitani[2] prodendis, qui ex illa clade ad eos perfugerant,[d] interficiendisque scelus etiam defectioni addiderant. In eos populos primo adventu, cum dubiæ Hispaniæ essent, merito magis, quam utiliter, sævitum foret. Tunc, jam tranquillis rebus, quia tempus expetendæ pœnæ videbatur venisse, accitum ab Tarracone L. Marcium cum tertia parte copiarum ad Castulonem oppugnandum mittit: ipse cum cetero exercitu quintis ferme ad Illiturgin castris pervenit. Clausæ erant portæ, omniaque instructa et parata ad oppugnationem arcendam: adeo conscientia, quid se meritos scirent, pro indicto eis bello fuerat. Hinc et hortari[3] milites Scipio orsus est: 'Ipsos claudendis portis[4] indicasse Hispanos, quid, ut timerent, meriti essent. Itaque multo infestioribus animis cum iis, quam cum Carthaginiensibus, bellum gerendum esse. Quippe cum illis prope sine ira de imperio et gloria certari; ab his[5] perfidiæ et crudelitatis et sceleris pœnas expetendas esse. Venisse tempus, quo et nefandam commilitonum necem, et in semet ipsos, si eodem fuga

[d] *Tradendo hostibus, aut occidendo eos qui cæso exercitu ad ipsos confugerant.*

1 'Castulo pro *Castulonenses*, (quod primus reposuit Ascensius,) omnes fere Mss. et Edd. antt.' *Rupert.*—2 Vulgo olim legebatur *Illiturgi.*—3 *Exhortari* Gron. Doujat.—4 *Claudendo portas* Gron. Doujat. Put. sane *claudem-*

NOTÆ

[a] *Castulo*] Sic scripti: Castulo pro Castulonensibus.

delati forent, instructam fraudem ulciscerentur; et in omne tempus gravi documento sancirent, ne quis unquam Romanum civem militemve in ulla fortuna opportunum injuriæ duceret.' Ab hac cohortatione[6] ducis incitati scalas electis per manipulos viris dividunt, partitoque exercitu, ita ut parti alteri Lælius præesset legatus, duobus simul locis ancipiti terrore urbem aggrediuntur. Non dux unus aut plures principes oppidanos, sed suus ipsorum ex conscientia culpæ metus ad defendendam impigre urbem hortatur. Et meminerant, et admonebant alii[7] alios, 'supplicium ex se, non victoriam, peti. Ubi quisque mortem oppeteret, id referre, utrum in pugna et in acie, ubi Mars communis et victum sæpe erigeret et affligeret victorem, an postmodo,[8] cremata et diruta urbe, ante ora captarum conjugum liberorumque, inter verbera et vincula, omnia fœda atque indigna passi, expirarent.' Igitur non militaris modo ætas, aut viri tantum, sed fœminæ puerique[9] supra animi corporisque vires adsunt; propugnantibus tela ministrant, saxa in muros munientibus gerunt. Non libertas solum agebatur,'[10] quæ virorum fortium tantum pectora acuit; sed ultima omnium[11] supplicia[b] et fœda mors ob oculos erat. Accendebantur animi et certamine laboris ac periculi, atque ipso inter se conspectu. Itaque tanto ardore certamen initum est, ut domitor ille totius Hispaniæ exercitus, ab unius oppidi juventute sæpe repulsus a muris, haud satis decoro prælio trepidaret.[12] Id ubi vidit Scipio, veritus, ne vanis

[c] *Non tantum agebatur de libertate.*

---

dos portas.—5 *Ab iis* Gron.—6 In Edd. ante Gron. *exhortatione.*—7 *Alii* del. Crev. ut antea vulgo.—8 In Edd. ante Gron. *postmodum.*—9 In libr. vet. inven. *fœminæ quoque puerique.*—10 '*Non libertas solum agebatur.* Sic omnes sine ulla varietate: nisi quod duo Pall. *sola.* Sed quis unquam dixit, *libertas agitur*, et non potius, *libertatis negotium agitur?* vociferatur Rhenanus; itaque substituit, *non libertas sola lædebatur.*' J. F. Gron.—11 Olim *omnibus*

NOTÆ

[b] *Sed ultima omnium supplicia*] Non suum quisque supplicium tantum, sed propinquorum, amicorum, cunctorum civium communem calamitatem habebant in animo, et quasi ob oculos, atque horrebant.

conatibus suorum et[13] hostibus cresceret animus, et segnior miles fieret, sibimet conandum ac[14] partem periculi capessendam esse ratus, increpita ignavia militum, ferri scalas jubet: se ipsum, si ceteri cunctentur, escensurum minatur. Jam subierat haud mediocri periculo mœnia, cum clamor undique ab solicitis vicem imperatoris militibus sublatus, scalæque multis simul partibus erigi cœptæ. Et ex altera parte Lælius instat.[15] Tum victa oppidanorum vis, dejectisque propugnatoribus occupantur muri. Arx etiam ab ea parte, qua inexpugnabilis videbatur, inter tumultum capta est.

20. Transfugæ Afri, qui tum inter auxilia Romana erant, et oppidanis in ea tuenda,[1] unde periculum videbatur,[2] versis, et Romanis subeuntibus, qua adire poterant, conspexerunt editissimam urbis partem,[3] quia[4] rupe præalta tegebatur, neque opere ullo munitam, et ab defensoribus vacuam. Levium corporum homines, et multa exercitatione pernicium, clavos secum ferreos portantes, qua per inæqualiter eminentia rupis poterant, scandunt. Sicubi nimis arduum et leve[5] saxum[e] occurrebat, clavos per modica intervalla figentes, cum velut gradus fecissent, primi sequentes[6] extrahentes manu, postremi sublevantes eos, qui

pro *omnium*.—12 *Trepidarit* Gron. Doujat. Crev.—13 *Et* del. Gron. quod etiam Mss.—14 In Edd. ante Gron. *conandum ad partem*.—15 ' Mss. alii manifeste sic habent, *Lælius institit*; alii, leviter corrupti, eodem tendunt, *Et ex altera parte Lælius instat. Tum victa oppidanorum vis, dejectisque propugnatoribus occupantur muri*, ut fuit ante Rhenan.' *J. F. Gron.*

1 ' *In ea tuenda*. Put. *in ea tatuenda*. Fortasse, *in ea tantum tuenda*.' J. F. Gron.—2 ' *Unde periculum vid*. An forte post *periculum* verbum aliquod, v. c. *imminere, impendere*, vel *timendum* excidit? Ejusmodi aliquid desiderare certe videtur particula *unde*. Aliter se res haberet, si *ubi* pro *unde* scripsisset Livius. Nisi quis *videbatur* pro *cernebatur* explicare malit.' *Doering*.—3 ' *Editissimam urbis partem*, arcem. Sed potius *e. arcis partem* leg. cum Crev. Nam designatur ea arcis pars, qua inexpugnabilis videbatur, (hæc sunt extrema verba cap. præc.) quia rupe præalta tegebatur; quæ tamen inter tumultum capiebatur, et quia neque opere ullo munita erat cet.' *Rupert*.—4 Omnes Gall. Voss. duoque Pall. *qua rupe præalta*.—5 Vir doctus ap. J. F. Gron. *læve*: ' non meminerat, *levis* producta priore syllaba dici a λεῖος.' *J. F. Gronov*.—6 *In-*

NOTÆ

e *Leve saxum*] Quidni *læve saxum*, opponiturque scabro? Neque obstat quod planum sive glabrum significat, Græca origo a voce λεῖος. Certe si

præirent,[7] in summum evadunt. Inde decurrunt cum clamore in urbem jam captam ab Romanis. Tum vero apparuit, ab ira et ab odio urbem oppugnatam esse. Nemo capiendi vivos, nemo, patentibus ad direptionem omnibus, prædæ memor est. Trucidant inermes juxta atque armatos, fœminas pariter ac viros: usque ad infantium cædem ira crudelis pervenit. Ignem deinde tectis injiciunt, ac diruunt, quæ incendio absumi nequeunt: adeo vestigia quoque urbis extinguere, ac delere memoriam hostium sedis, cordi est. Castulonem inde Scipio exercitum ducit: quam urbem non Hispani modo convenæ, sed Punici etiam exercitus ex[8] dissipata passim fuga reliquiæ tutabantur. Sed adventum Scipionis prævenerat fama cladis Illiturgitanorum, terrorque inde ac desperatio invaserat;[9] et in diversis causis, cum sibi quisque consultum sine alterius respectu vellet, primo tacita suspicio, deinde aperta discordia secessionem inter Carthaginienses atque Hispanos fecit. His Cerdubellus propalam deditionis auctor. Himilco Punicis auxiliaribus præerat; quos urbemque, clam fide accepta, Cerdubellus Romano prodit. Mitior ea victoria fuit. Nec tantundem noxæ admissum erat,[d] et aliquantum iræ lenierat voluntaria deditio.

21. Marcius[1] inde in barbaros, si qui nondum perdomiti erant, sub jus ditionemque redigendos missus.[e] Scipio Car-

---

sequentes Gron. Doujat. Crev.—7 In libr. ante Gron. *qui præ se irent*.—8 *E* Gron. Doujat. Crev.—9 'In codice Sigoniano, *invaserat omnes*. Sed τὸ *omnes* haud dubie adjectum est ab eo, qui verbum invadere intransitive et sine casu nonnunquam poni ignoraret. Sic supr. v. 18. 'dulcedo invasit,' ubi plura exempla collegit Drakenb.' *Doering*.

1 'Lipsianus codex deficitur *Marcii* nomine.' *J. F. Gron.* '*Inde in barbaros... redigendos legatis missis, Scipio* cet. Quidam Mss. et alii: *Marcius inde ... redigendos* (sc. iit): *Scipio Carthaginem ... rediit*. Illud probabat Lips. hoc Gron.' *Rupert.* '*Missus*: hanc vocem, haud idoneis rationibus a J. F.

NOTÆ

per unum *e* scribatur, hoc productum intelligi debet, ut sit idem sensus.

[d] *Nec tantundem noxæ admissum erat*] Castulonenses enim tantum ad Pœnos defecerant post cæsos cum exercitibus Scipiones, nec Romanos profugos aut prodiderant aut occiderant.

[e] *Marcius inde in* [*ad*] *barbaros .... redigendos missus*] Ita legitur in Re-

thaginem, ad vota solvenda Diis munusque gladiatorium,[2] quod mortis causa patris patruique paraverat, edendum, rediit. Gladiatorium spectaculum[f] fuit non ex eo genere hominum, ex quo lanistis comparare mos est,[f] servorum quive venalem sanguinem habent.[3 g] Voluntaria omnis et gratuita opera pugnantium fuit. Nam alii missi ab regulis sunt ad specimen insitæ genti virtutis ostendendum: alii ipsi professi, se pugnaturos in gratiam ducis: alios æmulatio et certamen, ut provocarent provocatique haud abnuerent, traxit. Quidam, quas disceptando controversias finire nequiverant[4] aut noluerant, pacto inter se,[5] ut victorem res sequeretur,[5]

f Quales magistri ludorum gladiatoriorum comparare solent, et erudire.
g Inito invicem pacto, ut penes victorem remaneret res controversa.

Gron. ejectam, jure revocavit Crev. Nam non postulat eam tantum oratio, sed eandem quoque melioris notæ Codd. apud Drakenb. constanter servant.' *Doering.*—2 ' Vet. lib. *gladiatorum*, quo pacto loquitur paulo post: ' Huic gladiatorum spectaculo ludi funebres additi.' ' *Sigon.*—3 ' In plurimis libri. Mss. apud Drakenb. legitur, *servorum qui*; sed cum non nisi liber sanguinem venalem habere possit, (servi enim in dominorum potestate sunt,) bene J. F. Gron. *quive* pro *qui* reposuit; idemque voces, *delectu ac liberorum*, quæ in paucis tantum Codd. post *servorum* reperiuntur, optimo jure ejecit.' *Doering.*—4 *Nequierant* Gron. Doujat. Crev.—5 ' *Pacto inter se*, h. e. constituto inter se, cum inter se constituissent. Ante Rhenan. edebatur, *pacti inter se*;

NOTÆ

gio uno, et consentiunt omnes editi: abest a Put. vox *missus*; nihil tamen occurrit cur delenda videatur. Lipsianus et alii codices deficiuntur nomine *Marcius*, habentque, *deinde in barbaros, &c. redigendos legatis missis.* Atque huic lectioni favet quod paulo post legitur initio cap. prox. ' interim nihilominus res per legatos gerebantur;' unde sequitur plures fuisse legatos, non unum Marcium. Reponit tamen Gronov. posse intelligi legatos ipsi Marcio adjunctos, quem tanquam dignatione principem, solum nominari sufficiat: et revera quæ sequuntur ad finitam usque obsidionem Astapensem, a Marcio sunt gesta.

f Gladiatorium spectaculum] Primus hic Scipio patris manibus parentavit commissis gladiatoribus.

g Servorum quive venalem sanguinem habent [*delectu ac liberorum qui, &c.*] Put. ceterique Gallici habent, *servorum qui venalem sanguinem habent*, prætermissis quæ vulgati interserunt, nimirum *delectu ac liberorum*. Unde facile cum Gronovio legendum conseo, *servorum quive venalem sanguinem habent*. Sed hinc eadem tamen sententia sequitur, ac ex vulgari lectione: lanistas nempe in gladiatorios suos ludos asciscere solitos duo genera hominum, servorum nempe et eorum qui, licet liberi sint, tamen seipsos ac vitam et sanguinem suum pretio addicere non verentur.

Servorum quive] J. F. Gronovii conjecturam, quæ proxima antiquæ scripturæ, in tantum admisi. Legebatur antea, *servorum delectu ac liberorum, qui, &c.* J. Clericus.

ferro decrèverunt. Neque obscuri generis homines, sed clari illustresque, Corbis et Orsua patrueles fratres, de principatu civitatis, quam Ibem vocabant,[h] ambigentes, ferro se certaturos professi sunt. Corbis major erat ætate. Orsuæ pater princeps proxime fuerat, a fratre majore post mortem ejus principatu accepto. Cum verbis disceptare Scipio vellet, ac sedare iras, negatum id ambo dicere communibus cognatis, nec alium Deorum hominumve, quam Martem, se judicem habituros esse. Robore major, minor flore ætatis ferox, mortem in certamine, quam ut alter alterius imperio subjiceretur, præoptantes, cum dirimi ab tanta rabie nequirent,[6] insigne spectaculum exercitui præbuere documentumque, quantum cupiditas imperii malum inter mortales esset. Major usu armorum et astu facile stolidas vires minoris superavit. Huic gladiatorum spectaculo ludi funebres additi pro copia[7] et provinciali et castrensi apparatu.

22. Res interim nihilominus ab legatis gerebantur. Marcius, superato Bæte amni, quem incolæ Certim[1] appellant,[i] duas opulentas civitates sine certamine in deditionem accipit. Astapa urbs[k] erat,[2] Carthaginiensium semper par-

sed nostram lectionem plurimi Mss. apud Drakenb. tuentur.' *Doering.*—6 Putean. Voss. et meliores hanc proferunt lectionem. Gron. *quod ab tanta rabie dirimi nequirent*; Doujat. Crev. *cum ab tanta rabie dirimi nequirent.*—7 ' Delendum voc. *apparatu*, vel τὸ *et* post *copia*; Crev. et Duk. Hic tamen et vulgatum servari posse monet, et *pro copia* sic dici XXVI. 11. et ap. Plaut. Mercat. III. 1. 8. et Trucul. I. 2. 46.' *Rupert.*

1 ' Ita optimi Mss. et *Certima* XL. 47. opp. Celtiberorum; Gron. *Circem*, *Circium*, *Cercim*, *Cretim*, *Cirtem*, *Cirtim* et *Cirtium* alii. *Circem* h. l. et Κίρκης ap. Steph. leg. conj. Sigon.' *Rupert.*—2 ' *Urbs erat.* Τὸ *erat* abest a pluribus

NOTÆ

[h] *Quam Ibem vocabant*] Num scribendum *Lacibem*? Lacibis certe Ptolemæo Turdulorum urbs est, Sansoni hodie *Terre de la Cevada*, in Andalusia; neque aliud facile occurrit urbis in Hispania nomen quod propius ad hanc Ibem accedat, et potuit exteri prima syllaba.

[i] *Bæte amni, quem incolæ Certim appellant*] Meliores *Certim*: Regius unus *Cirtem*: alius apud Sigon. *Circem* habet: pro quo apud Steph. est Κέρκης: vulgata editio *Circium* præfert: potestque videri ab eadem origine deductum nomen, a qua *Certima*, Celtiberorum oppidum, quod Graccho deditum a Nostro memoratur lib. XL.

[k] *Astapa urbs*] Dicitur hodie, ni fallor, *Estepa*, in confinio regni Grana-

tis: neque id tam dignum ira erat, quam quod, extra necessitates belli, præcipuum in Romanos gerebant odium. Nec urbem aut situ aut munimento tutam habebant, quæ ferociores iis animos faceret: sed ingenia incolarum latrocinio læta, ut excursiones in finitimum agrum sociorum populi Romani facerent, impulerant, et vagos milites Romanos lixasque et[3] mercatores exciperent. Magnum etiam comitatum, quia paucis parum tutum fuerat, transgredientem fines, positis insidiis circumventum, iniquo loco interfecerunt.[4] Ad hanc urbem oppugnandam cum admotus exercitus esset, oppidani conscientia scelerum, quia nec deditio tuta ad tam infestos videbatur, nec spes mœnibus aut armis tuendæ salutis erat, facinus in se ac suos fœdum ac ferum consciscunt. Locum in foro destinant, quo pretiosissima rerum suarum congererent. Super eum cumulum conjuges ac liberos considere cum jussissent, ligna circa exstruunt,[5] fascesque virgultorum conjiciunt. Quinquaginta deinde armatis juvenibus præcipiunt, ' ut, donec incertus eventus pugnæ esset, præsidium eo loco fortunarum suarum, corporumque, quæ cariora fortunis essent, servarent. Si rem inclinatam viderent, atque in eo jam esse, ut urbs caperetur; scirent omnes, quos euntes in prælium cernerent, mortem in ipsa pugna obituros. Illos se per Deos superos inferosque orare, ut memores libertatis, quæ illo die aut morte honesta, aut servitute infami finienda esset, nihil relinquerent, in quod sævire iratus hostis posset. Ferrum ignemque in manibus esse. Amicæ ac fideles potius ea, quæ peritura essent,[6] absumerent manus,

Mss. Forte leg. *fuerat:* certe delenda distinctio.' *Doer.*—3 Edd. ante Gron. *aut* pro *et* leg.—4 In Edd. ante Gron. *interfecerant.*—5 ' Notat Salmasius ex Put. *exstrui;* idem pater e Voss. idem ipse in Cantabrig. reperi. Vide igitur, an præstet id retineri, ac post scribi *conjici. Quinquaginta.*'

NOTÆ

tensis et Andaluziæ inter Ossunam et amnem, qui vulgo *Xenil*, olim Singulis. Eadem censetur cum Ostipone oppido, quod inter libera Bæticæ et conventus Astigitani Plin. recenset, memoraturque in Itinerario.

quam insultarent superbo ludibrio hostes.' His adhortationibus execratio dira adjecta, si quem a proposito spes mollitiave animi flexisset. Inde concitato agmine patentibus portis ingenti tumultu [7] erumpunt. Neque erat ulla satis firma statio opposita; quia nihil minus, quam ut egredi mœnibus auderent,[8] timeri poterat. Perpaucæ equitum turmæ levisque armatura, repente e castris ad id ipsum emissa, occurrit. Acrior impetu atque animis, quam compositior ullo ordine,[9] pugna fuit. Itaque pulsus eques, qui primus [10] hosti se obtulerat, terrorem intulit levi armaturæ; pugnatumque sub ipso vallo foret, ni robur legionum, perexiguo ad instruendum dato tempore, aciem direxisset. Ibi quoque trepidatum parumper circa signa est, cum cæci furore in vulnera ac ferrum vecordi audacia ruerent. Dein [11] vetus miles, adversus temerarios impetus pertinax, cæde primorum insequentes suppressit. Conatus paulo post ultro [12] inferre pedem, ut neminem cedere, atque obstinatos mori in vestigio quemque suo vidit, patefacta acie (quod ut facere posset, multitudo armatorum facile suppeditabat) cornua hostium amplexus, in orbem pugnantes ad unum omnes occidit.

23. Atque hæc tamen hostium iratorum ac tum maxime dimicantium [1] jure belli in armatos [13] repugnantesque edebantur. Fœdior alia in urbe trucidatio erat, cum turbam fœmi-

---

Jac. Gron.—6 Olim legebatur *forent*.—7 Script. aut. habent *cum ingenti tumultu*.—8 ' Put. Men. Cantab. Voss. Schedæ Gud. post τὸ *egredi* interponunt *posset*. Lege, *Quam ut egredi hostes mœnibus auderent*.' Jac. Gron.—9 *Ordine ullo* Gron. Doujat. Crev.—10 ' Unus *primo*. Nullus *primum* ut Rhenan.' *J. F. Gron.*—11 Olim *Din vetus*. ' Put. Men. *de invectis*. Scribe *dein vetus;* ut erat in duobus Pall. et Aldina. Tertius et Andreas, *deinde vetus*.' J. F. Gron. —12 *Ultra* Gron. Doujat. Crev.

13 ' *Jure belli in armatos* verba suspecta, quoniam absunt ab optimis Mss. qui etiam *pugnantisque* vel *pugnantesque* habent. Solam particulam *que* in causa fuisse, cur tot verba infulcirentur, putabat Gron. et conj. *dimicantium*

NOTÆ

[1] *Dimicantium*] Romanorum scilicet in Astapenses. Per vocem *hæc* intellige atrocia facta, supplicia, aut quid simile: illud vero *jure belli*, quod ignorant quidam codices, nec omnino necessarium est, (quandoquidem satis per se intelligitur,) nec absurdum videtur.

narum puerorumque imbellem inermemque[14] cives sui cæderent, et in succensum rogum semianima pleraque injicerent corpora, rivique sanguinis flammam orientem restinguerent: postremo ipsi, cæde miseranda suorum fatigati, cum armis medio se incendio injecerunt. Jam cædi perpetratæ victores Romani supervenerunt. Ac primo conspectu tam fœdæ rei mirabundi parumper obstupuerunt. Dein cum aurum argentumque, cumulo rerum aliarum interfulgens, aviditate ingenii humani, rapere ex igne vellent, correpti alii flamma sunt, alii ambusti afflatu vaporis: cum receptus primis, urgente ingenti turba,[15] non esset.[k] Ita Astapa, sine præda militum, ferro ignique absumta est. Marcius, ceteris ejus regionis metu in deditionem acceptis, victorem exercitum Carthaginem ad Scipionem reduxit. Per eos ipsos dies perfugæ a Gadibus venerunt, pollicentes, urbem Punicumque præsidium, quod in ea urbe esset,[16] et imperatorem præsidii cum classe prodituros esse. Mago ibi ex fuga substiterat, navibusque in oceano collectis, aliquantum auxiliorum et trans fretum ex Africa ora,[17] et ex proximis Hispaniæ locis per Hannonem præfectum coëgerat. Fide accepta dataque perfugis, et Marcius eo cum expeditis cohortibus, et Lælius cum septem triremibus, quinqueremi[18] una, est missus, ut terra marique communi consilio rem gererent.

24. Scipio ipse gravi morbo implicitus, graviore tamen fama,[m] cum ad id quisque, quod audierat, (insita hominum[19]

[k] *Cum proximi incendio, sese, propter turbam ingentem quæ premebat, inde propripere nequirent.*

---

in pugnantes vel *pugnantesque edebantur*, (h. e. ab dimicantibus et in pugnantes) vel *dimicantium pugna visque edebat*. Malim: *Atque hæc tanta hostium irritorum ac tum maxime dimicantium pœna cædesque edebantur*, et mox cum Rhen. *se incendio injicerent*. Contra Crev. non dubitabat, quin a Livio profecta essent verba illa, a plerisque codd. exsulantia, cum et augerent sententiam, nec quidquam peregrini aut pinguis redolerent.' *Rupert.*—14 Olim legebatur *inermem* sine *que*.—15 'Quod Rhenan. immisit *sub tergo*, nec Gall. nec Pall. quisque, nec Vossianus confirmat.' *J. F. Gron.*—16 Ante Gron. *quod in ea esset*.—17 In Edd. ante Gron. *Africæ oræ*.—18 'Copulativam *et* ante *quinqueremi* abdicant omnes scripti.' *J. F. Gron.*

NOTÆ

[m] *Graviore tamen fama*] Gall. *On le faisoit encore plus malade qu'il n'étoit.*

libidine alendi de industria rumores) adjiceret aliquid, provinciam omnem ac maxime longinqua ejus turbavit: apparuitque, quantam excitatura molem vera fuisset clades, cum vanus rumor tantas procellas excivisset. Non socii in fide, non exercitus in officio mansit. Mandonius et Indibilis, quibus (quia regnum sibi Hispaniæ, pulsis inde Carthaginiensibus, destinarant animis) nihil pro spe contigerat,[i] concitatis popularibus (Lacetani autem[n] erant) et [20][o] juventute Celtiberorum[o] excita,[1] agrum Suessetanum[p] Sedetanumque[r] sociorum populi Romani hostiliter depopulati sunt. Civilis alius furor in castris ad Sucronem[s] ortus.

[i] *Nihil successerat secundum spem ab iis conceptam.*

19 Olim legebatur *insita hominibus.* 'Notat Bongarsius in quibusdam libris fuisse *gentis;* quod non temere rejiciam.' *J. F. Gron.*—20 'Cum vox *autem* h. l. haud necessaria sit, Crev. conj. *Lacetani et Ilergetes erant.* Contra Drak. monet τὸ *autem* in simili locutione adhiberi VII. 41. extr. et Mandonium Indibilemque ambobus forte populis vicinis præfuisse, saltem utrumque sæpius ad rebellionem pellexisse. Recte arbitror; et hinc etiam τὸ *autem* aptissimum h. l. videtur.' *Rupert.*—1 Ante Sigon. *excitata.* Mox inf. *Suessitanum* pro

NOTÆ

[n] *Lacetani autem*] Occidentalem Cataloniam occupabant hi populi, ubi nunc Diœceses Ilerdensis, Urgellitana, et Solsonensis. Videntur populares fuisse unius e duobus regulis, de quibus hic agitur; non amborum. Etenim Ilergetum defectionis mentio fit cap. 27. et 31. ita ut Ilergetibus Lacetani conjungantur c. 34. eorumque duces memorentur Mandonius et Indibilis. Hinc conjicere est Mandonium in Ilergetibus, Indibilem in Lacetanis regnasse.

[o] *Juventute Celtiberorum*] Hi, a Celtis orti, trans Iberum incolebant in parte Aragoniæ occiduæ, et Castellæ Novæ orientalis, qua hæc ad septemtrionem vergit, ubi nunc pars Turiasonensis et Seguntini episcopatuum.

[p] *Agrum Suessetanum*] Est quidem Suestasium Caristorum (qui nunc Alabenses) oppidum apud Ptolemæum, quod hodie Florianus parum probabiliter *Sanguessam* esse existimat. Sed caput regionis aut gentis alicujus fuisse, seu tractus, qui inde Suessitanus dictus fuerit, haud facile reperias, nec analogia sinit. Fieret enim ex Suestasio Suestasianus. Ego agrum *Vescitanum* puto scribendum. Horum urbs Osca. Populus Ilergetum portio, qui Sedetanis proximi, intercurrente Ibero; et Lacetanis Sicori et Cinga divisi. Ilergetes itaque maximam complectuntur orientalis Aragoniæ partem inter Iberum et Pyrenæos.

[r] *Sedetanumque*] Alias Hedetani populi, qui in parte Aragoniæ meridionali nonnihil delibabant ex ea regione ubi nunc regnum Valentiæ. Horum sedibus hodie respondent Diœceses Terulensis et Albarracinensis, cum parte Cæsaraugustanæ.

[s] *Castris ad Sucronem*] Non procul

Octo ibi millia militum erant; præsidium gentibus, quæ cis Iberum incolunt,[t] impositum. Motæ autem eorum mentes sunt non tum primum, cum de vita imperatoris dubii allati nuntii,[s] sed jam ante, licentia ex diutino,[3] ut fit, otio collecta, et nonnihil, quod in hostico laxius rapto suetis vivere arctiores in pace res erant.[u] Ac primo sermones[4] tantum occulti serebantur, 'si bellum in provincia esset, quid sese inter pacatos facere? si debellatum jam et confecta provincia esset, cur in Italiam non revehi?' Flagitatum quoque stipendium procacius, quam ex more et modestia militari erat; et ab custodibus[s] probra in circumeuntes vigilias tribunos jacta; et noctu quidam prædatum in agrum circa pacatum ierant; postremo interdiu ac propalam sine commeatu ab signis abibant. Omnia libidine ac licentia militum, nihil instituto ac disciplina militiæ, aut imperio eorum, qui præerant, gerebatur. Forma tamen Romanorum castrorum constabat una ea spe,[5 x] quod tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectionisque rati fore, et jura reddere in principiis[y] sinebant, et signum ab eis petebant, et in stationes ac vigilias in ordinem ibant;[6] et, ut vim

[s] *A vigilibus.*

Suessetanum.—2 '*Dubii allati nuncii*, ex optimis Mss. recepi prob. Gron. pro vulg. *dubii rumores allati sunt.* In trib. Mss. *dubie allatum sit:* unde Gron. conj. *dubie allatum est.*' Rupert. Al. *non tum, cum primum, &c.*—3 *Diuturno* Gron. Doujat. Crev.—4 Put. Reg. Men. Voss. *Ac primores tantum occulti:* vel *primones.*—5 Olim legebatur *una ex spe.*—6 Vulgo script. ante Gron. *or-*

NOTÆ

Tagi fontibus supra Valeriam, quæ nunc *Cuenca*, ortus Sucro; vulgo *Xucar:* sub oppido cognomine, in sinum Sucronensem, qui pars Iberici maris, se effundit inter Valentiam et Gandiam.

[t] *Quæ cis Iberum incolunt*] Immo vero trans Iberum Roma et Tarracone venientibus. Postea tamen hæ gentes citeriori Hispaniæ a Romanis ascriptæ sunt.

[u] *Arctiores in pace res erant*] Gall. *Ils étoient plus tenus de court durant la paix.*

[x] *Constabat una ea spe*] Freinshemius *una ea specie:* Gronov. *una ex parte.* Editorum lectio cum proxime sequentibus satis cohæret. Sed Freinshemiana non improbanda.

[y] *In principiis*] *Principia* erant ea parte castrorum, in qua principes: via nempe quæ, post tribunorum præfectorumque tentoria, a dextra porta castrorum ad lævam ducebat, quæ portæ inde principales dicebantur.

imperii abstulerant, ita speciem dicto parentium, ultro sibi imperantes,[7] servabant. Erupit deinde seditio, postquam reprehendere atque improbare tribunos ea, quæ fierent, et conari obviam ire, et propalam abnuere furoris eorum se futuros socios, senserunt. Fugatis itaque ex principiis ac post paulo[8] e castris tribunis, ad principes seditionis, gregarios milites, C. Albium Calenum et C. Atrium Umbrum, delatum omnium consensu imperium est; qui, nequaquam tribuniciis contenti ornamentis, insignia etiam summi imperii, fasces securesque, attrectare ausi: neque venit in mentem,[9] suis tergis suisque cervicibus virgas illas securesque imminere, quas ad metum aliorum præferrent. Mors Scipionis falso credita occæcabat animos; sub cujus vulgatam mox famam[1] non dubitabant totam Hispaniam arsuram bello: in eo tumultu et sociis pecunias imperari, et diripi propinquas urbes posse; et, turbatis rebus, cum omnia omnes auderent, minus insignia fore, quæ ipsi fecissent.

25. Cum alios subinde recentes nuntios, non mortis modo, sed etiam funeris, expectarent, neque superveniret quisquam, evanesceretque temere ortus rumor; tum primi auctores requiri cœpti, et, subtrahente se quoque,[10] [a] ut credidisse potius temere, quam finxisse, rem talem videri posset, destituti duces [a] jam sua ipsi insignia, et pro vana imagine

[1] *Post cujus (mortis) rumorem sparsum, seu statim ac sparsa esset ea fama.*

---

dine ibant.—7 ' Put. *ultro si im imperantes.* Reg. Men. Voss. *si imperantes.* Nempe scribendum, *ultro sibimet imperantes.*' J. F. Gron.—8 *Paulo post* Gron. Doujat.—9 In Edd. ante Gron. *neque iis venit:* et *suis* pro *suisque:* et paulo infra *jam famam* pro *mox famam.*

10 ' *Subtrahente se quoque:* sic recte pro vulgata vett. librr. lectione, *subtrahentes,* quæ locum habere nequit, reposuit J. F. Gron. et sic exhibet quoque

NOTÆ

[a] *Subtrahente se quoque*] Ita unius literæ litura hunc locum sententiamque Gron. restituit, cum antea legeretur *subtrahentes se quoque,* inexplicabili sensu, qui nunc patet. Est enim, cum subtraheret se nunusquisque, et auctorem se fuisse negaret rumoris ejus, (vulgati de morte Scipionis,) sed tantum accessisse ad numerum temere credentium, tum Calenus et Umber seditionem auctores expavescere cœperunt.

[a] *Destituti duces*] Auctores nempe hi seditionis.

imperii, quod gererent, veram justamque mox in se versuram potestatem[m] horrebant.[11] Stupente ita seditione,[12 b] cum vivere primo, mox etiam valere Scipionem, certi auctores afferrent, tribuni militum septem ab ipso Scipione missi sunt. Ad quorum primum adventum exasperati animi; mox, ipsis placido sermone permulcentibus notos, cum quibus congressi erant, leniti sunt. Circumeuntes enim tentoria primo, deinde in principiis prætorioque, ubi sermones inter se serentium circulos vidissent,[n] alloquebantur, percunctantes magis, quæ causa iræ consternationisque subitæ foret, quam factum accusantes. Vulgo 'stipendium non datum ad diem' jactabatur, 'et, cum eodem tempore, quo scelus Illiturgitanorum[c] extitisset, post duorum imperatorum duorumque exercituum stragem, sua virtute defensum nomen Romanum ac retenta provincia esset, Illiturgitanos pœnam noxæ meritam habere; suis recte factis gratiam qui exsolvat, non esse.' Talia querentes 'æqua orare, seque ea relaturos ad imperatorem,' respondebant. 'Lætari, quod nihil tristius, nec insanabilius esset: et P. Scipionem, Deum benignitate, et rem publicam esse gratiæ referendæ.'[d] Scipionem bellis assuetum, ad seditionum procellas rudem, solicitum habebat res, ne aut exercitus peccando, aut ipse puniendo, modum excederet. In præ-

[m] *Legitimam potestatem quæ in ipsorum capita mox recasura esset.*
[n] *Ubi cœtus videbant in orbem convenientium et colloquentium.*

---

un. Flor. apud Drakenb.' *Doering.* Rhenan. conj. *et subirascentes quoque.*—11 Edd. ant. *exhorrebant.*—12 *Stupenti ita seditioni* Gron. Crev. Mox *Septem a qui ab ipso Scipione sunt* Put. *Septem qui ab ipso Scipione sunt missi* Pal. Men. Voss. *septem missi ab ipso Scipione* Reg. Denique *τὰ missi supervenerunt* prorsus abolent Put. Reg. Pet. Posteriorem vocem etiam Men. Pal. Voss.

NOTÆ

[b] *Stupente ita seditione*] *Stupentem* dicit metaphorice pro retusa, et quasi hebetata.

[c] *Scelus Illiturgitanorum* [*Illiturgitanum*] Dicit Illiturgitanorum in Romanos proditionem, de qua l. XXVII.

[d] *Esse gratiæ referendæ*] Esse idoneum Scipionem et rempublicam ad mercedem militibus persolvendam. Reipublicæ nomine significatur senatus populusque Romanus: unde nihil mirum ei quasi personæ attribui quæ propria hominum sunt.

sentia, ut cœpisset, leniter agi placuit, et, missis circa stipendiarias civitates exactoribus,[o 13] stipendii spem propinquam facere. Edictum subinde propositum, ut ad stipendium petendum convenirent Carthaginem, seu carptim partes, seu universi mallent.[p] Tranquillam seditionem, jam per se languescentem, repentina quies rebellantium Hispanorum fecit. Redierant enim in fines,[e] omisso incepto, Mandonius et Indibilis, postquam vivere Scipionem allatum est. Nec jam erat[f] aut civis, aut externus, cum quo furorem suum consociarent. Omnia circumspectantes consilia nihil reliqui habebant, præter non tutissimum [14 g] a malis consiliis receptum, ut imperatoris vel justæ iræ, vel non desperandæ clementiæ sese committerent. Etiam hostibus eum ignovisse, cum quibus ferro dimicasset. Suam seditionem sine vulnere, sine sanguine fuisse, nec ipsam atrocem, nec atroci pœna dignam; ut ingenia humana sunt ad suam cuique levandam culpam nimio plus facunda.[15] Illa dubitatio erat, singulæne cohortes, an universi, ad stipendium petendum irent. Inclinavit sententia,[16 h] quod tutius censebant, universos ire.

26. Per eosdem dies, quibus hæc illi consultabant, con-

[o] *Per populos Romanis subjectos, atque obnoxios stipendio.*
[p] *Sive legiones, cohortes, &c. seorsim, sive totus simul exercitus, &c.*

Supervenerunt Gron. Doujat. Crev.—13 *Missi... exactores* Gron. Doujat. Crev. Æd. etiam *fecere.*—14 Edd. ante Gron. *præter vulgatissimum.* Et antea legebatur *præter unum tutissimum.*—15 'Potius *fecunda; Facundia* in sermone προφορικῷ est, de quo hic non agitur.' *Duker.* 'Fecunda *ad levandam culpam* dici non posse putabat Ern. Pro *cuique* forte leg. *quæque* sc. ingenia.' *Rupert.*—16 *Inclinavit eo sententia* olim legebatur.

NOTÆ

[e] *In fines*] In patriam suam, Lacetaniam, &c.

[f] *Nec jam erat*] Hæc et sequentia non ad Mandonium et Indibilem, de quibus proxime sermo, sed ad seditiosos milites Romanos referenda.

[g] *Præter non tutissimum*] Ita optimi quique codices, atque in his Regius, optimo sensu: neque enim solet crimen pœnitentia aboleri. Vulgo legebatur, *præter unum tutissimum*, quod verum non est; aut *præter vulgatissimum*, quod, ut vitio careat, certe nihil habet elegantiæ.

[h] *Inclinavit sententia* [*Inc. eo sent.*] Abest a melioribus codicibus adverbium *eo:* idque Gron. probat, quasi elegantius: mihi particula illa perspicuam magis sententiam reddere videtur.

silium de iis Carthaginî erat;[17 i] certabaturque[18] sententiis, utrum in auctores tantum seditionis (erant autem hi numero haud plus, quam quinque et triginta) animadverteretur, an plurium supplicio vindicanda tam fœdi exempli defectio magis, quam seditio, esset. Vicit sententia lenior, ut, unde orta culpa esset, ibi pœna consisteret. Ad multitudinem castigationem satis esse.[g] Consilio dimisso, ut id actum videretur, expeditio adversus Mandonium Indibilemque edicitur exercitui, qui Carthagine erat, et cibaria dierum aliquot parare jubentur. Tribunis septem, qui et antea Sucronem ad leniendam seditionem ierant, obviam exercitui missis, quina nomina principum seditionis edita sunt; ut eos, per idoneos homines benigno vultu ac sermone in hospitium invitatos sopitosque vino, vincirent. Haud procul jam Carthagine aberant, cum ex obviis auditum, postero die omnem exercitum cum M. Silano in Lacetanos proficisci, non metu modo omni, qui tacitus insidebat[19] animis, liberavit eos,[k] sed lætitiam ingentem fecit; quod magis habituri solum imperatorem, quam ipsi futuri in potestate ejus essent. Sub occasum solis urbem ingressi sunt, exercitumque alterum parantem omnia ad iter viderunt. Excepti sermonibus de industria compositis, ' lætum opportunumque adventum eorum imperatori esse, quod sub

[g] *Sufficere ad multitudinem in officio continendam, si castigatio aliqua exerceatur.*

17 ' *Carthagini erat* omnes fere Mss. pro *Carthagine*, ut XXXI. 11. et ap. Plaut. Cas. Prol. 71. unde *Carthaginiensis*, quod conceptum quasi est ab *Carthagini*, non *Carthagine*, (nam *i* longum in hujusmodi *ἐθνικῶν* formatione non semper eliditur,) haud magis analogia caret, quam *Latiniensis* a *Latini*, *Aventiniensis*, *Crotoniensis*; Gron. Sic et plerique Mss. XXXV. 35. pr. *Lacedæmoni* pro *Lacedæmone*.' Rupert.—18 Gruterus dedit *certabantque*, quod servatum est apud Gron. Crev. Τὸ *que* rejicit Doujat.—19 In Edd. ante Gron. *incidebat*.

NOTÆ

[i] *Consilium de iis Carthagini erat*] Aliquid apud Carthaginem fieri cum dicebant, utebantur dandi casu, ut notat Serv. ad IV. Æn. ita Plaut. in Casina: 'At ego aio hoc fieri in Græcia et Carthagini.' Et Liv. lib. XXXI. 'Magnam partem eorum palam Carthagini obversari dici.'

[k] *Auditum, postero die, &c. liberavit eos*] Hoc est, cum nuntiatum esset, postero die, &c. hoc nuntio audito, liberati sunt metu. *Auditum* pro auditione seu re audita, quæ forma Nostro sæpe usurpatur.

ipsam profectionem alterius exercitus venissent,' corpora curant. A tribunis sine ullo tumultu auctores seditionis, per idoneos homines perducti[20] in hospitia, comprehensi ac vincti sunt. Vigilia quarta impedimenta exercitus, cujus simulabatur iter, proficisci cœpere. Sub lucem signa mota, et ad portam retentum agmen, custodesque circa omnes portas missi, ne quis urbe egrederetur. Vocati deinde ad concionem, qui pridie venerant, ferociter in forum ad tribunal imperatoris, ut ultro territuri succlamationibus, concurrunt. Simul et imperator in tribunal escendit, et reducti armati a portis inermi se concioni ab tergo circumfuderunt. Tum omnis ferocia concidit, et, ut postea fatebantur, nihil æque eos terruit, quam præter spem robur et color imperatoris, quem affectum visuros crediderant, vultusque, qualem ne in acie quidem aiebant meminisse. Sedit tacitus paulisper, donec nuntiatum est, deductos in forum auctores seditionis, et parata jam omnia esse.

27. Tum, silentio per præconem facto, ita cœpit: 'Nunquam mihi defuturam orationem, qua exercitum meum alloquerer, credidi; non quo[1] verba unquam potius, quam res, exercuerim, sed quia prope a pueritia in castris habitus, assueram militaribus ingeniis. Ad[2] vos quemadmodum loquar, nec consilium, nec oratio suppeditat: quos ne quo nomine quidem appellare debeam, scio. Cives? qui a patria vestra descistis: an milites? qui imperium auspiciumque abnuistis, sacramenti religionem rupistis. Hostes? corpora, ora, vestitum, habitum civium agnosco: facta, dicta, consilia, animos hostium video. Quid enim vos, nisi quod Ilergetes et Lacetani, aut optastis aliud, aut sperastis? Et illi tamen Mandonium atque Indibilem, regiæ nobilitatis viros, duces furoris secuti sunt: vos auspicium et imperium ad Umbrum Atrium et Calenum Albi-

Put. Reg. Men. Voss. τὸ *modo* ignorant.—20 Olim *inducti;* et mox Rhenan. et al. *cui* pro *cujus*.

1 Pro *quo* exhibent quædam vett. Edd. *quod*. Mox *assueveram* Gron.—2 Olim ante Gron. *apud*. Mox inf. ante Sigon. *quos nec quo;* et *descivistis* pro

um?[1] detulistis. Negate, vos id omnes fecisse, aut factum voluisse, milites: paucorum eum furorem atque amentiam esse, libenter[4] credam negantibus. Nec enim ea sunt commissa, quæ vulgata in omnem exercitum sine piaculis ingentibus expiari possint.[r] Invitus ea, tanquam vulnera, attingo. Sed nisi tacta tractataque sanari non possunt. Equidem, pulsis Hispania Carthaginiensibus, nullum locum tota provincia,[5] nullos homines credebam esse, ubi vita invisa esset mea. Sic me non solum adversus socios gesseram, sed etiam adversus hostes. In castris en meis (quantum me opinio fefellit!) fama mortis meæ non accepta solum, sed etiam expectata est. Non quod ego vulgari facinus per omnes velim,[s] (equidem si totum exercitum meum mortem mihi optasse crederem, hic statim ante oculos vestros morerer; nec me vita juvaret, invisa civibus et militibus meis) sed multitudo omnis, sicut natura maris,[6] per se immobilis est, venti et auræ cient;[m] ita aut tranquillum, aut procellæ in vobis sunt; et causa atque origo omnis furoris penes auctores est: vos contagione insanistis; qui[7] mihi ne hodie quidem scire videmini, quo amentiæ progressi sitis, quid facinoris in me, quid in pa-

[r] *Quæ si communia essent toti exercitui.*
[s] *Nolim tantum crimen in omnes spargi, eoque omnes esse contactos.*

descistis.—3 Ante Sigon. *Albinum.*—4 'Al. ut Gron. Doujat. Crev. post *amentiam esse*, majorem ponunt distinctionem; et ex præc. *negate* repetunt *dicite*. Ita et Bauer, qui præterea monet, 'negare' alibi mollius dici pro affirmare.' *Rupert.*—5 *In* Sigon. posuit ante *tota provincia*. Mox paullo inf. *meis* (*en quantum*, &c.) pro *en meis* (*quantum*, &c.) Unus Pal. *in castris et meis*. Mox Rhenan. ex libro affert *spectata*, et corrigit *sperata*.—6 Vid. h. l. Not.

NOTÆ

[1] *Umbrum Atrium et Calenum Albium*] Atrium scilicet ex Umbria, et Albium Calibus in Campania natum.

[m] *Venti et auræ cient*] Vulgo scriptum erat, *ut venti et auræ cient:* sed, ablata particula *ut*, constat sententia, non moveri scilicet multitudinem, nisi excitetur a seditiosis, quemadmodum nec mare nisi a ventis impellatur. Locum Ciceronis pro Cluentio hic imitatus videri potest Livius: illius verba sic habent: 'ut mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari; sic et populum Romanum sua sponte esse placatum, hominum seditiosorum vocibus, ut violentissimis tempestatibus, concitari.'

triam parentesque ac liberos vestros, quid in Deos, sacramenti testes, quid adversus auspicia, sub quibus militatis,[8] quid adversus morem militiæ disciplinamque majorum, quid adversus summi imperii majestatem ausi sitis. De me ipso taceo. Temere potius, quam avide, credideritis. Denique ego sim,[9] cujus imperii tædere exercitum minime mirandum sit. Patria quid de vobis meruerat, quam cum Mandonio et Indibili consociando consilia prodebatis? Quid populus Romanus, cum imperium, ablatum ab tribunis suffragio populi creatis, ad homines privatos detulistis? cum, eo ipso non contenti, si pro tribunis illos haberetis,[t] fasces imperatoris vestri ad eos, quibus servus, cui imperarent, nunquam fuerat, Romanus exercitus detulistis. In prætorio tetenderunt Albius et Atrius: classicum apud eos cecinit: signum ab iis petitum est: sederunt in tribunali P. Scipionis: lictor apparuit: summoto incesserunt:[10 n] fasces cum securibus prælati sunt. Lapides pluere, et fulmina jaci[o] de cœlo,[11] et insuetos fœtus animalia edere,

[t] *Non contenti eos tribunorum loco constituisse, (quod ipsum intolerabile erat,) insignibus etiam imperii decorastis.*

Var.—7 Olim *quin*.—8 In Edd. ante Gron. *militastis*.—9 ' Ante *denique* IV. Mss. et edd. antt. addunt *is*, quod facile post *credideritis* excidere poterat. Elegans hæc locutio arridebat Drak. et Burm. ad Ovid. Met. VII. 43.' *Rupert*.—10 In Edd. ante Gron. *summovente eo incesserunt*. ' Alludunt duo Pall. et duo Flor. *summoti incesserunt*.' J. F. Gron. ' Vid. Guther. de Jure Man. I. 4. (qui *summoto* adverbialiter dici putabat, ut *optato*.)' Rupert. Olim etiam *fasces et secures* pro *fasces cum securibus*.—11 ' Suspicari possis *culmina* (sedium) *tangi de cælo*, ut XXVII. 4. et al. Sed nihil forte mutandum. ' Si

NOTÆ

[n] *Summoto incesserunt*] Vulgares, *summovente eo incesserunt*: *eo* nempe lictore: sed in melioribus est *summoto incesserunt*: quam notabilem loquendi figuram probat Gron. ex lapide apud Gruterum, ' Lucum Deæ Diæ summoto ascenderunt:' eoque spectare videtur quod Plin. scribit lib. VIII. c. 46. de Api sacro bove Ægyptiorum, ' cum prorupit in cœtus, incedit summoto, grexque puerorum comitatur.' Itaque ' summoto incedere magistratum ' veteres dicebant, cum hi per turbam a præeuntibus lictoribus summotam irent: summoto subintelligitur populo, cœtu: ita Lactant. lib. VI. c. 1. Divin. Instit. ' Stipati familiarium gregibus, per dimotum populum semper incedant.'

[o] *Fulmina jaci*] Non in eo portentum vertitur, quod fulmina de cœlo cadant, sed quod sacra sanctave loca fulmine tangantur.

vos portenta esse putatis: hoc est portentum, quod nullis hostiis, nullis supplicationibus, sine sanguine eorum, qui tantum facinus ausi sunt, expiari possit.

28. Atque ego (quanquam nullum scelus rationem habet) tamen, ut in re nefaria, quæ mens, quod consilium vestrum fuerit, scire velim. Rhegium quondam [p] in præsidium missa legio, interfectis per scelus principibus civitatis, urbem opulentam per decem annos [12] tenuit. Propter quod facinus tota legio, millia hominum quatuor, in foro Romæ securi percussi sunt. Sed illi primum non Atrium Umbrum semilixam, nominis etiam abominandi [q] ducem, sed Decium Jubellium tribunum militum secuti sunt; nec cum Pyrrho, nec cum [13] Samnitibus aut Lucanis, hostibus populi Romani, se conjunxerunt. Vos cum Mandonio et Indibili consilia [14] communicastis, et arma consociaturi fuistis. Illi, sicut Campani Capuam, Tuscis veteribus cultoribus ademtam,[r] Mamertini in Sicilia [s] Messanam, sic Rhegium habi-

---

ratio Gron. valet, verba *de cœlo* etiam supervacua forent, quoties quædam ' de cœlo tacta et icta ' sc. fulmine dicantur: et *juci* cum effectu accipi potest, ita, ut loca hominesve iis tangantur, ut ' mittere ' ap. Ovid. Trist. II. 33. ' Si, quoties peccant homines, sua fulmina mittat Jupiter.'' Duker. Mox *animales* optimi Mss. ut ap. Varr. L. L. VIII. *animantes* conj. Gron. ut XXI. 30. XLI. 18. et ap. Cic. N. D. I. 18.' *Rupert.*

12 Conj. Rupert. *per IX. annos*; ' et a Livio aliisque rem tragice exaggerari, nempe trecentos tantum securi fuisse percussos.' *Rupert.*—13 Τῷ cum ante *Samnitibus* carent Edd. antiq. Omnes Gall. etiam, meliorque Pall. et Voss. leg. *aut Lucanis hostibus populi Romani se conjunxerunt*, sine ulla distinctione.—14 Vet. lib. *atque Indibili et consilia.* Inf. *veteribus ademtam*, voce *cultoribus* omissa, legebatur ante Sigon. Mox *Messanen* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[p] *Rhegium quondam*] Hujus perfidiæ meminit epitome lib. XII. Vide et Diodori excerpta lib. XXII. Strabon. lib. VI. Valer. Max. lib. I. c. 7. Polyb. lib. I.

[q] *Nominis etiam abominandi*] Alludit ad nomen Atrii, quasi ab atro derivatum. Atrum enim pro funesto dicitur, ut atri dies, atra cupressus.

[r] *Campani Capuam, Tuscis .... ademtam*] Immo Samnites Vulturnum urbem, quam Capuam appellarunt. Vide lib. IV. c. 37. Tuscorum nomine intelligit incolas priores, qui Etrusci origine.

[s] *Mamertini in Sicilia*] Narrat lib. I. Polyb. Campanos (qui ex Samnitibus orti) cum sub Agathocle mererent, Messanæ pulchritudine captos, eam urbem specie amicitiæ ingressos, cæsis maguam partem incolis, occupasse. Mamertinorum nomen a Marte, qui eorum lingua Mamers, ut sumserint, tradit Festus Pomp.

turi perpetuam sedem erant; nec populum Romanum, nec socios populi Romani ultro lacessituri bello. Sucronemne[t] vos domicilium habituri eratis? ubi si vos decedens confecta provincia imperator relinquerem, Deum hominumque fidem implorare debebatis, quod non rediretis ad conjuges liberosque vestros. Sed horum quoque memoriam, sicut patriæ meique, ejeceritis ex animis[u] vestris.[15] Viam consilii scelerati, sed non ad ultimum dementis, exequi volo.[a] Mene vivo et cetero incolumi exercitu, cum quo ego die uno Carthaginem cepi, cum quo quatuor imperatores,[x] quatuor exercitus Carthaginiensium fudi, fugavi, Hispania expuli, vos octo millia hominum, minoris[16] certe omnes pretii,[y] quam Albius et Atrius sunt, quibus vos subjecistis, Hispaniam provinciam populo Romano erepturi eratis? Amolior et amoveo nomen meum. Nihil ultra facile creditam mortem meam a vobis violatus sim. Quid? si ego morerer, mecum expiratura res publica, mecum casurum imperium populi Romani erat? ne istuc Jupiter optimus maximus sirit,[17] Urbem, auspicato Diis auctoribus in æter-

[a] *Lubet examinare et mente atque oratione prosequi rationem pessimi incepti.*

—15 In Edd. ante Gron. *ejeceratis animo.*—16 '*Minoris certe omnes pretii* cet. al. *majoris*, ut Scipio milites timens iis blandiatur: sed minoris pretii erant suo ipsorum judicio, quippe qui præposuerant sibi Calenum et Umbrum, tamquam præstantiores: hos vero *semilixas* antea vocaverat.' *Rupert.* —17 Vet. lib. *siverit;* et paulo infra *Crispino* omittunt. Mox *claris* pro

NOTÆ

[t] *Sucronemne*] Nomen est non jam fluminis, sed et oppidi paulo supra fluvii ostia positi. Nunc *Cullera* dici volunt, inter Valentiam et Gandiam. Sed videbatur exercitus ille propius fontes Sucronis fl. castrametatus, ibi seditionem movisse.

[u] *Ejeceritis ex animis*] Vulgo *ejeceratis:* quod prima fronte arridet: verum elegantius tamen aut fortius *ejeceritis*, ut habent optimi: est enim concessionis amarulentæ species, quasi dicat, esto, ejeceritis ex animo.

[x] *Quatuor imperatores*] Hasdrubalem et Magonem Hannibalis fratres, Hasdrubalem alium Gisgonis filium, et Hannonem, qui Hasdrubali profecto in Italiam successerat.

[y] *Minoris certe omnes pretii*] Vulg. lectio est *majoris certe omnes:* quod rectum esset, si ex animi sui sententia Scipio loqueretur: at nunc illa octo hominum millia deprimere vult, ut ostendat nullius eos momenti esse, si cum universis copiis comparentur. Deinde eis ingeniose exprobrat, quod in seditione sese indignis subjecerint.

num conditam, fragili huic et mortali corpori æqualem esse.[a] Flaminio, Paullo, Graccho, Postumio Albino, M. Marcello, T. Quintio Crispino, Cn. Fulvio, Scipionibus meis, tot tam præclaris imperatoribus uno bello absumtis, superstes est populus Romanus, eritque, mille aliis nunc ferro, nunc morbo morientibus. Meo unius funere elata populi Romani esset res publica? Vos ipsi hic in Hispania, patre et patruo meo, duobus imperatoribus, interfectis, Septimum Marcium ducem vobis adversus exultantes recenti victoria Pœnos delegistis. Et sic loquor, tanquam sine duce Hispaniæ futuræ fuerint. M. Silanus, eodem jure, eodem imperio mecum in provinciam missus, L. Scipio frater meus et [18] C. Lælius, legati, vindices majestatis imperii deessent? Utrum exercitus exercitui, an duces ducibus, an dignitas, an causa comparari poterat? quibus si omnibus superiores essetis, arma cum Pœnis contra patriam,[19] [z] contra cives vestros ferretis? Africam Italiæ, Carthaginem urbi Romanæ [20] imperare velletis? Quam ob noxam patriæ?

29. Coriolanum quondam damnatio injusta, miserum et indignum exilium, ut iret ad oppugnandam patriam,[1] [a] impulit: revocavit tamen a publico parricidio privata pietas.[b]

[a] *Æque caducam esse, et mecum interituram.*

præclaris Gron.—18 *Et* del. Gron. Doujat. Crev.—19 In Edd. ante Sigon. *arma contra patriam.* ' Sigon. *arma tamen Pœnis contra patriam.* Put. et Pet. antiquior, *arma compinxit patriam.* Men. *compunxit.* Alter Pet. duo Pall. et Reg. ut prius vulgo. Scribe, *quibus si omnibus superiores essetis, arma impia in patriam, contra cives vestros, ferretis?*' J. F. Gron.—20 *Romæ* Gron. Doujat. Crev.

1 ' *Ut iret ad oppug.* Vett. librr. mirum in modum fluctuant. In Put. legitur, *ut irata ad oppugn.* unde J. F. Grón. rescribendum putat, *ut ab ira ad oppugnandam patriam,* quod parum placet. Doujat. tentat, *exilium et ira ad*

NOTÆ

[z] *Arma cum Pœnis contra patriam*] Sigon. legit, *arma tamen cum Pœnis contra patriam:* alii aliter. Gron. legendum censet, *arma impia in patriam, contra cives vestros ferretis.*

[a] *Ut iret ad oppugnandam patriam*] Put. *ut irata ad oppugnandum:* ex quo auguratur Gron. *ut ab ira ad oppugnandam patriam impulit.* Ego, si quid corrigendum videatur, hanc scripturam anteposuerim, *et ira ad oppugnandam patriam impulit.*

[b] *Privata pietas*] Caritas nempe in matrem, uxorem, liberos.

Vos qui dolor, quæ ira[2] incitavit? Stipendiumne diebus paucis imperatore ægro serius numeratum satis digna causa fuit, cur patriæ indiceretis bellum? cur ad Ilergetes desciscerétis a populo Romano? cur nihil divinarum humanarumve rerum inviolatum vobis esset? Insanistis profecto, milites: nec major in corpus meum vis morbi, quam in vestras mentes, invasit. Horret animus referre, quid crediderint homines, quid speraverint, quid optaverint. Auferat omnia irrita oblivio,[y 3] si potest: si non, ut cumque silentium tegat. Non negaverim, tristem atrocemque vobis visam orationem meam;[4] quanto creditis facta vestra atrociora esse, quam dicta mea? et me ea, quæ fecistis, pati æquum censetis: vos ne dici quidem omnia æquo animo ferretis?[5] Sed ne ea quidem ipsa ultra exprobrabuntur. Utinam tam facile vos obliviscamini eorum, quam ego obliviscar. Itaque, quod ad vos universos attinet, si erroris pœnitet, satis superque pœnarum habeo. Albius Calenus et Atrius Umber et ceteri nefariæ seditionis auctores sanguine luent, quod admiserunt. Vobis supplicii eorum spectaculum non modo non acerbum, sed lætum etiam, si sana mens rediit, debet esse. De nullis enim, quam de vobis, infestius aut immitius[z 6 c] consuluerunt.' Vix finem dicendi fecerat, cum ex præparato simul omnium rerum terror oculis auribusque est offusus. Exercitus, qui corona[7] conci-

[y] *Oblivio hæc omnia in irritum deducat et aboleat.*

[z] *Infestiore animo de rebus vestris consultarunt, aut pejus vobis consuluerunt.*

---

oppugn. quod magis orationi favet. Nec tamen vulgata, quam nos dedimus, lectio Latinitati repugnat.' *Doering.*—2 'Inspicienti acrius codicem Puteanæum, unice videtur inde existere, *Vos qui dolor, quæ justa ira incitavit?*' Jac. Gron.—3 Vet. lib. *oblivio ista.*—4 *Meam* del. Gron. Doujat. Crev.—5 'In voce *ferretis* librr. Mss. variant; offerunt enim alii *feretis*; alii *feratis*; alii *fertis.*' Doering.—6 '*Infestius aut immitius:* ita quidam Mss. Alii *iniquius* et *inimicius.* Hoc recepere Gron. et Drak. sed ille non improbat *immitius*, et hic *iniquius.* In Put. est *inicius*, et in Flor. *initius*; quæ potius pro *immitius* scripta crediderim, quam pro *inimicius* aut *iniquius.*' Rupert.—7 Carent *co-*

NOTÆ

[c] *Aut immitius* [*inimicius*] Ita nonnulli antiquorum: at Sigon. *iniquius.* Muret. *immitius:* haud magno ad sensum discrimine.

onem circumdederat, gladiis ad scuta concrepuit. Præconis audita vox citantis nomina damnatorum in consilio. Nudi in medium protrahebantur. Et simul omnis apparatus supplicii expromebatur. Deligati ad palum virgisque cæsi et securi percussi, adeo torpentibus metu, qui aderant, ut non modo ferocior vox adversus atrocitatem pœnæ, sed ne gemitus quidem, exaudiretur. Tracti inde de medio omnes, purgatoque loco, citati milites nominatim apud tribunos militum in verba P. Scipionis jurarunt, stipendiumque ad nomen singulis persolutum est.[8] Hunc finem exitumque seditio militum cœpta apud Sucronem habuit.

30. Per idem tempus ad Bætim fluvium Hanno, præfectus Magonis, missus[9] a Gadibus cum parva manu Afrorum, mercede Hispanos solicitando[10] ad quatuor millia juvenum armavit. Castris deinde exutus ab L. Marcio, maxima parte militum inter tumultum captorum castrorum, quibusdam etiam in fuga amissis, palatos persequente equite, cum pancis ipse effugit. Dum hæc[11] ad Bætim fluvium geruntur, Lælius interim, freto in oceanum evectus, ad Carteiam[d] classe accessit. Urbs ea in ora oceani sita est, ubi primum e faucibus angustis panditur mare. Gades,[e] sine

---

rona Edd. ante Sigon.—8 *Est* del. Gron. Doujat. Crev.

9 *Præfectus a Magone missus* Edd. ante Gron.—10 'Optimi quique *sollicitandos*. Videntur velle *mercede Hispanis sollicitandis*.' J. F. Gron.—11

NOTÆ

[d] *Ad Carteiam*] Duplicem video in Hispania Carteiam annotari a Sansone: alteram Olcadum, qui pars Celtiberorum ponuntur, inter Tagum et Sucronem fluvios, ad occasum Valeriæ, ubi nunc *Horcajada*, ad quam pertinere possunt quæ lib. XXI. c. 5. referuntur: alteram Turdulorum ad fretum Gaditanum, 'ubi primum e faucibus angustis panditur mare:' quod de oceano si accipias, in cujus ora Noster Carteiam ponit, tum Carteia eadem erit cum urbe quæ nunc *Tarifa*. Si vero freti eam partem intelligas quæ panditur versus mediterraneum, Carteia erit *Algezira*, vel *Gibraltar*, sub Calpe, quem Arabes Tarici montem dixere, vulgo *Gebal-Tarik*. Atque hæc sententia Plinii ac Ptolemæi descriptione firmari videtur. Melæ descriptio Tarifæ convenit.

[e] *Gades*] De Gadibus insula, atque urbe Punicæ originis ultra Herculis columnas, quæ Hispaniæ continenti ponte juncta, nunc quoque

certamine, proditione recipiendi,[12] ultro qui eam rem pollicerentur, in castra Romana venientibus, spes, sicut ante dictum est, fuerat. Patefacta[13] immatura proditio est, comprehensosque omnes Mago Adherbali prætori Carthaginem devehendos tradit. Adherbal, conjuratis in quinqueremem impositis, præmissaque ea, quia tardior, quam triremis, erat, ipse cum octo triremibus modico intervallo sequitur. Jam fretum intrabat quinqueremis, cum Lælius, et ipse in quinqueremi e portu Carteiæ, sequentibus septem triremibus, evectus, in Adherbalem ac triremes invehitur, quinqueremem satis credens, deprensam rapido in freto, in adversum æstum reciprocari non posse.[a] Pœnus in re subita parumper incertus trepidavit, utrum quinqueremem sequeretur, an in hostes rostra converteret. Ipsa cunctatio facultatem detrectandæ pugnæ ademit. Jam enim sub ictu teli erant, et undique instabant hostes. Æstus quoque arbitrium moderandi naves ademerat. Neque erat navali pugna similis; quippe ubi nihil voluntarium, nihil artis aut consilii esset. Una natura freti æstusque totius certaminis potens suis, alienis navibus nequicquam remigio in contrarium tendentes invehebat, ut fugientem navem[14] videres retro vortice intortam[f] victoribus illatam; et sequentem, si in contrarium tractum incidisset maris, fugientis modo sese avertentem. Jam in ipsa pugna hæc, cum infesto rostro peteret hostium navem, obliqua ipsa ictum alterius rostri accipiebat: illa, cum transversa objiceretur

[a] *Non posse retro converti contra æstum oceani.*

Olim legebatur *Quum hæc.*—12 Olim *Gadeis.* '*Proditione:* hæc lectio debetur Rhenano; in omnibus enim librr. Mss. legitur, *per deditionem excipiendi.* Bene autem Rhenani lectioni respondent verba sequentia, *patefacta immatura proditio est.*' Doering. Ante Rhenan. *per ditionem.* Sigon. *per proditionem.*—13 *Sed patefacta,* in Edd. ante Gron. inventum, habent etiam Gron. Doujat.—14 Del. edd. antiq. *τὸ navem;* ut etiam Gron. Doujat. Mox *vic-*

NOTÆ

commercio dives, *Cadiz* appellatur, dictum ad lib. XXI.

[f] *Retro vortice* [*vertice*] *intortam*] Num potius, *vertice intortam? vortex* enim dicitur de mari sive fluctu in gyrum contorto, quod hic vult, ni fallor, Livius; *vertex* vero de turbine seu vento rotato. Virg. 'et rapidus vorat æquore vortex.'

hosti, repente intorta in proram circumagebatur. Cum inter triremes, fortuna regente, anceps prælium misceretur, quinqueremis Romana, seu pondere tenacior, seu pluribus remorum ordinibus scindentibus vortices, cum facilius regeretur, duas triremes suppressit, unius prælata[g] impetu lateris alterius remos detersit; ceterasque, quas indepta esset, mulcasset,[15][h] ni cum reliquis quinque navibus Adherbal velis in Africam transmisisset.

31. Lælius, victor Carteiam revectus, auditis, quæ acta Gadibus erant, patefactam proditionem, conjuratosque missos Carthaginem, spem ad irritum redactam,[16] qua venissent,[i] nuntiis ad L. Marcium missis, nisi si[17] terere frustra tempus sedendo ad Gades vellent, redeundum ad imperatorem esse, assentiente Marcio, paucos post dies ambo Carthaginem rediere. Ad quorum discessum non respiravit modo Mago, cum terra marique ancipiti metu urgeretur; sed etiam, audita rebellione Ilergetum, spem recuperandæ Hispaniæ nactus, nuntios Carthaginem ad senatum mittit,[18] qui, simul seditionem civilem in castris Romanis, simul defectionem sociorum in majus verbis extollentes, hortarentur, ut auxilia mitterent, quibus traditum a patri-

---

tricibus pro *victoribus* Gron. Doujat. Crev.—15 *Mulctasset* Edd. ante Gron.

16 Ab Rhenan. est ex vitiato codice, judic. Gron. *spe in irritum redacta*. —17 ' Τὸ *si*, quod optimi Codd. constanter servant, perperam in quibusdam editt. omissum est; sæpius enim τῷ *nisi* non solum apud Nostrum, sed etiam apud alios scriptt. particula *si* additur; v. Drak. supr.' *Doering*. *Si* del. Gron.

NOTÆ

[g] *Unius prælata*] Adherbal præter quinqueremem, qua vehebantur conjurati Gaditani, in Africam octo triremibus navigabat: ex his in conflictu amisit duas, suppressas seu demersas a Romana quinqueremi, quæ aliam præterea male habuit; nam *prælata*, id est, prætervecta magno impetu, remos triremis, qui ab uno latere erant, confregit.

[h] *Mulcasset*] Apud Isidorum in Glossis *mulcare* est ' pugnis vel calcibus cædere.' Et commulcare, est conculcare, collidere. Vult itaque Liv. futurum ut quinqueremis Lælii reliquas Adherbalis naves, quotquot adipisci potuisset, laceraret mutilaretque; nisi hic fuga sibi consuluisset.

[i] *Qua venissent*] Inanem nempe jam esse spem potiundi Gadibus per proditionem, qua spe adducti eo venerant.

bus imperium Hispaniæ repeti posset. Mandonius et Indibilis, in fines regressi,[19] paulisper, dum, quidnam de seditione statueretur, scirent, suspensi quieverunt; si civium errori ignosceretur, non diffidentes, sibi quoque ignosci posse. Postquam vulgata est atrocitas supplicii, suam quoque noxam pari pœna æstimatam rati, vocatis rursus ad arma popularibus, contractisque, quæ ante habuerant, auxiliis, in Sedetanum agrum, ubi principio defectionis stativa habuerant, cum viginti millibus peditum, duobus millibus equitum et [1] quingentis transcenderunt.

32. Scipio, cum fide solvendi [2] pariter omnibus noxiis innoxiisque stipendii,[k] tum vultu ac sermone in omnes placato, facile reconciliatis militum animis, prius quam castra ab Carthagine moveret, concione advocata, multis verbis in perfidiam rebellantium regulorum invectus, 'nequaquam eodem animo se ire' professus est 'ad vindicandum id scelus, quo civilem errorem nuper sanaverit. Tum se, haud secus quam viscera secantem sua, cum gemitu et lacrymis quinque et triginta hominum [3] capitibus expiasse octo millium seu imprudentiam, seu noxam: nunc læto et erecto animo ad cædem Ilergetum ire. Non enim eos neque natos in eadem terra, nec ulla secum societate junctos esse. Eam,[l] quæ sola fuerit, fidei atque amicitiæ,[4] ipsos per scelus rupisse. In exercitu suo se, præterquam quod omnes ci-

Donjat.—18 *Mittit ad senatum* Gron. Doujat. Crev.—19 In Edd. ante Sigon. *ingressi.*—1 *Et* del. Gron. Doujat.

2 'Scripti *fidei solvendæ*; deinde *stipendium vultis.*' J. F. Gron. 'Leg. cum Gron. *Scipio cum fide solvendo ... stipendio, tum.*' Rupert.—3 '*Triginta hominum* ex Mss. Hav. et Sigon. recepi pro vulg. *quinque et triginta.*' Rupert.—4

NOTÆ

[k] *Cum fide solvendi ... stipendii*] *Cum* est conjunctio distinguens, et respondet particulæ tum. Sententia est, reconciliatos a Scipione animos militum, partim data præstitave fide solvendi omnibus stipendii, partim placido in eos vultu ac sermone. Gron. tamen mavult *Scipio cum fide solvendo pariter omnibus innoxiis noxiisque stipendio, tum, &c.* ut particula *cum* sit præpositio regens nomen *fide.*

[l] *Eam*] Societatem, non ejusdem patriæ, sed amicitiæ, ac datæ fidei nomine, violatam esse ab Ilergetibus ipsis.

ves, aut socios Latinique nominis videat, etiam eo moveri, quod nemo vere sit miles, qui non aut a patruo suo Cn. Scipione, qui primus Romani nominis in eam provinciam venerit, aut a patre consule, aut a se sit ex Italia advectus. Scipionum nomini auspiciisque omnes assuetos, quos secum in patriam ad meritum triumphum deducere velit; quos consulatum petenti, velut si omnium communis agatur honos, affuturos speret. Quod ad expeditionem [5] attineat, quae instet, immemorem esse rerum suarum gestarum, qui id bellum ducat.[b] Magonis Hercule sibi, qui extra orbem terrarum in circumfusam oceano insulam cum paucis perfugerit navibus, majorem curam esse, quam Ilergetum. Quippe illic et ducem Carthaginiensem, et quantumcumque Punicum præsidium esse; hic latrones latronumque duces: quibus ut ad populandos finitimorum agros tectaque urenda et rapienda pecora aliqua vis sit, ita in acie ac signis collatis nullam esse.[m] Magis velocitate ad fugam, quam armis fretos, pugnaturos esse. Itaque non, quod ullum inde periculum, aut semen majoris belli videat, ideo se, prius quam provincia decedat, opprimendos Ilergetes duxisse; sed primum, ne impunita tam scelerata defectio esset; deinde, ne quis in provincia, simul virtute tanta et felicitate perdomita, relictus hostis dici posset.[c] Proinde Deis bene juvantibus sequerentur, non tam ad bellum gerendum, (neque enim cum pari hoste certamen esse,) quam ad expetendas ab hominibus scelestis pœnas.'

33. Ab hac oratione [d] dimissos ad iter se comparare in

[b] *Quod attinet ad expeditionem susceptam in Mandonium et Indibilem, si quis eam habuerit pro bello, sive si quis existimaverit proprie eam bellum esse dicendum, illum oblitum esse oportere rerum, quas ipse in Hispania gesserit.*

[c] *Ne dici possit hostem ullum relictum esse in provincia, quam tanta fortitudine tantaque pariter felicitate ipse perdomuerit.*

[d] *Post hunc sermonem ad milites habitum.*

Vulgat. antiq. lect. *fidem atque amicitiam.*—5 Olim legebatur *ad expeditionem eam.*

NOTÆ

[m] *Nullam esse*] Nempe vim.

diem posterum jubet, profectusque decimis castris pervenit ad Iberum flumen. Inde, superato amni, die quarto in conspectu hostium posuit castra. Campus ante[n] montibus circa septus erat.[6] In eam vallem Scipio cum pecora, rapta pleraque ex hostium[7] agris, propelli ad irritandam feritatem barbarorum jussisset, velites subsidio misit. A quibus ubi per procursationem commissa pugna esset, Lælium cum equitatu impetum ex occulto facere jubet. Mons opportune prominens equitum insidias texit: nec ulla mora pugnæ facta est. Hispani in conspecta procul pecora, velites in Hispanos præda occupatos incurrere. Primo missilibus territavere; deinde, emissis[8] levibus telis, quæ irritare magis, quam decernere, pugnam poterant, gladios nudant, et collato pede res cœpta geri est; ancepsque pedestre certamen erat,[9 o] nisi equites supervenissent. Neque ex adverso tantum illati[10] obvios obtrivere, sed circumvecti etiam quidam per infima clivi ab tergo se, ut plerosque intercluderent, objecerunt.[11] Majorque cædes fuit, quam quantam edere levia per excursiones prælia solent. Ira magis accensa adverso prælio barbaris est, quam imminuti animi. Itaque, ne perculsi viderentur, prima luce postero die in aciem processere. Non capiebat omnes copias angusta, sicut ante dictum est, vallis: duæ ferme peditum

6 Edd. antiq. *autem;* et *circumseptus* pro *circa septus.*—7 *Ipsorum hostium* Edd. ante Gron.—8 Rhenan. (judice Gron.) temere mutavit veterem vocem *emissis* in *missis*, quia eo dicendi genere utitur in hac re semper Livius.—9 *'Pede res cœpta geri est; ancepsque.* Nihil horum verborum in optimis Mss. sed continenter *collato pedestre;* unde scribendum: *gladios nudant, et collato pede acre certamen erat;* Gron. Sed in illis verbis nihil Livio indignum esse, immo eorum ope fluere magis orationem, et vicinitatem vocum *pede res* et *pedestre* effecisse, ut librarii media transilirent, monent Crev. et Drak.' *Rupert.*—10 Deerat in Edd. antiq. *τὸ illati.*—11 *Objecere* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

n *Campus ante*] Intellige ante castra, sive a fronte castrorum, ut lib. XXVII. 'fluvius ab tergo, ante, circaque, velut ripa præceps oram ejus (tumuli) omnem cingebat.' Alias, *Campus autem montibus circumseptus.*

o *Collato pede res cœpta geri est; ancepsque pedestre certamen erat*] Meliores habent, *collato pedestre certamen erat*, prætermissis quæ in medio. Hinc conjicit Gronov. scribendum, *collato pede acre certamen erat.*

partes, omnis [12] equitatus in aciem descendit. Quod reliquum peditum erat, obliquo constituerunt colle.[13] [p] Scipio, pro se esse loci angustias ratus,[e] et quod in arcto pugna Romano aptior, quam Hispano militi, futura videbatur, et quod in eum locum detracta hostium acies esset,[f] qui non omnem multitudinem eorum caperet, novo etiam consilio adjecit animum: equitem nec se posse circumdare cornibus in tam angusto spatio, et hosti, quem cum pedite eduxisset, inutilem fore.[g] Itaque imperat Lælio, ut per colles quam occultissimo itinere circumducat equites, segregetque, quantum possit, equestrem a pedestri pugnam.[14] Ipse omnia signa peditum in hostes vertit: quatuor cohortes in fronte statuit, quia latius pandere aciem non poterat. Moram pugnandi nullam fecit, ut ipso certamine averteret ab conspectu transeuntium per colles equitum. Neque ante circumductos sensere, quam tumultum equestris pugnæ ab tergo accepere. Ita duo prælia[15] erant: duæ peditum acies, duo equitatus per longitudinem campi (quia misceri ex genere utroque prælium angustiæ non patiebantur) pugnabant. Hispanorum cum neque pedes equiti, nec eques pediti auxilio esset, pedes fiducia equitis temere commissus campo cæderetur, eques circumventus nec peditem a fronte,[q] (jam enim stratæ pedestres copiæ erant) nec ab

[e] *Sibi commodas esse putans angustias.*

[f] *Eo pertractæ hostiles copiæ forent, &c.*

[g] *Præterea novum ei consilium in mentem venit, cum videret, nec se in arcto adeo spatio posse uti equitatu suo, ut latera peditum hinc atque inde tueretur; et hostium equitatum, qui jam una cum peditibus in aciem ab iis eductus erat, nulli eis usui fore.*

—12 Habent *et omnis* Edd. antiq.—13 *Constiterunt* Rhen. et al.—14 *Pugna* Gron. Doujat. Crev.—15 Habent Gron. Doujat. Crev. additionem antiq. *diversa* ante *prælia.*

NOTÆ

[p] *Obliquo constituerunt colle*] Vulgo est *constiterunt*, sensu parum diverso. Vult, Hispanorum equitum partem, quam frons aciei non capiebat, locatam in colle, qui ex transverso ferret in prælii locum.

[q] *Nec peditem a fronte*] Romanum scilicet peditatum, qui fuso Hispanico peditatu in equitatum hostilem invehebatur.

tergo equitem sustineret, et ipsi, cum diu in orbem sese stantibus equis defendissent, ad unum omnes cæsi sunt: nec quisquam peditum equitumque superfuit, qui in valle pugnaverunt. Tertia pars, quæ in colle ad spectaculum magis tutum, quam ad partem pugnæ capessendam, steterat, et locum et tempus ad fugiendum habuit. Inter eos et reguli ipsi fugerunt, prius quam tota circumveniretur acies, inter tumultum elapsi.

34. Castra eodem die Hispanorum, præter reliquam[16] prædam, cum tribus ferme millibus hominum capiuntur. Romani sociique ad mille ducenti[17] eo prælio ceciderunt: vulnerata amplius tria millia hominum. Minus cruenta victoria fuisset, si patentiore campo et ad fugam capessendam facili foret pugnatum. Indibilis, abjectis belli consiliis, nihil tutius in afflictis rebus experta fide et clementia Scipionis ratus, Mandonium fratrem[r] ad eum mittit; qui, advolutus genibus, 'fatalem rabiem temporis ejus' accusat, 'cum velut contagione quadam pestifera non Ilergetes modo et Lacetani, sed castra quoque Romana insanierint. Suam quidem et fratris et reliquorum popularium eam conditionem esse, ut aut, si ita videatur, reddant spiritum[h] P. Scipioni, ab eodem illo acceptum, aut servati bis uni debitam vitam pro eo in perpetuum devoveant. Antea in causa sua[s] fiduciam sibi fuisse, nondum experta clementia ejus: nunc contra, nullam in causa, omnem in misericordia victoris spem positam[18] habere.' Mos vetustus erat Romanis, cum

[h] *Vitam committant et subjiciant.*

16 Al. ante Gron. *præter cæteram.*—17 *Ducentos* Gron. Doujat.—18 Veterem tenent lection. Gron. Doujat. *repositam;* de qua Jac. Gron. 'Ita sane

NOTÆ

[r] *Mandonium fratrem*] Alium puto a Mandonio regulo, cujus ante Livius meminit: cum enim Mandonius ille in eadem cum Indibili culpa esset, non videtur aptior fuisse ad mitigandum victorem Scipionem, ut recte Glar. conjicit: deinde Mandonius prior nullibi frater Indibilis fuisse indicatur.

[s] *In causa sua*] In defendendæ scilicet patriæ suæ studio.

quo nec fœdere, nec æquis legibus jungeretur amicitia, non prius imperio in eum tanquam pacatum uti, quam omnia divina humanaque dedidisset, obsides accepti, arma ademta, præsidia urbibus imposita forent. Scipio, multis invectus in præsentem Mandonium absentemque Indibilem verbis, 'illos quidem merito perisse ipsorum [19] maleficio,' ait; 'victuros suo atque populi Romani beneficio. Ceterum se neque arma iis ademturum, (quippe ea pignora timentium rebellionem esse, se libera arma relinquere solutosque metu animos,) neque [20] se in obsides innoxios, sed in ipsos, si defecerint, sæviturum, nec ab inermi, sed ab armato hoste, pœnas expetiturum. Utramque fortunam expertis permittere sese, utrum propitios, an iratos, habere Romanos mallent.' Ita dimissus Mandonius; pecunia tantummodo imperata, ex qua stipendium [1] militi [t] præstari posset. Ipse, Marcio in ulteriorem Hispaniam præmisso, Silano Tarraconem remisso, paucos moratus dies, dum imperatam pecuniam Ilergetes pernumerarent, cum expeditis Marcium jam appropinquantem oceano assequitur.

35. Inchoata res jam ante de Masinissa [u] aliis atque aliis de causis dilata erat, quod Numida cum ipso utique congredi Scipione volebat, atque ejus dextra fidem sancire. Ea tum itineris tam longi ac tam devii [a] causa Scipioni

---

non semel alibi Livius. Nunc tamen Put. Cantab. Voss. *positam*.'—19 Edd. ante Gron. *perituros fuisse*. Crev. *periisse*. Mox '*suo* ante *ipsorum* excidisse conj. Duk.' *Rupert*.—20 'Parenthesin non cum Drak. post *animos* demum, sed post *esse* clausi: pro *se libera* autem, quod exhibuit Drak. revocavi Crevierii et aliorum lectionem, *sed libera*, quod postulare omnino videtur orationis concinnitas, cum *sed* hic æque, atque in sequentibus, τῷ *neque* respondeat.' *Doering*. *esse*) *sed libera* .... *animos*. *Neque* Gron. Doujat. *esse*) *sed libera* .... *animos*: *neque* Crev. 'Rectius forte ediderunt Crev. et al.' *Rupert*.—1 'In optimis Mss. *præsidium*; unde forte leg. *residuum*, sc. stipendium; Gron.' *Rupert*.

NOTÆ

[t] *Ex qua stipendium militi*] In optimis scriptum est, *ex qua præsidium militi*: inde Gronovio venit in mentem, *ex qua residuum militi* præstari possit, ut subaudiatur *stipendium*, quod adhuc militibus debebatur: sed et *præsidium* de vestibus aliisque militum commodis intelligi nihil vetat.

[u] *De Masinissa*] Conciliando Romanis, quod inchoatum fuerat fratris filio remisso.

fuit. Masinissa cum Gadibus esset, certior adventare eum a Marcio factus, causando corrumpi equos inclusos in insula, penuriamque omnium rerum et facere ceteris, et ipsos sentire, ad hoc equitem marcescere desidia, Magonem perpulit, ut se trajicere in continentem ad depopulandos proximos Hispaniæ[3] agros pateretur. Transgressus tres principes Numidarum præmittit, ad tempus locumque colloquio statuendum. Duos pro obsidibus retineri a Scipione jubet: remisso tertio, qui, quo jussus erat, adduceret Masinissam, cum paucis in colloquium venerunt. Ceperat jam ante Numidam ex fama rerum gestarum admiratio viri; substitueratque animo speciem quoque corporis amplam ac magnificam. Ceterum major præsentis veneratio cepit; et, præterquam quod suapte natura multa majestas inerat, adornabat promissa cæsaries habitusque corporis non cultus munditiis, sed virilis vere ac militaris,[4] et ætas in medio virium robore; quod plenius nitidiusque ex morbo velut renovatus flos juventæ faciebat. Prope attonitus ipso congressu Numida, 'gratias de fratris filio remisso agit. Ex eo tempore,' affirmat, 'eam se quæsisse occasionem, quam tandem oblatam Deum immortalium beneficio non omiserit. Cupere se illi populoque Romano operam navare, ita ut nemo unus externus magis enisse adjuverit rem Romanam. Id se, etiamsi jam pridem vellet, minus præstare in Hispania, aliena atque ignota terra,[5] potuisse: in qua autem genitus educatusque in spem paterni regni esset, facile præstaturum. Siquidem eundem Scipionem ducem in Africam mittant Romani, satis sperare perbrevis ævi Carthaginem esse.'[1] Lætus eum Scipio vidit audivitque, cum caput rerum in omni hostium equitatu Masinissam fuisse[k] sciret, et ipse juvenis specimen

[1] *Omnino credere et augurari non posse diu durare Carthaginem.*
[k] *Principem omnium in rebus gerendis fuisse inter equites Masinissam.*

2 'Put. veteres scripti omnes *ac tantum devii.*' Jac. Gron.—3 *Hispanos* Gron. Doujat.—4 *Ac vere militaris* Edd. ante Gron. 'Statim Put. et Men. carent τῷ *erat,*' (post *robore* sc. olim,) 'et sine eo integra oratio est.' *J. F. Gron.*—5 *Terra aliena atque ignota* Gron. Doujat. Crev.

animi præ se ferret. Fide data acceptaque, profectus retro Tarraconem est. Masinissa permissu Romanorum, ne sine causa trajecisse in continentem videretur, populatus proximos agros Gades rediit.

36. Magoni, desperatis in Hispania rebus, in quarum spem seditio primum militaris, deinde defectio Indibilis animos ejus sustulerant, paranti trajicere in Africam, nuntiatum ab Carthagine est, jubere senatum, ut classem, quam Gadibus haberet, in Italiam trajiceret; conducta[6] ibi Gallorum ac Ligurum quanta maxima posset juventute, conjungeret se Hannibali; neu senescere bellum, maximo impetu, majore fortuna cœptum, sineret. Ad eam rem et a Carthagine pecunia Magoni advecta est; et ipse, quantam potuit, a Gaditanis exegit, non ærario modo eorum, sed etiam templis spoliatis, et privatim omnibus coactis aurum argentumque in publicum conferre. Cum præterveheretur Hispaniæ oram, haud procul Carthagine Nova expositis in terram militibus, proximos depopulatus agros, inde ad urbem classem appulit. Ibi cum interdiu milites in navibus tenuisset, nocte in littus expositos ad partem eam muri, qua capta Carthago ab Romanis fuerat, ducit; nec præsidio satis valido urbem teneri ratus, et aliquos oppidanorum ad spem novandi res aliquid moturos. Ceterum nuntii ex agris trepidi simul populationem agrestiumque fugam et hostium adventum attulerant; et visa interdiu classis erat, nec sine causa electam[7] ante urbem stationem apparebat. Itaque instructi armatique[x] intra portam, ad stagnum ac mare versam, continebantur. Ubi effusi hostes, mixta inter milites navalis[8] turba,[y] ad muros tumultu

6 *Conductaque* Edd. ante Gron.—7 'Plurimi Mss. *erectam*.' Rupert.—8

NOTÆ

[x] *Instructi armatique*] Romani, qui apud Carthaginem Novam.

[y] *Mixta inter milites navalis turba*] Etsi in scriptorum plerisque habeatur *navalis turba*, quod per epexegesim seu appositionem dici potest, non displicet tamen vulgata lectio intellectu facilior per auferendi casum.

majore, quam vi, subierunt, patefacta repente porta, Romani cum clamore erumpunt, turbatosque hostes, et ad primum incursum conjectumque telorum aversos, usque ad littus cum multa cæde persequuntur: nec, nisi naves littori appulsæ trepidos accepissent, superfuisset pugnæ aut [9] fugæ quisquam. In ipsis quoque trepidatum navibus est, dum, ne hostes cum suis simul irrumperent, trahunt scalas, orasque et ancoras, ne in moliendo mora esset, præcidunt;[l] multique adnantes navibus, incerto [10] præ tenebris,[m] quid aut peterent aut vitarent, fœde interierunt. Postero die cum classis inde retro ad oceanum, unde venerat, fugisset, ad octingenti [11] homines cæsi inter murum littusque,[s] et ad duo millia armorum inventa.

37. Mago, cum Gades repetisset, exclusus inde, ad Cim-

[l] *Cum scalas ad se in naves traxissent Pœni, ne in eas simul cum suis per vim intrarent Romani, rupissentque nautico funes, quibus ad terram naves religatæ erant, ne faciendæ moræ esset in avellendis anchoris.*

[m] *Cum ob tenebras incertum esset.*

Donjat. et Edd. ante Gron. *navali.*—9 *Ac* pro *aut* olim legebatur.—10 '*Incerti* male Sigon. Al. *incertos.*' J. F. Gron. 'Vet. lib. *trahunt scalas pontesque et anchoras.* Suspicor ne utraque vox retinenda sit hoc modo, *trahunt scalas, pontesque, orasque et anchoras præcidunt.*' Sigon.—11 Edd. ante Gron. *ad octingentos.* Vid. Not. Delph. inf. Mox *cæsis inter murum littusque ad duo* olim legebatur; et *armatorum* pro *armorum.*

NOTÆ

[s] *Ad octingenti* [*octingentos*] *homines cæsi inter murum littusque*] Qui diutius in terra morati classem assequi non potuerant, hi postero die trucidati. De numero inter omnes constat. Sed illum alii aliter exprimunt. In scriptis aliquibus legitur *ad octingenti*, quod tuetur Gron. exemplis jam ante adductis lib. x. cap. 17. Verum centenarius ibi numerus semper millenarium sequitur; ita ut præpositio *ad* regere videatur *mille* vel *millia*, adjectis centenis: verbi causa hæc loquendi forma,' ad duo millia trecenti,' sic accipi potest, ac si dicas trecenti supra duo millia. Eadem ratione 'ad mille quingenti,' dicitur, quasi sit quingenti ultra mille: deniqne 'ad quatuor millia hominum et quingenti,' erunt quingenti et usque ad quatuor millia. Sic non trecenti, vel quingenti in nominandi casu; sed mille vel millia in accusativo pendebunt a præeunte particula ad. Quod autem quædam membranæ scribunt, *ad octingentos*, parum movere debet. Plerœque numerales tantum notas habent DCCC. quas librarium aliquem casu non suo reddidisse nominis, mirabitur nemo in his vel tantillum versatus.

bim[12 a] (haud procul a Gadibus is locus abest) classe appulsa, mittendis legatis querendoque, quod portæ sibi socio atque amico[†] clausæ forent, purgantibus iis, multitudinis concursu factum,[13] infestæ ob direpta quædam abs conscendentibus naves militibus, ad colloquium sufetes[b] eorum, qui summus Pœnis est magistratus, cum quæstore elicuit, laceratosque verberibus cruci affigi jussit: inde navibus ad Pityusam[c] insulam, centum millia ferme a continenti, (Pœni tum eam incolebant,) trajecit.[14] Itaque classis bona cum pace accepta est, nec commeatus modo benigne præbiti, sed in supplementum classis juventus armaque data. Quorum fiducia Pœnus in Baliares insulas (quin-

12 '*Ad Cimbim;* Flor. et Put. *Cimbios;* VIII. Mss. *Ambros*, prob. Lips. Epist. Quæst. IV. 4. Alii codd. *Umbros*, *Cumbam*, et *Cimbros*. *Cuneos* emend. Voss. ad Mel. III. 1. quem tamen agrum *procul a Gadibus* ultra Anam remotum fuisse monet Cellar. Geogr. Ant. *Ebora*, *Olitingis* et *Onobam* conj. Doujat. Nomen loci vel parum notum, vel depravatum putabant Crev. et Drak.' *Rupert.*—13 Deerat olim *τὸ iis;* et legebatur præterea, *Purgantibus concursu multitudinis factum.*—14 ' Put. *incolebant precititaque accepta est.* Nihil medii. Men. et Reg. *precipitate.* Scribe, *incolebant*) *trajecit, ibique ac-*

NOTÆ

[a] *Ad Cimbim*] Alii habent *ad Ambros*, alii *ad Cimbios:* Vossius jubet legi *ad Cuneos:* et Cuneum agrum Mela memorat; et Cunei quoque Lusitaniæ promontorii meminit Plinius lib. IV. c. 22. Cuneumque dici Latinis regionem sacro promontorio adjacentem agnoscit Strabo initio lib. III. ubi nunc scilicet *Algarbia*, regni Portugallici pars meridionalis. Sed locum hic nominat Livius, non regionem, aut promontorium; et locum Gadibus proximum. Vide an Ambros detorserint librarii ex *Ebora:* quo nomine castellum in littore ad sinum portus Gaditani nominat Mela lib. III. cap. 1. quod nunc *Rota* existimatur: vel *Olitingis*, aut *Onobam*, oppida maritima ad sinum qui inter Bætis atque Anæ ostia interjacet eidem Melæ nominata mutaverint in Cimbim aut Cimbios; Onoba quidem Melæ, Ossonoba Lusturia Plinio et Ptolemæo dicta, ultra Bætim eo loco fuisse putatur a Sansone, ubi *las arenas gordas.* At Olitingis circa *Higuera* vel *Palos* fuerit oportet.

† *Socio atque amico*] Gades non erant colonia Carthaginiensium, sed Tyriorum, ideoque *socium* tantum et *amicum* se vocat Mago. Vide Sam. Bochartum Chanaan l. I. c. 34. *J. Clericus.*

[b] *Sufetes*] Ex Hebræo deductum nomen, qua lingua *schofet* שפט judicem significat: Gaditani autem, ex Phœnicia orti non minus quam Carthaginienses, communem cum his sermonem Hebraico affinem habebant.

[c] *Ad Pityusam*] Duæ sunt ejus nominis insulæ inter Baliares et continentem Hispaniæ: major, quæ hic Pityusæ nomine intelligenda, Ebusus, nunc *Yviça:* minor Ophiusa, vulgo *Formentara.*

quaginta inde millia absunt) transmisit. Duæ sunt Baliares insulæ,[15] major altera atque opulentior armis virisque; et portum habet,[d] ubi commode hybernaturum se (et jam extremum autumni erat) credebat. Ceterum, haud secus quam si Romani eam insulam incolerent, hostiliter classi occursum est. Fundis ut nunc plurimum, ita tunc solo eo telo utebantur. Nec quisquam alterius gentis unus tantum ea arte, quantum inter alios[16] omnes Baliares excellunt. Itaque tanta vis lapidum creberrimæ grandinis modo in propinquantem jam terræ classem effusa est, ut, intrare portum non ausi, averterent in altum naves. In minorem inde Baliarium insulam trajecerunt, fertilem agro; viris, armis[17] haud æque validam. Itaque egressi navibus supra portum loco munito castra locant, ac sine certamine urbe agroque[e] potiti, duobus millibus auxiliarium inde conscriptis missisque Carthaginem, ad hybernandum naves subduxerunt.[a] Post Magonis ab oceani ora discessum Gaditani Romanis deduntur.

38. Hæc in Hispania P. Scipionis ductu auspicioque gesta. Ipse, L. Lentulo et L. Manlio Acidino provincia tradita, decem navibus Romam rediit; et, senatu extra Urbem dato in æde Bellonæ, quas res in Hispania gessisset, disseruit, quoties signis collatis dimicasset, quot oppida ex hostibus vi cepisset, quas gentes in ditionem populi Romani redegisset. 'Adversus quatuor se imperatores, quatuor victores exercitus in Hispaniam isse:[18] neminem

[a] *In portum receptas tuta locarunt in statione.*

ceptus est.' J. F. Gron.—15 *Insulæ* del. Gron. Doujat. Crev.—16 'Pro *alios* legendum putat Gron. *alias*, ut ad gentes referatur.' *Doering.*—17 *Armisque* Edd. ante Sigon. Gron. Doujat.

NOTÆ

[d] *Et portum habet*] Immo portus duos habet Baliaris major, quæ vulgo *Majorica:* ad Palmam, quæ urbs caput insulæ versus occasum, hodie *Mallorca:* et Pollentiam, quæ ortum versus, nunc quoque *Pollença.* De Baliaribus dictum lib. XXII.

[e] *Urbe agroque*] Urbs Minoris Baliaris Jamno dicebatur, hodie *Citadela.*

Carthaginiensem in iis terris reliquisse.' Ob has res gestas magis tentata est triumphi spes, quam petita pertinaciter:[19] quia neminem ad eam diem triumphasse, qui sine magistratu res gessisset,[f] constabat. Senatu misso, Urbem est ingressus, argentique præ se in ærarium tulit quatuordecim millia pondo trecenta quadraginta duo[g] et signati argenti magnum numerum. Comitia inde creandis consulibus habuit L. Veturius Philo; centuriæque omnes ingenti favore P. Scipionem consulem dixerunt. Collega additur ei P. Licinius Crassus pontifex maximus. Ceterum comitia majore, quam ulla per id bellum, celebrata frequentia, proditum memoriæ est. Convenerant undique non suffragandi modo, sed etiam spectandi causa P. Scipionis: concurrebantque et domum frequentes, et in Capitolium ad immolantem eum, cum centum bubus votis in Hispania Jovi sacrificaret; spondebantque[20] animis,[h] sicut C. Lutatius superius bellum Punicum finisset, ita id, quod instaret, P. Cornelium finiturum, atque,

18 Edd. ante Gron. *ivisse*. Al. *esse*.—19 'Forte *petitus*, sc. triumphus; nisi petere spem fortasse sic dici potest ut affectare spem.' *Rupert*.—20 Olim

NOTÆ

[f] *Qui sine magistratu res gessisset*] Pub. Scipio in Hispaniam privatus cum imperio missus fuerat, resque ibi præclare gesserat; sed sine magistratu: quæ duo diversa erant, neque eodem tempore mandabantur, ut alibi quoque est observatum. Nam magistratus quidem, ut consulatus et prætura, centuriatis comitiis primum deferebatur; deinde provincia cum imperio comitiis curiatis: et aliquando privatis extra ordinem mandabatur imperium, si tempora reipublicæ poscerent; sed plerumque prorogabatur consulibus et prætoribus, postquam magistratu abiissent, anno suo scilicet expleto. Hi tunc pro consulibus et pro prætoribus rem gerebant; et provinciam bellumque administrabant. Ex hoc autem genere Q. Publius Philo primus pro consule triumphaverat, prorogato scilicet ex magistratu imperio: sed hoc tempore nondum receptum erat, ut triumphus iis decerneretur, qui privati extra ordinem rem gessissent. Plura hic de his Sigonius.

Sine magistratu] Magistratus proprie dicitur, ut viri docti viderunt, dictator, consul, prætor, idque suo anno; non cui prorogatur imperium, aut qui pro consule, aut pro prætore mittitur. Vide lib. XXXI. cap. 48. *J. Clericus*.

[g] *Quatuordecim millia pondo trecenta quad. duo*] Hoc est librarum Francicarum 386712.

ut Hispania omni Pœnos expulisset, sic Italia pulsurum esse; Africamque ei, perinde ac debellatum in Italia foret, provinciam destinabant. Prætoria inde comitia habita. Creati duo, qui tum ædiles plebis erant, Sp. Lucretius et Cn. Octavius, et ex privatis Cn. Servilius Cæpio et L. Æmilius Papus.[1] Quartodecimo anno Punici belli P. Cornelius Scipio et P. Licinius Crassus, ut[a] consulatum inierunt,[*] nominatæ consulibus provinciæ sunt, Sicilia Scipioni extra sortem, concedente collega, quia sacrorum cura[3] pontificem maximum in Italia retinebat; Bruttii Crasso. Tum prætoriæ provinciæ in sortem conjectæ. Urbana Cn. Servilio obtigit, Ariminum (ita Galliam appellabant)[i] Sp. Lucretio, Sicilia L. Æmilio,[k] Cn. Octavio Sardinia. Senatus in Capitolio habitus. Ibi, referente P. Scipione, senatus consultum factum est, ut, quos ludos inter seditionem militarem in Hispania vovisset, ex ea pecunia, quam ipse in ærarium detulisset, faceret.

39. Tum Saguntinorum legatos in senatum introduxit. Ex eis maximus natu: 'Etsi nihil ultra malorum est, Patres conscripti, quam quod passi sumus, ut ad ultimum fidem vobis præstaremus; tamen ea vestra merita imperatorumque vestrorum erga nos fuerunt, ut nos cladium nos-

[a] *Simul ac. Statim atque.*

legebatur, quod Rhenani, *despondebantque.*—1 *Pappus* Edd. ante Sigon.—2 Rhenan. delet particulam *ut* mutatque distinctionem.—3 *Cura sacrorum* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

[k] *Spondebantque animis*] Rhen. *despondebant:* sic enim Noster lib. IV. 'plebem secum trahere, haud dubium consulatum spe ac favore despondentem.' Et Cicero ad Cassium, 'exigua est spes reipublicæ, sed quæcumque est, ea despondetur anno consulatus tui.' Alia tamen hoc loco scriptura. Estque aliud, sibi vel alteri aliquid despondere, quod est promittere, et in nuptiis quoque locum habet; aliud despondere animo, vel animis, quod contraria significatione dicitur, pro diffidere sibi, spem amittere.

[*] A. U. C. 548.

[i] *Ariminum (ita Galliam appellabant)*] Gallia Cispadana, postquam a Romanis subacta est, ab Arimino, Italiæ proprie dictæ proxima urbe, Ariminum Romanis dicta: non ut ipsa Galliæ nomen amitteret, sed ut Ariminensis provincia intelligeretur.

[k] *Sicilia L. Æmilio*] At eadem Pub. Scipioni extra sortem assignata. Sed is ex Sicilia in Africam destinabatur.

trarum non pœniteat. Bellum propter nos suscepistis: susceptum quartumdecimum annum tam pertinaciter geritis, ut sæpe ad ultimum discrimen et ipsi veneritis, et populum Carthaginiensem adduxeritis. Cum in Italia tam atrox bellum et Hannibalem hostem haberetis, consules[4] cum exercitu[l] in Hispaniam, velut ad colligendas reliquias naufragii nostri, misistis. P. et Cn. Cornelii, ex quo in provinciam venerunt, nullo tempore destiterunt, quæ nobis secunda, quæque adversa hostibus nostris essent, facere. Jam omnium primum oppidum nobis restituerunt: per omnem Hispaniam cives nostros venumdatos, dimissis, qui conquirerent, ex servitute in libertatem restituerunt. Cum jam prope esset, ut optabilem ex miserrima fortunam haberemus, P. et Cn. Cornelii imperatores vestri luctuosius nobis quoque,[5] quam vobis, perierunt. Tum vero ad hoc retracti ex distantibus locis in sedem antiquam videbamur, ut iterum periremus, et alterum excidium patriæ videremus: nec ad perniciem nostram Carthaginiensi utique aut duce aut exercitu opus esse; ab Turdulis[m] nos veterrimis hostibus, qui prioris quoque excidii causa nobis fuerunt, extingui posse:[6] cum ex insperato repente misistis nobis P. hunc Scipionem; quem, fortunatissimi omnium Saguntinorum videmur, quia consulem declaratum videmus,[7] ac

4 '*Consulem* e quibusdam Mss. recepit Drak.' *Rupert.* *Consulem* Ernest, Crev.—5 Quidam Mss. *prope*.—6 'Post *posse* minor distinctio aptior est quam maxima.' *Rupert.* In Edd. ante Gron. *Turdetanis*.—7 *Vidimus* olim

NOTÆ

[l] *Consules cum exercitu*] Non quidem proprie consules, cujusmodi nullus capto Sagunto missus fuerat in Hispaniam; sed imperatores proconsulari imperio: qua in re aliquatenus errasse externæ gentis homines Saguntinos, a longo exilio in patriam reductos, nihil mirum.

Consules] Sic honoris causa vocantur, qui pro consulibus illuc iverunt Scipiones. *J. Clericus.*

[m] *Ab Turdulis*] Ex melioribus scriptis, in quibus scriptum est *ab Turrellis* aut *Turgilis*, Gron. facit *ab Turdulis*, qui Bæticæ populi, Turdetanis proximi, forte et ex illis orti, sub Augusti tempora longe a Sagunto distabant: sive a Romanis, sive sponte sua, aut bellorum atrocitate pulsi pristinis sedibus suis, in extrema Bæticæ concesserant ad lævam Bætis, ubi nunc pars magna regnorum Hispaniensis et Cordubensis versus meridiem in Andaluzia, vicinoque tractu.

vidisse nos civibus nostris renuntiaturi sumus, spem omnem[n] salutemque nostram: qui, cum plurimas hostium vestrorum cepisset in Hispania urbes, ubique ex captorum[8] numero excretos[o] Saguntinos in patriam remisit; postremo Turdetaniam,[p] adeo infestam nobis, ut illa gente incolumi stare Saguntum non posset, ita bello afflixit, ut non modo nobis, (absit verbo invidia,) ne posteris quidem timenda nostris esset.[9] Deletam urbem cernimus eorum, quorum in gratiam Saguntum deleverat Hannibal. Vectigal ex agro eorum capimus, quod nobis non fructu[10] jucundius est, quam ultione. Ob hæc, quibus majora neque sperare, neque optare ab Diis immortalibus poteramus, gratias actum nos decem legatos Saguntinus senatus populusque ad vos misit; simul gratulatum, quod ita res hos annos in Hispania atque Italia[11] gessistis, ut Hispaniam non Ibero amne tenus, sed qua terrarum ultimas finit oceanus,[12 q] domitam armis habeatis; Italiæ, nisi quatenus vallum castrorum cingit, nihil reliqueritis Pœno. Jovi optimo maximo, præsidi Capitolinæ arcis, non grates tantum ob hæc agere jussi sumus, sed donum hoc etiam, si vos permitteretis,[13] coronam auream in Capitolium victo-

legebatur. Mox *spem, opem, salutem nostram.*—8 *Captivorum* Gron. Donjat. Crev. Mox *excerptos* legebant Edd. antiq.—9 Olim legebatur *sed ne posteris quidem.* Omnes Gall. Voss. optimusque e Pall. resecto τῷ *sed*, ita verba transponunt *quidem nostris timenda esset.*—10 Omnes Gall. et Voss. *non tam fructu.* Conj. Gron. *non jam fructu.*—11 Olim anteponeb. *per*, cum verbor. transpos. *per hos annos in atque Italia Hispania.*—12 Edd. ante Sigon. *ultimus finis.* 'Deinde, o castigatorem!' Sigon. producit e suo; *ultima finis.*' J. F. Gron. quem vid. Mox 'pro *quatenus*, forte leg. *quantum ejus.*' Rupert.

NOTÆ

[n] *Spem omnem*] Eum scilicet, qui spes nostra est, in quo reposita spes et salus nostra.

[o] *Excretos*] Vulgo *excerptos;* sed excreti, sunt separati ab aliis: ita enim Liv. lib. IX. 'Omnem forensem turbam excretam, in quatuor tribus conjecit.'

[p] *Turdetaniam*] Fuere sequentibus temporibus Turdetani in Beturia, eaque parte Bæticæ quæ ad Bætis dextram: qua nunc regione Andaluziæ regni Hispalensis, et Cordubensis pars borealior.

[q] *Terrarum ultimas finit* [*ultimus finis*] *oceanus*] Regiones terræ extremas ad occidentem designant hi Saguntini: Lusitaniam Galleciamque. Rhen. *terrarum ultimas finit oceanus.*

riæ ergo ferre. Id uti permittatis, quæsumus; utique, si vobis ita videtur,[14] quæ nobis imperatores vestri commoda tribuerunt, ea rata atque perpetua auctoritate vestra faciatis.' Senatus legatis Saguntinis respondit, ' Et dirutum et restitutum Saguntum fidei socialis utrimque servatæ documentum omnibus gentibus fore. Suos imperatores recte et ordine et ex voluntate senatus fecisse, quod Saguntum restituerint, civesque Saguntinos servitio exemerint: quæque alia eis benigne fecerint, ea senatum ita voluisse fieri. Donum permittere ut in Capitolio ponerent.' Locus inde lautiaque legatis[r] præberi jussa, et muneris ergo in singulos dari[15] ne minus dena millia æris.† Legationes deinde ceteræ in senatum introductæ[16] auditæque, et petentibus Saguntinis, ut, quatenus tuto possent, Italiam spectatum irent, duces dati, literæque per oppida missæ, ut Hispanos comiter acciperent. Tum de re publica, de exercitibus scribendis, de provinciis relatum.

40. Cum Africam novam provinciam extra sortem P. Scipioni destinari homines fama ferrent, et ipse, nulla jam modica gloria contentus, non ad gerendum modo bellum, sed ad finiendum, diceret se consulem declaratum esse, neque aliter id fieri posse,[17] quam si ipse in Africam exercitum transportaret,[18] et acturum se id per populum, aperte ferret, si senatus adversaretur, id consilium haudquaquam primoribus Patrum cum placeret, ceterique[19 s] per metum aut

—13 Edd. ante Sigon. *si nos permitt.*—14 Put. et omnes Gall. *videretur*, prob. Gron.—15 ' Verba *ergo in singulos dari* ab optimis Mss. absunt, et interpolationem redolent.' *Rupert.*—16 Omnes Gall. et Voss. abjurant *in senatum introductæ*. Et videntur ex alio loco sumpta interponi, judice Gron.

17 Rhenani et edd. antiq. est *aliter finiri id posse.*—18 *Transportaret* Gron. Donjat. Crev.—19 ' *Idque consilium h. p. P. placeret* edd. antt. Etsi pendeat oratio ab illo *Cum Africam cet.* 'tamen id tanto ante præcessit, ut non ine-

NOTÆ

[r] *Lautiaque legatis*] Ut lauta et lautitia, ita et lautia a lavando deducta: pro epularum magnificentia dicuntur; præsertim vero pro iis, quæ legatis hospitii causa dabantur, et muneribus, quibus ii donari solebant. Rationem nominis Fest. affert, quod apud antiquos hæ elegantiæ, quæ nunc sunt, non erant, illique raro lavabant.

† *Dena millia æris*] Trecentos Hollandicæ pecuniæ florenos. *J. Clericus.*

[s] *Ceterique*] Scilicet Patrum.

ambitionem mussarent; Q. Fabius Maximus rogatus sententiam, 'Scio,' inquit, 'multis vestrum videri, Patres conscripti, rem actam hodierno die agi, et frustra habiturum orationem, qui, tanquam de integra re, de Africa provincia sententiam dixerit. Ego autem primum illud ignoro, quemadmodum jam certa provincia Africa consulis, viri fortis ac strenui, sit, quam nec senatus censuit in hunc annum provinciam esse, nec populus jussit. Deinde, si est, consulem peccare arbitror, qui, de re transacta simulando se referre, senatum ludibrio habet, non senatorem modo,[20 t] qui, de quo consulitur, suo loco dicit sententiam. Atque ego certum habeo, dissentienti mihi ab ista festinatione in Africam trajiciendi duarum rerum subeundam opinionem[1] esse; unius, insitæ ingenio meo cunctationis; quam metum pigritiamque homines adolescentes sane appellent, dum ne[2] pœniteat, adhuc aliorum speciosiora primo aspectu consilia semper visa, mea usu meliora: alterius, obtrectationis atque invidiæ adversus crescentem in dies gloriam fortissimi consulis. A qua suspicione si me neque vita acta et mores mei, neque dictatura[u] cum quinque consulatibus tantumque gloriæ belli domique partæ vindicat, ut propius fastidium ejus sim, quam desiderium; ætas saltem liberet.[v] Quæ enim mihi æmulatio cum eo esse potest, qui ne filio quidem meo æqualis sit? Me dictatorem, cum vigerem adhuc viribus, et in cursu maximarum rerum essem, recusantem nemo aut in senatu, aut ad populum audivit, quo minus insectanti me magistro equitum,[x] quod fando nun-

[v] *Ut magis ego nausea gloriæ, quam desiderio laborem; et certe senectus ab ea opinione me absolvere deberet.*

leganter illud *quum* repetatur.' *Rupert.*—20 Olim deerat τὸ *modo*.—1 *Opinationem* edd. ante Sigon.—2 *Dum me non* olim legebatur.

NOTÆ

[t] *Non senatorem modo*] Non solum unumquemque senatorem, sed senatum universum.

[u] *Neque dictatura*] Bis dictator creatus fuerat Fabius Maximus: unius tamen dictaturæ duntaxat meminit; quod alteram non gessisset, sed vitio creatus ea se abdicasset.

[x] *Magistro equitum*] Q. Minucio, de quo lib. XXII. cap. 25. et seqq.

quam ante auditum erat, imperium mecum æquaretur. Rebus, quam verbis, assequi malui, ut, qui aliorum judicio mihi comparatus erat, sua mox confessione me sibi præferret: nedum[y] ego, perfunctus honoribus, certamina mihi atque æmulationes cum adolescente florentissimo proponam; videlicet ut mihi, jam vivendo,[z] non solum rebus gerendis fesso, si huic negata fuerit, Africa provincia decernatur. Cum ea gloria, quæ parta est, vivendum atque moriendum est. Vincere ego prohibui Hannibalem, ut a vobis, quorum vigent nunc vires, etiam vinci posset.

41. Illud te mihi ignoscere, P. Corneli, æquum erit, si, cum in me ipso nunquam pluris famam hominum, quam rem publicam, fecerim, ne tuam quidem gloriam [bono publico præponam.[3]] Quanquam, si aut bellum nullum in Italia, aut is hostis esset, ex quo victo nihil gloriæ quæreretur, qui te in Italia retineret, etsi id bono publico faceret, simul cum bello materiam gloriæ tuæ isse[4] ereptum videri posset. Cum vero Hannibal hostis incolumi exercitu quartumdecimum[5] annum Italiam obsideat, pœnitebit te, P. Corneli, gloriæ tuæ, si hostem cum, qui tot funerum, tot cladium nobis causa fuit, tu consul Italia expuleris, et, sicut penes C. Lutatium[a] prioris Punici perpetrati belli titulus fuit, ita penes te hujus fuerit? nisi aut Hamilcar Hannibali dux est præferendus,[b] aut illud bellum huic, aut

3 '*Bono publico præponam*: verba hæc absunt ab optimis Mss. prob. Gron. ut per ἀκροσέλησιν intelligatur, pluris quam remp. faciam.' *Rupert.*—4 *Ire* pro *isse* edd. ante Gron.—5 *Decimum quartum* vulgat. ante Sigon. lect. Mox

NOTÆ

[y] *Nedum*] Gall. *Bien loin, tant s'en faut que.*

[z] *Jam vivendo*] Gall. *Je suis las, non seulement d'être dans les emplois, mais encore de vivre.*

[a] *Penes C. Lutatium*] Repete ex Epit. 19. Videndi et Polyb. lib. III. Flor. Auctor de Viris illustr. Corn. Nepos in Hamilcare.

[b] *Nisi aut Hamilcar Hannibali dux est præferendus*] Hamilcar Hannibalis pater a Lutatio victus, per datas ab hoc pacis leges præsidium Punicum Eryce deduxerat supra lib. XXI. cap. 10. Sed quid hoc ad Scipionem, cui, si Hannibal in Italia maneret, non adversus Hamilcarem, sed adversus Hasdrubalem Gisgonis futura res erat? Præfertur patri Hannibal, ut Scipio, si hunc vincat, major Lutatio videatur.

victoria illa major clariorque, quam hæc, (modo contingat, ut te consule vincamus,) futura est. Ab Drepanis[6 c] atque Eryce detraxisse Hamilcarem, quam Italia expulisse Pœnos atque Hannibalem, malis? Ne tu quidem, etsi magis partam, quam speratam, gloriam amplecteris, Hispania potius, quam Italia, bello liberata gloriatus fueris. Nondum is est Hannibal, quem non magis timuisse videatur, quam contemsisse, qui aliud bellum maluerit.[q] Quin igitur ad hoc accingeris, nec per istos circuitus, ut, cum in Africam trajeceris, secuturum te illuc Hannibalem speres potius, quam recto hinc itinere, ubi Hannibal est, eo bellum intendis?[r 7] Egregiam istam palmam belli Punici patrati petis? Hoc et[8] natura prius est, tua cum defenderis, aliena ire oppugnatum. Pax ante in Italia, quam bellum in Africa sit; et nobis prius decedat timor, quam ultro aliis inferatur. Si utrumque tuo ductu auspicioque fieri potest, Hannibale hic victo, illic Carthaginem expugna. Si altera utra[9] victoria novis consulibus relinquenda est; prior cum major clariorque, tum causa etiam insequentis fuerit. Nam nunc quidem, præterquam quod et in Italia et in Africa duos diversos exercitus alere ærarium non potest, præterquam quod, unde classes tueamur, unde commeatibus præbendis sufficiamus, nihil reliqui est, quid?[10] periculi tandem quantum adeatur, quem fallit? P. Licinius in Italia, P. Scipio bellum in Africa geret. Quid? si (quod omnes Dii omen avertant, et dicere etiam reformidat animus; sed, quæ acciderunt, accidere possunt) et victor Hannibal ire ad Urbem pergat; tum demum te consu-

[q] *Non adeo abjectus adhuc est Hannibal, ut qui alibi quam adversus eum gerere bellum præoptaverit, non videatur potius illum metuisse quam despexisse.*
[r] *Bellum in eam partem defers.*

Sigon. profert ex suo *possideat.*—6 *Ab Drepano* olim legebatur.—7 'Doer. ita interpungit verba: *Quin* (quidni) *igitur ad hoc* (bellum cum Hannibale) *accingeris, nec per istos circuitus* (*ut, quum . . . speres*) *potius cet.*' Rupert. *Intendas* Crev.—8 Deerat olim τὸ *hoc* ante *et.*—9 *Alterutra* Gron. Donjat. Crev.—

NOTÆ

[c] *Ab Drepanis* [*Drepano*] Mss. *Ab Drepanis:* hod. *Trapani,* in occidentali Siciliæ latere; sed de hoc oppido, deque Eryce, dictum supra.

lem ex Africa, sicut Q. Fulvium a Capua, arcessemus? Quid, quod in Africa quoque Mars communis [11] belli erit? Domus tibi tua, pater patruusque, intra triginta dies cum exercitibus cæsi, documento sint; ubi per aliquot annos, maximis rebus terra marique gerendis, amplissimum nomen apud exteras gentes populi Romani vestræque familiæ fecerant. Dies me deficiat, si reges imperatoresque, temere in hostium terras transgressos cum maximis cladibus suis exercituumque suorum, numerare velim. Athenienses, prudentissima civitas, bello domi relicto, auctore æque impigro ac nobili juvene,[d] magna classe in Siciliam transmissa, una navali pugna florentem rem publicam suam in perpetuum afflixerunt.

42. Externa et nimis antiqua repeto. Africa eadem ista et M. Atilius,[e] insigne utriusque fortunæ exemplum, nobis documento sint. Næ tibi, P. Corneli, cum ex alto Africam conspexeris, ludus et jocus [f] fuisse Hispaniæ tuæ videbuntur. Quid enim simile? pacato mari præter oram [12] Italiæ Galliæque vectus Emporias, in urbem sociorum, classem appulisti: expositos milites, per tutissima omnia, ad socios et amicos populi Romani Tarraconem duxisti: ab Tarracone deinde iter per præsidia Romana: circa Iberum exercitus patris patruique tui, post amissos imperatores ferociores et calamitate ipsa: dux [13] tumultuarius qui-

[f] *Res nullius momenti.*

10 Del. *quid* edd. ante Gron. ut etiam Gron. Doujat.—11 Post *communis* olim *pars* add.

12 'Put. Pet. Men. Voss. *per oram.* Deinde optimus, *vectus in urbem sociorum classem Emporis appulisti.*' J. F. Gron.—13 Vulgat. ante Gron. *feroces calamitate ipsa facti: et dux.* Mox *lectus* pro *electus* est a Sigoniano.—14

NOTÆ

[d] *Impigro ac nobili juvene*] Alcibiade nimirum; qui tamen bellum ipsum in Sicilia non gessit, etsi ejus auctor fuerat. Verum id per Demosthenem et Niciam gestum, qui in ea expeditione cum exercitu Atheniensium periere, a Gylippo Lacedæmonio victi.

[e] *M. Atilius*] De M. Atilio Regulo, qui prius victor a Xantippo Spartano victus, captusque a Carthaginiensibus, apud eos tandem misere periit. Vide præ ceteris Florum lib. II. c. 2. et Valer. Max. lib. I. cap. 1. num. 17. auctorem de Viris illustr. c. 40. et alios.

dem ille L. Marcius,[f] et militari suffragio ad tempus lectus, ceterum, si nobilitas ac justi honores adornarent, claris imperatoribus qualibet arte belli par: oppugnata per summum otium Carthago, nullo trium Punicorum exercituum socios defendente.[g] Cetera, neque ea elevo, nullo tamen modo Africo bello comparanda; ubi non portus ullus classi nostræ apertus, non ager pacatus, non civitas socia, non rex amicus, non consistendi usquam locus, non procedendi. Quacumque circumspexeris, hostilia omnia atque infesta. An Syphaci Numidisque credis? satis sit semel creditum. Non semper temeritas est felix; et fraus fidem in parvis sibi præstruit, ut, cum operæ pretium sit, cum mercede magna fallat.[a] Non hostes patrem patruumque tuum armis prius, quam Celtiberi socii fraude, circumvenerunt: nec tibi ipsi a Magone et Hasdrubale, hostium ducibus, quantum ab Indibili et Mandonio in fidem acceptis, periculi fuit. Numidis tu credere potes, defectionem militum tuorum expertus? Et Syphax et Masinissa se, quam Carthaginienses, malunt potentes[14] in Africa esse; Carthaginienses, quam quenquam alium. Nunc illos æmulatio inter sese et omnes causæ certaminum acuunt, quia procul externus metus est. Ostende[15] Romana arma, exercitum alienigenam; velut ad commune restinguendum incendium concurrent. Aliter iidem illi Carthaginienses Hispaniam defenderunt: aliter mœnia patriæ, templa Deum, aras et focos, defendent; cum euntes in prælium pavida prosequetur conjux, et parvi liberi occursabunt. Quid porro? si satis confisi Carthaginienses consensu Africæ, fide sociorum regum, mœnibus suis, cum tuo exercitusque tui præsidio

[f] *Carthago Nova, licet uno die capta, tamen præparatis antea per otium obsidionis instrumentis impugnata, nemine hostium prohibente, &c.*

[a] *Et fraudulenti homines fidem sibi comparant factis in speciem honestis ac fidelibus, ut postea facilius et majori sua utilitate decipiant eos quibus blanditi sunt.*

Potentissimos Gron. Doujat.—15 Add. *illis* Gron. Doujat.—16 Olim ab Rhe-

NOTÆ

[f] *L. Marcius*] Vide l. xxv. c. 37. et seqq.

nudatam Italiam viderint, ipsi ultro novum exercitum *in* Italiam aut ex Africa miserint; aut Magonem, quem, a Baliaribus classe transmissa, jam præter oram Ligurum Alpinorum [g] vectari constat, Hannibali se conjungere jusserint? Nempe in eodem terrore erimus, in quo nuper fuimus, cum Hasdrubal in Italiam transcendit: quem tu, qui non solum Carthaginem, sed omnem Africam, exercitu tuo es clausurus, e manibus tuis in Italiam emisisti.[h] Victum a te dices: eo quidem minus vellem,[i] et id tua, non rei publicæ solum, causa, iter datum victo in Italiam esse. Patere, nos omnia, quæ prospera tibi ac populi Romani imperio evenere,[16] tuo consilio assignare; [r] adversa casibus incertis belli et fortunæ delegare.[17] Quo melior fortiorque es, eo magis talem præsidem sibi patria atque universa Italia retinet. Non potes ne ipse quidem dissimulare, ubi Hannibal sit, ibi caput atque arcem hujus belli esse; quippe qui præ te feras, eam tibi causam trajiciendi in Africam esse, ut Hannibalem eo trahas. Sive igitur hic, sive illic, cum Hannibale est tibi futura res. Utrum ergo tandem firmior eris in Africa solus, an hic, tuo collegæque tui exercitu conjuncto? Ne Claudius [k] quidem et Livius consules tam

[r] *Belli casibus et fortunæ assignare calamitates, sive in eam rejicere, quæ secus evenerint.*

nan. mutata in *ac reipublicæ in imperio:* quod Gron. Doujat. Crev.—17 'Recte pro vitiosis lectionib. *legare, relegare, allegare,* J. F. Gron. rescripsit.'

NOTÆ

[g] *Ligurum Alpinorum*] Ligures partim trans, partim citra Alpes: horum alii montani, alii ad oram, alii ad Padum incolebant. Hic montanos indicat Livius, qui omnium ferocissimi. Hac de re lib. XXVII. cap. 39.

[h] *E manibus tuis in Italiam emisisti*] Victus in Hispania Hasdrubal, in Italiam valido cum exercitu transgressus erat jussu Carthaginiensium. Qua de re lib. XXIII. cap. 27. et lib. XXVII. cap. 39.

[i] *Eo quidem minus vellem*] Gall. *Et c'est pour cela même qu'il est plus fâcheux et pour le bien de l'état, et plus encore pour votre honneur, que vous lui avez donné passage, ou du moins que vous l'avez laissé échapper pour venir en Italie.*

[k] *Ne Claudius*] C. Claudius Nero et M. Livius juncti Hasdrubalem cum exercitu Punico internecione paulo ante ad Metaurum deleto occiderant: lib. XXVII. cap. 46. et seqq.

recenti exemplo, quantum id intersit, documento sunt? Quid? Hannibalem utrum tandem extremus angulus agri Bruttii, frustra jam diu poscentem ab domo auxilia, an propinqua Carthago et tota socia Africa potentiorem armis virisque faciet? Quod istud consilium est, ibi malle decernere, ubi tuæ dimidio minores copiæ sint, hostium multo majores, quam ubi duobus exercitibus adversus unum, tot prœliis et tam diuturna et gravi militia fessum, pugnandum sit? Quam compar consilium tuum[1] parentis tui consilio sit, reputa. Ille, consul profectus in Hispaniam, ut Hannibali ab Alpibus descendenti occurreret, in Italiam ex provincia rediit: tu, cum Hannibal in Italia sit, relinquere Italiam paras; non quia rei publicæ id utile, sed quia tibi[18] amplum et gloriosum censes esse: sicut cum, provincia et exercitu relicto, sine lege, sine senatus consulto, duabus navibus populi Romani imperator fortunam publicam et majestatem imperii,[m] quæ tum in tuo capite periclitabantur, commisisti. Ego P. Cornelium, Patres conscripti, rei publicæ nobisque, non sibi ipsi privatim creatum consulem existimo; exercitusque ad custodiam Urbis atque Italiæ scriptos esse, non quos regio more per superbiam consules, quo terrarum velint, trajiciant.'

43. Cum oratione ad tempus parata Fabius, tum auctoritate et inveterata prudentiæ fama, magnam partem senatus et seniores maxime movisset, pluresque consilium senis, quam animum adolescentis[19] ferocem, laudarent; Scipio ita locutus fertur: 'Et ipse Q. Fabius principio orationis, Patres conscripti, commemoravit, in sententia sua posse

Doering. Vid. Gron.—18 *Quia id* erat antiq. lect. aut potius, ut Gron. vult, novitiorum commentum.

19 Vulgat. olim lect. *adolescentiæ.*—20 Monet Gron. male et contra libr.

NOTÆ

[1] *Quam compar consilium tuum*] Antiphrasis est: vult enim P. Scipionem patrem, longe aliter et prudentius se gessisse erga Hannibalem, quam nunc se gerat filius.

[m] *Fortunam publicam, et majestatem imperii*] Tunc scilicet cum Scipio ad Syphacem trajecit. Supra cap. 17. et seqq.

obtrectationem suspectam esse. Cujus ego rei non tam ipse ausim tantum virum insimulare, quam [20] ea suspicio, vitio orationis, an rei, haud sane purgata est. Sic enim honores suos et famam rerum gestarum extulit verbis, ad extinguendum invidiæ crimen, tanquam mihi ab infimo quoque periculum sit, ne mecum æmuletur; et non ab eo, qui, quia super ceteros excellat, quo me [1] quoque niti non dissimulo,[n] me sibi æquari nolit. Sic senem se perfunctum honoribus,[2 o] et me infra ætatem filii etiam sui posuit; tanquam non longius, quam quantum vitæ humanæ spatium est, cupiditas gloriæ extendatur, maximaque pars [p] ejus in memoriam ac posteritatem promineat.[q] Maximo cuique id accidere animo certum habeo, ut se non cum præsentibus modo, sed cum omnis ævi claris viris, comparent.[3] Equidem haud dissimulo, me tuas, Q. Fabi, laudes non assequi solum velle, sed, (bona venia tua dixerim,) si possim, etiam exsuperare. Illud nec tibi in me, neu mihi in mino-

[q] *Spectet ac protendatur ad futura sæcula.*

Mss. post *quam* inculcari *quod* a quibusd. 'Verba *orationis vitio, an rei* parenthesi inclusi; alias *aut* pro *an* scribendum videtur.' *Doering.*—1 Put. Pet. Men. Voss. carent *τοῖς quo me.* Conj. Gron. *quo et me niti.*—2 Ab Sigon. est *honoribus.* Nam editt. ante eum, et omnes Gall. Voss. Pal. carent ea voce.—3 'Vulg. lect. *comparet;* sed sæpius *τῷ quisque* pluralis jungi solet.' *Doer.*—

NOTÆ

[n] *Quo me quoque niti non dissimulo*] Ita in Regio: in aliis *quoque niti non dissimulo:* Gron. mavult, *quo et me niti non dissimulo.* Idem ubique sensus: significat enim Scipio utravis phrasi, se ad eum gloriæ gradum contendere atque eniti, ut non minus supra reliquos excellat, quam Q. Fabius.

[o] *Perfunctum honoribus*] Nomen *honoribus* desideratur in plerisque optimis exemplaribus: subintelligitur tamen nomen aliquod, veluti officio, vita, aut quid simile. Est enim *perfungi*, munus implere, aut aliud quippiam absolvere, exantlare, *s'acquitter dignement d'une charge, achever, aller jusqu'au bout de la carrière:* aliquando significat quod nos dicimus, *sortir d'affaires.* Ita Cic. pro Domo sua, 'equidem jam perfunctus sum, jam implevi animos invidorum:' ubi 'perfunctus sum,' intellige periculo. Et pro Cluent. 'aut quod se perfunctos jam esse arbitrantur, cum de reo judicarunt.'

[p] *Maximaque pars*] Repete ex superiori membro; 'et quasi non maxima pars ejus,' nempe gloriæ.

ribus natu [4] [q] animi sit, ut nolimus, quenquam nostri similem evadere civem. Id enim non eorum modo, quibus inviderimus, sed rei publicæ et pæne omnis generis humani detrimentum sit. Commemoravit, quantum essem periculi aditurus, si in Africam trajicerem; ut meam quoque, non solum rei publicæ et exercitus, vicem videretur solicitus. Unde hæc repente cura de me exorta? cum pater patruusque meus interfecti, cum duo exercitus eorum prope occidione occisi essent, cum amissæ Hispaniæ, cum quatuor exercitus Pœnorum quatuorque [5] duces omnia metu armisque tenerent, cum quæsitus ad id bellum imperator nemo se ostenderet, præter me, nemo profiteri nomen ausus esset, cum mihi quatuor et viginti annos nato detulisset imperium populus Romanus; quid ita tum nemo ætatem meam, vim hostium, difficultatem belli, patris patruique recentem cladem commemorabat? Utrum major aliqua nunc in Africa calamitas accepta est, quam tunc in Hispania erat? An majores nunc sunt exercitus in Africa, duces plures melioresque, quam tunc in Hispania fuerunt? An ætas mea tunc maturior bello gerendo fuit, quam nunc est? An cum Carthaginiensi hoste in Hispania, quam in Africa, bellum geri aptius est? Facile est, post fusos fugatosque quatuor exercitus Punicos, post tot urbes vi captas aut metu subactas in ditionem, post perdomita omnia usque ad oceanum, tot regulos, tot sævas gentes, post receptam totam Hispaniam, ita ut vestigium nullum belli reliquum sit, elevare meas res gestas: tam, Hercule, quam, si victor ex Africa redierim, ea ipsa elevare, quæ nunc, retinendi mei causa, ut terribilia eadem videantur, verbis extolluntur. Negat aditum esse in Africam, negat ullos patere portus. M. Atilium

4 Pro vulgari, *in minores natu*, quod Gron. Doujat. Crev.—5 *Quatuor*, abjecto

NOTÆ

[q] *Neu mihi in minoribus [minores] natu*] Sic vulgo editi, *in minores*: quæ recepta magis loquendi forma. Est enim sensus, erga minores; sed tamen veteres libri habent *in minoribus*, hoc est, quantum ad minores; non abludente sententia. Vide Gronovium in Senecæ IV. Natur. Quæst.

captum in Africa commemorat; tanquam M. Atilius primo accessu ad Africam offenderit.[s] Neque recordatur, illi ipsi tam infelici imperatori patuisse tamen portus Africæ, et res egregias primo anno gessisse,[6 r] et, quantum ad Carthaginienses duces attinet, invictum ad ultimum permansisse. Nihil igitur me isto tu[7] exemplo terrueris: si hoc bello, non priore, si nuper, et non annis ante quinquaginta,[8] ista clades accepta foret, qui ego minus in Africam, Regulo capto, quam, Scipionibus occisis, in Hispaniam trajicerem? Nec felicius Xanthippum [t] Lacedæmonium Carthagini, quam me patriæ meæ sinerem natum esse: cresceretque mihi ex eo ipso fiducia, quod possit in hominis unius virtute tantum momenti esse. At etiam Athenienses audiendi sunt, temere in Siciliam, omisso domi bello, transgressi. Cur ergo, quoniam Græcas fabulas enarrare[9] vacat, non Agathoclem potius, Syracusanum regem, cum diu Sicilia Punico bello ureretur, transgressum in hanc eandem Africam, avertisse eo bellum, unde venerat,[t] refers?[10]

44. Sed quid, ultro metum inferre hosti, et ab se remoto periculo alium in discrimen adducere, quale sit, veteribus externisque exemplis admonere opus est? Majus præsen-

[s] *Quasi clades M. Atilii contigerit eo statim tempore, quo is in Africam appulit.*

τῷ que, Gron. Donjat. Crev.—6 'Vix est ut a Livio sit hoc tam abruptum, *illi patuisse et gessisse.* Sed nec in Edd. est antiq. quæ omnes, ab Andrea ad Moguntinos, *et res gestas ab eo egregias primo anno,* ut et scripti. Aldus mutavit primus, et vulgatam introduxit.' *J. F. Gron.*—7 Edd. ante Gron. carent τῷ *tu.*—8 *Quadraginta* Gron. Donjat. Crev. c. Drak.—9 *Narrare* edd. ante Gron.—10 *Refert* Gron. Donjat.

NOTÆ

[r] *Res egregias primo anno gessisse*] Ipsum Atilium, cui portus Africæ patuerant.

Res gestas] Sic J. F. Gron. proxime ad antiquam scripturam, cum legeretur *ab eo gestas*; recentiores vero haberent, *res egregias p. a. gessisse.* J. Clericus.

[s] *Xanthippum*] Ducem a Spartanis missum ad Carthaginienses, qui ejus auspiciis Atilium vicerunt.

[t] *Avertisse eo bellum, unde venerat*] Bellum averterat, non in Siciliam unde venerat Agathocles, sed in Africam unde bellum venerat.

tiusve ullum exemplum esse, quam Hannibal, potest?[a] [11] [u] Multum interest, alienos populere fines, an tuos uri, exscindi,[12] videas. Plus animi est inferenti periculum, quam propulsanti. Ad hoc [13] major ignotarum rerum est terror: bona malaque hostium ex propinquo ingressus fines aspicias. Non speraverat Hannibal fore, ut tot in Italia populi ad se deficerent, quot defecerunt post Cannensem cladem. Quanto minus quicquam in Africa Carthaginiensibus firmum ac stabile sit, infidis sociis, gravibus ac superbis dominis?[b] Ad hoc nos, etiam deserti ab sociis, viribus nostris, milite Romano, stetimus. Carthaginiensi [14] nihil civilis roboris est.[c] Mercede paratos milites habent, Afros Numidasque, levissima fidei mutandæ ingenia. Hic modo nihil moræ sit, una et trajecisse me audietis, et ardere bello Africam, et molientem hinc Hannibalem,[d] et obsideri Carthaginem. Lætiores et frequentiores ex Africa expectate nuntios, quam ex Hispania accipiebatis. Has mihi spes subjicit fortuna populi Romani, Dii fœderis ab hoste violati testes, Syphax et Masinissa reges; quorum ego fidei ita innitar,[x] ut bene tutus a perfidia sim.[15] Multa, quæ nunc

[a] *Sed quid opus est probare exemplis priscorum temporum, rerumque externarum, quam utile sit inferre ultro timorem hostibus, et periculo a nobis amoto, illos adducere in discrimen domi suæ: potestne majus aut certius exemplum ejus rei afferri, quam ipse Hannibal?*

[b] *Qui Carthaginienses, tum socii infidi sunt externis, tum domini intolerabiles suis ac subjectis: præterea nos quamvis a sociis nostris derelicti, &c.*

[c] *Populus Carthaginiensis nullas habet proprias vires ex civibus suis qui militent.*

[d] *Discedentem ex Italia: vel me cogentem Hannibalem ab Italia discedere.*

11 [e] *Majus præsentiusve ullum exemplum e. q. H. potest?* verba hæc absunt ab optimis Mss.[f] *Rupert.*—12 Recte Gron. judicat deleri a Put. copulativam *que* olim post *excindi* usitatam.—13 Ante Gron. *ad hæc.*—14 *Carthagine* conj. Rhenan. et *Carthagini* Gron.—15 Rhenani est *veriturus perfidiam sim.* Put. *perfidia ita innitar ut bene tutus a perfidia sim.* Conj. Gron. abolendi

NOTÆ

[a] *Majus præsentiusve ullum exemplum esse, quam Hannibal, potest?*] Horum nihil exhibent maxime sinceri codices, quos Gronov. profert, ut nec qui mihi visi: sunt quidem hæc valde apposita, sed satis mox insinuantur.

[x] *Quorum ego fidei ita innitar, &c.*] Ita est in optimis codicibus. Gall. *Je ne me fierai à eux que de bonne sorte, et en prenant mes precautions.*

ex intervallo non apparent, bellum aperiet. Et id est viri et ducis, non deesse fortunæ præbenti se, et oblata casu flectere ad consilium.[y] Habebo, Q. Fabi, parem, quem das,[16 z] Hannibalem; sed illum potius ego traham, quam ille me retineat. In sua terra cogam pugnare eum, et Carthago[17] præmium victoriæ erit, quam semiruta Bruttiorum castella. Ne quid interim, dum trajicio, dum expono exercitum in Africa,[18] dum castra ad Carthaginem promoveo, res publica hic detrimenti capiat, quod tu, Q. Fabi, cum victor tota Italia volitaret Hannibal, potuisti præstare, hoc vide ne contumeliosum sit, concusso jam et pæne fracto Hannibale, negare, posse P. Licinium consulem virum fortissimum præstare; qui, ne a sacris absit pontifex maximus, ideo in sortem tam longinquæ provinciæ non venit. Si, Hercule, nihilo maturius hoc, quo ego censeo, modo perficeretur bellum;[e] tamen ad dignitatem populi Romani famamque apud reges gentesque externas pertinebat, non ad defendendam modo Italiam, sed ad inferenda etiam Africæ arma, videri nobis animum esse; nec hoc credi vulgarique, quod Hannibal ausus sit, neminem ducem Romanorum audere; et priore Punico bello, tum cum de Sicilia certaretur, toties Africam ab nostris exercitibusque[19] et classibus oppugnatam; nunc, cum de Italia certetur, Africam pacatam esse. Requiescat aliquando vexata tam diu Italia: uratur evasteturque[20] in vicem Africa. Castra Romana potius Carthaginis portis immineant, quam nos

[e] *Quin etiam, si bellum hoc modo, quo ego gerendum puto, non celerius perficeretur, attamen, &c.*

causâ reduplic. *ita provide innitar.*—16 *Parem quidem* olim legebatur.—17 Add. *potius* Gron. Doujat. Crev.—18 *In Africam* edd. ante Gron.—19 *Exercitibus*, omisso *τῷ que*, Gron. Doujat. Crev.—20 *Tam* olim omissum; et

NOTÆ

[y] *Et oblata casu flectere ad consilium*] Gall. *Et ajuster à ses desseins, tourner à son avantage, tout ce que le hasard nous presente.*

[z] *Parem, quem das*] *Parem* dicit pro adversario sibi opposito: quo sensu paria dicimus gladiatorum, et pares gladiatores; qui invicem pugnaturi opponuntur, et committuntur.

iterum vallum hostium ex mœnibus nostris videamus. Africa sit reliqui belli sedes: illuc terror fugaque, populatio agrorum, defectio sociorum, ceteræ belli clades, quæ in nos per quatuordecim annos ingruerunt, vertantur. Quæ ad rem publicam pertinent et bellum, quod instat, et provincias, de quibus agitur, dixisse satis est. Illa longa oratio nec ad vos pertinens sit, si quemadmodum Q. Fabius meas res gestas in Hispania elevavit, sic et ego contra gloriam ejus eludere, et meam verbis extollere velim. Neutrum faciam, Patres conscripti, et, si ulla[1] alia re,[a] modestia certe et temperando linguæ adolescens senem vicero. Ita et vixi et res gessi, ut tacitus ea opinione, quam vestra sponte conceptam animis haberetis, facile contentus essem.'

45. Minus æquis animis auditus est Scipio, quia vulgatum erat, si apud senatum non obtinuisset, ut provincia Africa sibi decerneretur, ad populum extemplo laturum. Itaque Q. Fulvius, qui consul quater et censor fuerat, postulavit a consule, ut palam in senatu diceret, 'permitteretne Patribus, ut de provinciis decernerent? staturusque eo esset, quod censuissent, an ad populum laturus?' Cum Scipio respondisset, se, quod e re publica esset,[2] facturum; tum Fulvius, 'Non ego ignarus, quid responsurus facturusve esses, quæsivi, quippe cum præ te feras, tentare magis, quam consulere senatum, et, ni provinciam tibi, quam volueris, extemplo decernamus, paratam rogationem habeas. Itaque a vobis, tribuni plebis, postulo,' inquit, 'ut sententiam mihi ideo non dicenti, quod, etsi in meam[3] sententiam discedatur, non sit ratum habiturus consul, auxilio

Rhenan. substituit ex suo *populeturque* pro *evasteturque*.—1 Vulgat. *nulla*. 'Immo si *certe*, ut videtur, pro saltem positum est, necessario *nulla* legi debet.' *Doering*.

2 Vet. lib. apud Sigon. *e republica credidisset*.—3 Edd. ante Gron. *quod si*

NOTÆ

[a] *Si ulla alia re*] Plerique manu exaratorum sic habent. Editi *si nulla alia re*. Illud convenientius videtur reliquæ Scipionis orationi, quæ masculos ubique spiritus redolet. Sic insinuat sperare se aliis quoque rebus Fabii gloriam superaturum, sed maxime modestia.

sitis.'[f] Inde altercatio orta, cum consul negaret æquum esse, tribunos intercedere, quo minus suo quisque loco [senator][4][b] rogatus sententiam diceret. Tribuni ita decreverunt, 'Si consul senatui de provinciis permittit, stari eo, quod senatus censuerit, placet;[5] nec de ea re ferri ad populum patiemur: si non permittit, qui de ea re sententiam recusabit dicere, auxilio erimus.' Consul diem ad colloquendum cum collega petiit. Postero die permissum senatui est. Provinciæ ita decretæ: alteri consuli Sicilia et triginta rostratæ naves, quas C. Servilius superiore anno habuisset; permissumque, ut in Africam, si id e re publica esse censeret, trajiceret: alteri Bruttii et bellum cum Hannibale, cum eo exercitu, quem L. Veturius,[c] aut Q. Cæcilius. Hi et sortirentur[6] inter se compararentve, uter in Bruttiis duabus legionibus, quas consul reliquisset, rem gereret: imperiumque in annum prorogaretur,[7] cui ea pro-

[f] *Ut intercessione vestra auxilium mihi feratis recusanti sententiam dicere, quod videam consulem Scipionem non staturum et pariturum esse, quamvis per discessionem facto senatusconsulto plures habeam assentientes.*

in meam. Omnes Gall. *quod est in meam.*—4 'Vox *senator*, quam plurimi librr. Mss. apud Gron. et Drak. ignorant, glossam sapit.' *Doering.*—5 'Omnes Gall. et Voss. *censuerit ferri, placet*, extra unum Men. in quo, *quod senatus censuerit fieri, placet.*' J. F. Gron. Mox *de ea re ferre* edd. ante Gron.—6 Olim legebatur *aut Q. Cæcilius. Sortirentur inter se*, exclusis mediis. Sigon. prodit ex scripto, *Cæcilius habuit*. Gron. Doering. et Rupert. conj. *τοῦ* præmissi *habuisset* repetitionem subaud. Vid. Gron.—7 *Ei prorogaretur* edd. ante

NOTÆ

[b] *Suo quisque loco* [*senator*] Abest a plerisque ex melioribus nomen *senator*; et recte, ut ostendit Gron. quod plurimi in senatu sententiam dicerent, quamvis senatores non essent. Quo spectat illud lib. XXXVI. 'qui senatores essent, quibusque in senatu sententiam dicere liceret.'

[c] *Cum eo exercitu, quem L. Veturius, &c.*] Scripti omnes, multique editi hunc locum sic nobis exhibent, *cum eo exercitu quem L. Veturius et Q. Cæcilius sortirentur inter se:* ubi aliquid deesse nemo non videt. Sigon. ex scripto suo cod. in quo legi ait, *Cæcilius habuit*, scribendum censebat, *cum eo exercitu quem L. Veturius aut Q. Cæcilius habuit: et L. Veturius et Q. Cæcilius sortirentur.* Gron. vero illud *habuit* censet esse librarii; existimatque subaudiendum esse e proximo, *Quem L. Veturius aut Q. Cæcilius (superiori anno habuisset).* Ex Put. vero ubi est, *vi sortirentur*, mutata una litera reponendum esse, *hi et sortirentur.*

vincia evenisset. Et ceteris, præter consules prætoresque,[8] qui exercitibus provinciisque præfuturi erant, prorogata imperia. Q. Cæcilio sorte[9] evenit, ut cum consule in Bruttiis adversus Hannibalem bellum gereret. Ludi deinde Scipionis magna frequentia et favore spectantium celebrati. Legati, Delphos ad donum ex præda Hasdrubalis portandum missi, M. Pomponius Matho et Q. Catius,[10] tulerunt coronam auream ducentum pondo[d] et simulacra spoliorum, ex mille pondo argenti[e] facta. Scipio, cum, ut delectum haberet, neque impetrasset, neque magnopere tetendisset, ut voluntarios ducere sibi milites liceret, tenuit, et, quia impensæ negaverat rei publicæ futuram classem, ut, quæ[11] ab sociis darentur ad novas fabricandas naves, acciperet.[g] Etruriæ primum populi, pro suis quisque facultatibus, consulem adjuturos polliciti. Cærites[f] frumentum sociis navalibus commeatumque omnis generis; Populonienses ferrum; Tarquinienses lintea in vela; Volaterrani interamenta[12] navium[g] et frumentum; Arretini triginta mil-

[g] *Obtinuit ut sibi liceret voluntarios secum ducere. Et quoniam affirmaverat futurum ut sumtus in classem necessarii non essent oneri reipublicæ, obtinuit ut acciperet quæ a sociis conferrentur ad fabricam navium.*

Gron.—8 *Ceteris prætoribus consulibusque qui* edd. ante Gron. Pighius *ceteris proprætoribus proconsulibusque:* deinde *præfuerant.*—9 Put. et Flor. *sorti.*—10 Q. *Catulus* olim legebatur.—11 'Male Sigon. *si quæ;* certum enim, non dubium erat datum iri. Mss. *ni quæ*, vel *ut in quæ. Lege, uti quæ ab sociis.* Male idem ordinat periodos.' *J. F. Gron.* quem vid.—12 *Inceramenta* Pal. 3. Lov. 2. Harl. Ber. et unus Crev. *Armamenta* pleræque edd. ante Gron. Ad

NOTÆ

[d] *Coronam auream ducentum pondo*] Auro hujus pretium esset apud nos 113000. librarum Francicarum.

Coronam auream, &c.] Donabant Deos pecunia, qua Dii minime egebant, eo ipso tempore quo extraordinaria auxilia a sociis præ egestate exigebant. O superstitiosam stultitiam!

[e] *Ex mille pondo argenti*] Gallica æstimatione hodierna, librarum 36000. fuerint.

[f] *Cærites, &c.*] Cives urbis Cære, quæ nunc *Cerveteri* in patrimonio S. Petri. Populonienses, cives Populoniæ, quæ in vicum versa nomen retinet in principatu Plumbini, vul. *Piombino.* Ut Volaterræ, vul. *Volterra* in agro Florentino. Hæc et sequentium urbium nomina satis nota ex Decade 1.

[g] *Volaterrani interamenta navium*] Vulgo legebatur *armamenta navium;* sed in omnibus manu exaratis occurrit, *interamenta navium:* quæ ita dicuntur de interiori navium appa-

lia [13] scutorum,[h] galeas totidem, pila, gæsa, hastas longas, millium quinquaginta summam pari cujusque generis numero expleturos, secures, rutra, falces, alveolos, molas,[h] quantum in quadraginta longas naves opus esset, tritici centum et viginti millia modium,[i] et in viaticum decurionibus remigibusque collaturos: Perusini,[k] Clusini, Rusellani abietem in fabricandas naves et frumenti magnum numerum. Abiete ex publicis sylvis est usus. Umbriæ populi, et præter hos Nursini [14] et Reatini [m] et Amiternini Sabinusque ager omnis milites polliciti. Marsi, Peligni Marruciniquè, multi voluntarii nomina in classem dederunt. Camertes,

[h] *Instrumenta ferrea ad arandam terram: falces, vasa ad aquam afferendam aut ejiciendam; molas, ad molendum frumentum, sive machinas ad jacienda in hostes saxa ingentia molarum instar.*

cujus doctam notam refert Rupert. Vid. etiam Not. Delph. inf.—13 Put. Reg. et al. *III. millia.* Mox, quidam Mss. *millium XL.* Crev. conj. *ad millium L.*—14 Olim legebatur *populi Nursinique*, exclusis mediis.

NOTÆ

ratu, ut 'superamenta materiarum' ab Ulpiano lib. LV. § 4. ff. de legatis 3. Sic Aristophanes in Equitibus dixit: ἐς τὰς τριήρεις ἐντερόνειαν. Ubi Scholiastes explicat vocem illam ἐντερόνειαν de navium costis, aut lignis transversariis, quibus constant cavitates seu alvus navis. Et Pollux lib. II. cap. 4. ἐντερόνεια explicat ἐγκοιλια τῶν νεῶν. Gron. videndum ait, an non potior sit scriptura tertii Palatini codicis, *inceramenta navium*: naves enim cera et pice oblini solitas nemo nescit. Quod ex Vegetio probatur lib. v. de re milit. cap. 7. et 15. Ceram Latini, Græci κηρὸν, vocant eam picis cum cera mixturam: hinc ap. Ovid. XI. Met. 'Spoliataque tegmine ceræ rima patet.' Unde ceratæ naves. Qua itaque ratione Juvenalis postea dixit, 'genua incerare Deorum,' hac Noster *inceramenta* vocare potuit ceram pice mixtam, qua navium rimæ obducuntur.

[h] *Arretini triginta millia scutorum*] In scriptis melioribus habetur ∞ ∞ ∞. id est, tria millia scutorum. Arretini ab Arretio Tusciæ civitate. Vul. *Arezzo.*

[i] *Tritici centum et viginti millia modium*] Respondent sextariis Parisiensibus ferme 12000.

[k] *Perusini*] A Perusia civitate Etruriæ ad Tiberim non procul Thrasimeno lacu; hod. *Peruggia*, in patrimonio Sancti Petri. Clusini a Clusio, vul. *Chiusi*, in territorio Florentino ducatu ad Clanim. Rusellani a Rusellis, quarum ruinæ *Roselle*, in territorio Senensi.

[l] *Et præter hos Nursini*] Eorum sententiæ videtur esse Livius, qui Nursiam Sabinis ascribunt: ceterum Umbris attribuunt plerique. Hod. *Norcia*, in Spoletano ducatu.

[m] *Et Reatini*] A Reate urbe Sabinorum, nunc *Rieti*. Amiternini ab Amiterno in Sabinorum Vestinorumque confinio, nunc *Amiterno* prope *S. Vittorino.*

cum æquo fœdere[n] cum Romanis essent, cohortem armatam sexcentorum hominum miserunt. Triginta navium † carinæ, viginti quinqueremes, decem quadriremes, cum essent positæ, ipse ita institit operi, ut die quadragesimo quinto,[o] quam ex sylvis detracta materia erat, naves instructæ armatæque in aquam deductæ sint.

46. Profectus in Siciliam est triginta navibus longis, voluntariorum septem ferme millibus in naves impositis. Et P. Licinius in Bruttios ad duos exercitus consulares venit. Ex eis eum sibi sumsit, quem L. Veturius consul habuerat. Metello, ut, quibus præfuisset legionibus, iis præesset,[15] (facilius cum assuetis imperio rem gesturum ratus,) permisit. Et prætores diversi in provincias profecti. Et quia pecunia ad bellum deerat, agri Campani regionem, a fossa Græca ad mare versam,[p] vendere quæstores jussi; indicio quoque permisso, qui ager civis Campani fuisset, ut is publicus populi Romani esset. Indici præmium constitutum, quantæ pecuniæ ager indicatus esset, pars decima. Et Cn. Servilio prætori Urbis negotium datum, ut Campani cives, ubi cuique ex senatus consulto liceret[q] habitare, ibi[16] ha-

15 '*Metello, ut, quibus præfuisset legionibus, iis præesset.* Cum tres voces posteriores in plurimis codd. apud Gronov. Crev. et Drakenb. exsulent, J. F. Gron. deleta quoque particula *ut*, legendum esse suspicatur, *Metello, quibus præfuisset... permisit*, h. e. permisit Metello, quibus ille præfuisset, milites.' *Doering.*—16 'Verba *habitare ibi* forte spuria, certe prius. Utrumque

NOTÆ

[n] *Camertes cum æquo fœdere*] Camerini oppidi in Umbria incolæ, hoc tempore non in ditione Romanorum erant, sed fœderati.

† *Triginta navium*] Tot naves tam brevi tempore ædificari poterant, primo quod abiegnæ essent, et viridi etiam materiâ constarent, cum hodie siat quernæ, nec fiant nisi diu siccata materia. Vide Cæsarem de B. G. l. III. c. 13. et infra l. XXIX. c. 1. *J. Clericus.*

[o] *Ut die quadragesimo quinto*] Non minori diligentia usi antea Romani primo Punico bello; nam teste Florο lib. II. cap. 2. cum Romani rudes adhuc maris essent, 'intra sexagesimum diem quam cæsa sylva fuerat, centum sexaginta navium classis in anchoris stetit; ut non arte factæ, sed quodam munere Deorum conversæ in naves atque mutatæ arbores viderentur.'

[p] *A fossa Græca ad mare versam*] Ager ille ultra Vulturnum circa Liternum sive Clanium fluvium fuisse videtur, Trebulam versus et Atellam.

[q] *Cuique ex senatus consulto liceret*] Vide supra lib. XXVI. cap. 34.

bitarent, animadverteretque in eos, qui alibi habitarent. Eadem æstate Mago, Hamilcaris filius, ex minore Baliarium insula, ubi hybernarat, juventute lecta in classem imposita, in Italiam triginta ferme rostratis navibus et multis onerariis, duodecim millia peditum, duo ferme equitum trajecit; Genuamque, nullis præsidiis maritimam oram tutantibus, repentino adventu cepit. Inde ad oram Ligurum Alpinorum, si quos ibi motus facere posset, classem appulit. Ingauni[r] (Ligurum ea gens est) bellum ea tempestate gerebant cum Epanteriis[s] montanis. Igitur Pœnus, Savone[t] oppido Alpino præda deposita, et decem longis navibus in statione ad præsidium relictis, ceteris Carthaginem missis ad tuendam maritimam oram, quia fama erat Scipionem trajecturum esse, ipse, societate cum Ingaunis, quorum gratiam malebat, composita, montanos instituit[17] oppugnare. Et crescebat exercitus in dies, ad famam nominis ejus Gallis undique confluentibus. Ea literis cognita Sp. Lucretii, ne frustra, Hasdrubale cum exercitu deleto biennio ante, forent lætati, si par aliud inde bellum, duce tantum mutato, oriretur, curam ingentem accenderunt Patribus.[18] Itaque et M. Livium proconsulem ex Etruria volonum exercitum admovere Ariminum jusserunt, et Cn. Servilio prætori negotium datum, ut, si e re publica censeret esse, urbanas[19] legiones, cui imperio videretur dato,[20] ex Urbe

[t] *Imperio in eas legiones dato ei, cui dandum ipse censeret.*

deest in aliquot Mss. illud in pluribus, et in edd. ante Ald.' *Rupert.*—17 'Rhenan. ex unius codic. auctoritate præter necessitatem reposuit *instituit*.' Doering.—18 'Ut liber Rhenani, Put. et omnes Gall. Vossianusque *oreretur, curam ingentem accendit Patribus*: itaque, ut respondeat oratio superior, de conjectura Rhenan. *ea res literis cognita*.' J. F. Gron.—19 *Duas*

NOTÆ

[r] *Ingauni*] Maritimi sub Alpibus Ligurum populi fuere Ingauni, quorum urbs Albium Ingaunum, hodie *Albenga*.

[s] *Cum Epanteriis*] Horum Liguriæ populorum unus quod sciam meminit Livius. Eos supra Albingaunum oppidum Alpina juga incoluisse ex hoc loco eruit Cluverius. Vide num corruptum videatur nomen, scribendumque sit *cum Intemeliis*, quorum oppidum Albium Intemelium; quorum fines, Merula forte amne ab Ingaunis divisi, regio montana: hodie *Ventimiglia*.

[t] *Savone*] Liguriæ urbs Savo, sive

duci juberet. M. Valerius Lævinus Arretium eas legiones duxit. Eisdem diebus naves onerarias Pœnorum ad octoginta circa Sardiniam ab Cn. Octavio, qui provinciæ præerat, captas,[1] Cœlius [a] [u] frumento misso ad Hannibalem commeatuque onustas, Valerius prædam Etruscam Ligurumque montanorum captivos Carthaginem perportantes, tradit. In Bruttiis nihil ferme anno eo memorabile gestum.[3] Pestilentia incesserat pari clade in Romanos Pœnosque; nisi quod Punicum exercitum super morbum etiam fames affecit. Propter Junonis Laciniæ templum æstatem Hannibal egit; ibique aram condidit dedicavitque, cum ingenti rerum ab se gestarum titulo, Punicis Græcisque literis insculpto.

urbanas edd. ante Gron.—20 'Malim cum Crev. quod postulat fere orationis concinnitas, *imperio, cui videretur, dato*, et sic exhibentur hæc verba in Lov. 3. 4. apud Drakenb. vel, *cui videretur, imperio dato* in Lov. 5. apud eundem.' *Doering. Imperio, cui videretur, dato* Ernest.—1 'Sic nempe hunc locum constituit J. Fr. Gron. cum antea vulgo legeretur: *Eisdem diebus naves onerariæ Pœnorum... captæ. Eas Cœlius cett.*' Doering. Mox infra vulgat. olim *Carthaginem portantes captas tradit.* Vid. Gron.—2 *Cælius* olim legebatur.—3 *Gestum est* Gron. Doujat. Crev.

NOTÆ

Savona, nomen retinet in ora Genuensi.

[a] *Captas, Cœlius*] Nihil in his mutandum: conveniunt enim in eandem lectionem omnes libri, et distinguenda hæc periodus a superiori: postquam enim Livius eas naves ab Octavio captas narravit, adjicit diversas historicorum duorum veterum, Cœlii et Valerii Antiatis, sententias circa usum, in quem destinatæ a Pœnis fuerant hæ classes. Qua de re aliud tradebat Cœlius, aliud Valerius.

9

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building



form 410

RTD NOV 8 1914